



Philol.

2
1935

R IIe 546

Be. 546

M. FABII QVINTILIA

NI ORATORIS ELOQVENTISSIMI INSTITVTIONUM Oratoriarum Libri XII. incredibili cum studio tum iudicio ad fidem uetustissimi exemplaris recens iam recogniti.

Eiusdem Declamationum Liber.



BASILEAE, EX AEDIBVS IOANNIS
BEBELII, MENSE AVGVSTO,
ANNO M. D. XXIX.

4-11 B
732
153437450

M. FABII QVINTILIANI VITA.



MARCVS Fabius Quintilianus Romæ natus est, quibus Confu-
libus, aut quo imperante Cæsare non legi. Verissima coniectu-
ra adducor, ut fidem libris temporum non habeam, ubi legitur
Quintilianus Calagura urbe Hispaniæ oriundus. Nam Mar-
cus Valerius Martialis Calaguritani agri alumnus cum Hiberos memoria
dignos suis Epigrammatibus inserat, nullam de Quintiliano mentionem
fecit, sed eum separatim cum ueneratione nominat:

Quintiliane uagæ moderator summe iuuentæ,
Gloria Romanæ Quintiliane togæ.

Et ipse dicit, cum esset adolescentulus, cognouisse Domitium Afrum &
Senecam, qui ambo sub Nerone periere. Seneca in libro sexto Diuisionum
Quintiliani declamatoris meminit, cuius adhuc extant multæ declamatio-
nes acutæ & breues, stylo aliquantulum remissiore. Is auus fuit M. Fabij
Quintiliani, qui Romæ multis annis rhetorice cum summa laude docuit.
Et ipse rursus Quintilianus mentionem facit patris, qui causidicus fuit apud
principem. Neque notitia, neque gratia caruit. Domitiani enim Cæsaris nepo-
tum cura ei delegata fuit. Disciplinæ eius castigatissimæ plenissimum testi-
monium C. Cælius affert. Qui sub tali præceptore tantum profecit, ut sui
temporis oratores facile superauerit. Duxit uxorem ex nobili familia, ex qua
liberos suscepit, quæ acerbissima fatorum sorte in prima iuuentutis flore ra-
pta fuit. Alterum ex liberis, cum librū de Causis corruptæ eloquentiæ edi-
disset, amisit. Postea cum Rhetorice libros scriberet, Quintilianū filium
unicum parentis lumen ac solatium rogo dedit. Testis & ipse infelix senex
suarum lachrymarum est. Eius filiola ex alia, ut credo, uxore Tutilij equitis
Romani filia genita, nupsit Nouio Celeri uiro claro. Quo tempore deceffe-
rit, affirmare non audeo, quoniam is qui tradit, fide caret.



OST multas, easque nec indiligentes omnino M. Fa-
bij Quintiliani editiones, cum & nobis eius edendi
consilium subisset, uisi sumus id rectissime & uelu-
ti auspicato facturi, si non ut cæteri ferè nostra ætate
omnes, ingenio, sed exemplaribus paulò uetustiori-
bus freti hoc facere ingrederemur. Nec enim obscu-
rum est, quantam maximis quibusque autoribus cladem attulerit hoc
emendationis genus, quo illotis quidam manibus ad autores quasi per
ludum accedunt, pro libidine ut quidque in mentem uenerit aut tollen-
tes, aut ingerentes. Quæ res cum cæteris ferè omnibus, tum ipsi maxi-
me Fabio obsuit, adeò, ut commemorare pigeat quàm subinde alijs atque
alijs mendis sciolorum quorundam uitio ueluti uulneribus affectus sit,
dum pro se quisque hoc sibi sumit, ut in alieno libro ingeniosus uideatur.
Quo factum est, ut subdititijs quibusdam insertis, non modo præterita sint
quæ ad rem faciebant, sed quod est multo grauissimum, cœperint interim
in pretio esse & usu, sub magni scilicet nominis umbra, quæ ab omni
dicendi ratione longe lateque abhorreant. Id quod fortasse alibi sit tole-
rabilius, sed ubi quicquid dixeris feceris ue in exemplū protinus abit,
atque deinde imitationem, ibi quamlibet paruus error etiã capitalis est.
Nec accidit hic quod ferè aliàs, ut erratorum nos aliquando pudere pos-
sit, sed placemus etiã nobis errore, dum exemplo quicquid eius rei est
facere nos persuasum habemus. Hæc nobis causa fuit, humanissime
lector, ut autorem longe eminentissimum & dicendi grauitate, & acu-
mine iudicij in manus sumeremus, non quidem hoc animo, ut spem cui-
quam faceremus nihil, post nostrum laborem fore reliqui quod luce indi-
geat, quis enim hoc sibi nisi impudentissimus polliceri ausit: sed ut pro-
baremus saltem studium nostrum in restituendis pro uirili nostra eiusmodi
autoribus, quos sanè per paucos temporum iniuria reliquos nobis
fecit. Simul ut & his gratificaremur qui instandi ut hoc ageremus nul-
lum finem faciebant. Quorum quidem præcipuus fuit IOAN. ANTO-
NINVS Cassouienis, uir cum absoluta omnium artium, quæ in summum
uirum cadere possunt cognitione præditus, tum rei medicæ callentissi-
mus, qui ex media ferè Polonia ad nos exemplari uetere submisso sic
pro amicitia nostræ iure apud me egit, ut tergiuersandi nullum relinque-
ret locum. Ut autem habeas, humanissime lector, consilij nostri rationem,
quid in toto opere spectauerimus, ita accipe. Initio curæ nobis fuit ma-
gnopere, ut ipsum dictionis filum usquequaque sui simile esset, eamque
ob causam nihil ueriti quorundam iudicia mouimus loco quicquid ui-
sum esset alicunde arreplisse in contextum, id tamen uelim existimes
factum duce exemplari, sine quo usque adeò nihil putamus tentandum

AD LECTOREM PRAEFATIO.

esse in ueterum monumentis, ut nec ullam pestem studijs ducamus maiorem. Deinde cum plerumque uarie legerentur, marginibus curauimus adscribi ea quoque quae a sententiae, ut uidebatur, proposito longissime recederent: non hoc agentes ut uulgata editione damnata obscura quaedam sufficeremus quae lectorem morarentur, sed quo a paulo acutioribus tanquam ex uestigijs posset crui syncerior lectio. Quod & auidius facturos nonnullos putabamus, quo minus nostrum iudicium interposuissimus. Nec uero inficias eo quaedam etiamnum restare, in quibus tibi nec iudicium nostrum, nec exemplar diligenter alioqui scriptum, suffecerit, ad quae intelligenda Delio, ne quid aliud dicam, natatore sit opus. Sed cogitabis eiusmodi fuisse suscepti negotij rationem, cui uix ipse Fabius si iam renascatur satis sit futurus, tantum sibi permisit quorundam petulantia in ea quae non intellexit. Vale, & nos ama. Basileae Mense Augusto, AN. M. D. XXIX.

I N D E X.

eorum quae praecipua habentur in Quintiliani Institutionibus, Elenchus admodum breuis.



Abdicationum duae sunt formae. 111. A
 Abstemijs unde dicat. 14. B
 Academici in utraque partem disputant. 186. B
 Accentuum in latinis nominibus ratio. 9. D
 Accij poetae laus. 157. C
 Accusatoris officium. 106. B
 Achillis clypeus qua pictura insignitus fuerit. 33. C
 Actionis quaestio. 112. A
 Acumen praecipue ualet in altercatione. 99. C
 Addicti qui dicantur. 109. B
 Adolescentibus aliquando parcendum. 170. A
 Aduocatus nonnunquam malae causae argumentum est. 185. A
 Aemulatio profectum alit. 5. C
 Aenigmata. 129. C
 Aeolicae rationi sermo noster est similis. 13. B
 Aeschini laus. 156. B
 Aeschilus primus tragodiae protulit. 155. D
 Aesopi fabulae. 16. B
 Aetas nostra satis longa quibuslibet studijs. 197. D. 198. A. B
 Aetas quae studijs maxime accommodata. 3. A
 Affectuum diuisio, & quomodo sint mouendi. 91. B
 Affectuum mouendorum ratio. 8. C. D. 90. A
 Afranij laus. 157. D
 Africani Iulij uires in dicendo. 193. C
 Ager ab agendo dictus a quibusdam. 13. C
 Aglaophon clarus pictor. 193. A
 Agrippa unde dictus. 8. A
 Albutij laus. 32. A
 Alcaei laus. 155. D
 Alcmenes statuarius clarus. 193. C
 Allegoria omnibus seruit. 129. B
 Altercationis praecipua. 99. A
 Ambiguitas uitanda. 118. A
 Ambitio uirtutum plerumque causa est. 5. C
 Amicitiae firmissimae inuentae in scholis. 5. B
 Amictus qualis fuerit ueteribus. 181. C
 Amphibologia, & eius species. 113. D

Amplificationis species. 123. B
 Antimetabole. 143. D
 Analogia. 12. A
 Analogia quae sit. 80. A
 Anastrophe. 10. B. 130. A
 Andronicus Hypocrita praceptor pronuntiationis Demosthenis. 174. C
 Animus humanus ueluti situm ducit ex umbratili uita. 5. B
 Animorum origo coelestis creditur. 2. C
 An quid significet. 10. D
 Antapodosis. 122. C
 Anticategoria. 105. C
 Antigoni imago ab Apelle picta. 29. D
 Antimachi genus dicendi & laus. 155. B
 Antipatris in carmine facilitas. 165. C
 Antiphilus clarus pictor. 193. B
 Antipophora. 143. D
 Antitheton. 143. C
 Antonius pronuntiando multum potuit. 174. D
 Antonij persona apud Ciceronem qualis. 33. B
 Apelles pictor praestantissimus. 193. B
 Apodixis. 72. B
 Apollonius Molon praceptor Ciceronis. 190. B
 Apollonij laus. 155. B
 Apologi ab Aesopo nomen habent. 79. B
 Apologia. 144. B
 Apophasis. 135. D
 Apostrophe. 135. B
 Apte quomodo dicamus. 166. C
 Arati poetae laus. 155. B
 Archiae in carmine facilitas. 165. C
 Archilochi laus. 155. C
 Argumentum quid significet. 72. B
 Argumentorum tractatus. 72. A. 80. D
 Ariditas maxime uitanda in praepatore. 23. B
 Aristoteles praceptor Alexandri Magni petitus a Philippo. 3. D
 Aristotelis libri ad Theodectem quales. 30. D
 Aristotelis laus. 156. D
 Aristophanes comicus. 155. D
 Arrogantia magnos profectus perdidit. 23. D
 Ars an natura plus eloquentiae conferat. 35. B
 Artis necessarium esse cognitionem. 28. B

I N D E X.

Artis modus quis sit. 29. B
 Artem decor comitetur. 145. B
 Artium generalis diuifio. 35. A
 Artorius Proculus. 130. D
 Aruspex unde dicatur. 14. B
 Asinij Pollionis laus. 158. B
 Asiaticum genus dicendi. 193. D
 Aspectus quis esse debeat dicentium. 178. A
 Asinius Pollio & Ciceronē & Demosthe-
 nem in aliquibus damnat. 185. C
 Assentio Sisenna primus dixit. 9. A
 Assumptiua causa. 110. A
 Artificimus quis uerus sit. 194. B. C. D
 Athenis actores mouere affectus uetaban-
 tur. 32. C
 Athenæus rhetoricen, artem fallendi dixit
 31. C
 Atracini Varronis laus. 157. A
 Atticus græce scripsit de rhetorica. 38. B
 Attici non fuerunt admodum studiosi com-
 positionis. 152. B
 Augustus Cæsar natus annos XII, auiam
 pro rostris laudauit. 189. D
 Aut, quid significet. 10. D

B

Barbarissimi uitium quale. 8. D
 Bassi Aufidij laus. 157. D
 Beneuolentiæ captanda ratio. 54. B
 Bibaculi laus. 157. C
 Bipennis à pinna dicitur. 7. B
 Brachia orantium qualia. 178. D
 Brachylogia. 142. A
 Breuitas quibus constet. 51. A
 Breuitas quæ laudetur. 60. A
 Bruti in dicendo grauitas. 193. C
 Bruti oratio pro Milone. 46. A
 Busyris laudatur à Polycrate. 33. B

C

Cacosyntheton. 121. C
 Cacozelon. Ibidem
 Cædendi mos in scholis improbat. 6. C
 Cælius reus de ui. 169. A
 Cælij ingenium. 158. B
 Cælij indoles in dicendo. 193. C
 Cælij asperitas. 160. C
 Cæsar ante quæstoriam ætatem grauissi-
 mas causas egit. 189. D
 Cæsaris Iulij dictio & laus. 158. B
 Cæsaris uis. 160. C
 Cæsar de Analogia libri. 15. B
 Cælij Bassi laus. 157. C

Caia in nuptialibus sacris uocitata. 15. A
 Canopitarum exercitus apud Cic. 9. A
 Caldum Augustus quædam calidum maluit.
 12. C
 Calliditatis suspicio fugienda. 64. B
 Callidij subtilitas. 193. C
 Callimachus princeps Elegiæ. 155. C
 Calonestatuarius. 193. B
 Caluus quædam damnauit in Cicerone.
 185. C
 Caluus ante quæstoriam grauissima iudi-
 cia suscepit. 189. D
 Calui in dicendo sanctitas. 193. C
 Calui iudicium. 160. C
 Canthus ferrum quo rotæ uinciuntur. 8. D
 Caput præcipuum est in actione. 177. D
 Capsis unde componatur. 11. C
 Carbo C. etiam in tabernaculo solebat uti
 exercitatione dicendi. 166. A
 Carij Oratores. 177. B
 Carneades iniustitiam laudauit Romæ au-
 diente Censorio Catone. 186. A
 Cassij Seueri laus. 158. C
 Cassij acerbitas in dicendo. 193. C
 Cassij Seueri ioci asperi. 94. C
 Catachresis. 128. C
 Catius Epicureus. 158. D
 Cato cum iuris tum dicendi peritissimus
 fuit. 189. A
 Catulus Ciceronis liber. 44. C
 Catulli laus. 157. C
 Causas agendi quod tempus sit idoneum.
 185. B
 Causarum genera quinque. 55. D
 Causarum tria sunt genera. 39. C
 Charisij orationes. 156. A
 Chriarum genera. 16. C
 Ceratina. 16. D
 Cethegus Suadæ medulla dictus est ab
 Ennio. 30. D
 Ceruix dicentium qualis sit. 178. C
 Cicero carpitur. 148. A
 Cic. quando agere inceperit causas. 190. A
 Cicero in Asia Apollonium Molonem au-
 dit. 190. B
 Cicero Bruto non uisus est pfectus. 185. C
 Cic. quare tam longa toga sit usus. 181. D
 Cicero Xenophontis libros transtulit.
 162. D
 Cicero in rhetoricis secutus est Hermago-
 ram. 53. A

I N D E X.

Cicero aliquot editos libros suos ipse da-
 mnauit. 44. C
 Cicero arrogantiā laborauit. 167. C
 Cicero quætionibus infinitis se exercebat
 etiam tum cum princeps in Republica
 esset. 163. B
 Cicero quando legendus. 25. D
 Cicero Platonis libros aliquot transtulit.
 162. D
 Ciceronis oratio cœpit canescere. 168. B
 Ciceronis oratio pro Milone nobilissima
 omnium. 176. D
 Ciceronis carmina. 167. D
 Ciceronis laus. 158. A
 Ciceronis insolentes quædã uoces. 167. D
 Ciceroni modus defuit captandi risus. 93. B
 Cinna Smyrnã nouē annis scripsit. 162. D
 Ciuilis scientia quæ. 32. A
 Classes institutæ in scholis. 5. C
 Clausula quæ sit. 125. D
 Clitarchi historici laus. 156. B
 Cluentij causa quomodo tractata à Cice-
 rone. 34. A
 Cœlibes quasi cœlites dicti sunt. 13. C
 Cœnismus. 121. D
 Cogitationis fructus. 164. A
 Collum orantis. 178. C
 Comœdiæ antiquæ laus. 155. D
 Comœdiæ maxime eloquentiæ conferunt.
 earumque laudes. 15. C
 Cõmunicatio quæ dicatur. 134. B
 Compositio in oratione est quod in poë-
 mate uersificatio. 150. D
 Compositionis ratio. 144. D
 Compositiones nominum. 11. B
 Conclusionis siue perorationis uirtutes.
 88. B
 Coniectura à coniectu dicitur. 42. D
 Coniectura de quibus rebus sit. 104. C
 Consilium quid sit. 100. B
 Consistere in secundis tertijsque nonnun-
 quam satis est. 198. C
 Constitutio quibus rebus fiat. 110. A
 Consulere quid olim significauerit. 13. B
 Consuetudo quid possit in ratione loquen-
 di. 11. D. & 13. D
 Copia uerborum quomodo paranda. 152. C
 Corax antiquissimus rhetoriæ artis scri-
 ptor. 37. D
 Cornelius Rufinus factus consul à Fabri-
 tio. 186. C

Cornelij Seueri laus. 157. A
 Cornelij Celsi consilium in scribendo.
 158. D
 Cornelij causa à Cicerone perorata. 118. D
 Cornelia mater Gracchorum eloquentiæ
 multum contulit filijs. 2. D
 Cornua in Ro. exercitu quid agant. 17. B
 Crassus diuus quinque græci sermonis dif-
 ferentias optime tenuit. 174. B
 Crassi pronuntiatio. 174. D
 Crassi uox erga Philippum. 168. C
 Crates pædagogum percussit, cum indo-
 ctum puerum uideret. 16. C
 Cratinus comicus. 155. D
 Credibilium genera tria sunt. 72. D
 Crispi agilitas in dicendo. 193. C
 Criticorum officium. 6. D
 Crocodilina. 16. D
 Cupidinis arma. 24. B
 Cum, uarie apud ueteres scriptum. 14. A
 Cupidinis arma. 24. B
 Cyrus omnium militum tenuit nomina.
 174. B

D

Decebit aliud alios. 168. C. D
 Declamandi ratio & utilitas. 27. C
 Declamatoribus quid sit obseruadum. 50. B
 Declamationum utilitas. 163. C
 Declamationum ratio præ omnibus con-
 stare debet puero. 8. A
 Decori obseruatio. 166. D. & 167. A
 Deliberatiuum genus remotum sit ab om-
 nni affectatione. 51. A
 Deliberatiui siue suaserij generis ratio.
 48. A
 Deliberatiua causa concionalis dicit. 39. C
 Demetrius Phalareus uersicolori ueste
 usus. 154. B
 Demetrij Phalarei laus. 156. C
 Demonstratiuum genus quale, & quibus
 constet. 46. C
 Demonstratiuum genus causæ. 39. C
 Demonstratiui generis numeri. 151. C
 Demosthenes admodum puer pupillares
 actiones habuit. 189. D
 Demosthenes lex orandi. 156. B
 Demosthenes s litera laborauit. 19. B
 Demosthenes spondeis plurimum est
 usus. 149. D
 Demosthenes non uidetur satis perfectus
 ipsi Ciceroni. 185. C

I N D E X.

Demosthenes in littore meditans consue-
 scebat ferre concionum fluctus. 162. D
 Demosthenes nunquam uidetur Cicero-
 ni dormire. 153. D
 Demosthenis de pronuntiatione iudicij.
 174. C
 Demosthenis uis. 158. A.
 Demosthenes actionem componebat ad
 grande speculum. 177. D
 Deprecatio ubi locum habeat. 82. B
 Deprecationem quidam negant uspiam in
 iudicium uenire. 110. C
 Deteriora pertinacius hærent. 2. D
 Dis unde dicatur. 13. B
 Dialogi. 135. A
 Dialectica disputatrix dicta. 187. C
 Dialectica compressæ manui similis est.
 35. D
 Diallage. 139. A. 141. D
 Dicere caput est artis. 182. C
 Dicere & facere sciat præceptor. 23. A
 Dicacitas scurrilis absit à iocis. 94. D
 Dicendi multa genera. 154. C. & 193. A
 Dicendi maximum uitium à uulgaris ratio-
 ne discedere. 116. D
 Dicendi ratio quibus contineatur. 40. B
 Didymus plurima scripsit. 16. B
 Diæresis. 9. B
 Dinosis. 123. B
 Disci possunt multa eodem tempore.
 20. A
 Discipuli contulerunt seuerissimis quibusq;
 præceptoribus aliquid ad uictum. 191. D
 Discipulorum officium. 27. C
 Discobolus Myronis. 29. D
 Dispositionis uirtus. 101. A
 Dissimile quibus modis fiat. 79. A
 Distinguentia orationis uirtus. 176. B
 Diuinitas in iudicij quæ dicatur. 52. A
 Diuissio. 26. B
 Diuinita morum experimenta exhibent.
 47. B
 Docilitas quomodo concilietur. 55. C
 Domitius Afer multum amisit circa elo-
 quentiam autoritatis. 195. B
 Domitij Afri ingenium. 158. C
 Domitij Afri ioci lenes. 94. C
 Domitij Afri libri de testibus. 69. B
 Domitij Afri in dicendo maturitas. 193. C
 Dualis numerus apud Latinos. 10. B
 Duapondo cuiusmodi uerbum. 9. A

I N D E X.

E
ELiteræ sonus. 146. C
Ediscendum quatenus sit. 26. C
 Egeas clarus statuarius. 193. B
 Egressionis ratio, & modus. 64. C
 Elementa decem Aristotelis. 42. B
 Elementa prima quemadmodum docen-
 da sint. 2. C
 Eliminat uerbum. 120. B
 Ellipsis. 10. B
 Elocutionis, siue phrasis ratio. 117. A
 Eloquentia cupit esse speciosa & locuples
 86. D
 Eloquentiæ genus aliud alios decet. 168. B
 Eloquentiæ maxima pars animo constat.
 5. D
 Emendationis modus. 162. C
 Emendationis seueritas atterit ingenia pue-
 rilia. 23. C
 Empedocles carmine philosophiam est
 complexus. 6. D
 Emphasis inter figuras est. 137. A
 Emphasis in uulgaribus uerbis. 123. A
 Energia. 121. D
 Ennius suauiloquenti ore dicit Cethegum
 fuisse. 175. D
 Ennij laus. 157. A
 Enthymema rhetoricus est syllogismus.
 18. C.
 Epanalepsis. 121. B
 Ephori historici laus. 156. B
 Epichricma quid sit. 72. A
 Epichirema quibus consistet, & quomodo
 refellatur. 85. B
 Epicurus disciplinas omnes fugit. 33. D
 Epitheton figura potius est quam tropus.
 131. A
 Epitheta. 128. D. 131. A
 Epiphonema quod dicatur. 125. C
 Eriphylus Rhodius ad uerbum retulit in
 agendo quæ cogitauerat. 164. B
 Essentia Plauti. 30. B
 Ethica tota est oratoris. 186. D
 Ethopœia. 136. C
 Etios. 91. D
 Erymologia. 13. A
 Euidentiã quidã narrationi subiiciunt. 61. A
 Euphonia quanta cura esse debeat. 8. C
 Euphorionis laus. 155. B
 Euphranor pictor clarus. 193. B
 Euripidis laus. 155. D

Eupolis

I N D E X.

Eupolis comicus. 155. D
 Eurhythmia necessaria oratori. 18. A
 Ex præpositio quam in cõpositione uim
 habeat. 14. A
 Exclamatio. 134. D
 Exempla quid possunt in oratione, & quo
 modo tractentur ab oratore. 78. B
 Exercitationes quales fuerint ueteribus
 studiosis eloquentiæ. 21. B
 Exercitationes primæ apud rhetorẽ qua-
 les sint. 23. A
 Expectorat uerbum uetus. 120. B
 Exordij rhetorici ratio & usus. 54. A
 Exordiorum uitia. 57. B
 Extemporalis facundia quod parat. 164. C
F
 Facetum quid dicatur. 94. B
 Fama quod tractetur ab oratore. 68. B
 Fauces quales esse debeant oratori. 175. A
 Fidutiam præ se ferat orator. 84. D
 Figura quæ sint. 131. B
 Figura uerborum. 139. B
 Figura à tropis quid differant. 130. D
 Figurata controuersia quæ dicant. 131. C
 Finitio quando locum habeat, & quomo-
 do tractetur, quibusq; constet. 107. D
 Finitioni quæ sint necessaria. 74. D
 Finita causa. 40. C
 Firmamentum causæ quod sit. 52. C
 Frugi unde quis dicatur. 13. A
 Funebres conciones quales sint. 182. A
G
 Gallæ ioci lasciuia. 94. C
 Galli laus. 157. B
 Geminatio uerborum quam uim habeat.
 132. C
 Geometria oratori necessaria. 18. B
 Germanici Cæsaris laus. 157. A
 Gestus institutio & ratio cuiusmodi. 19. A
 Gorgia Leontini longissima ætas. 37. D
 Gladiatorum secundæ manus. 85. A
 Glossemata quid significant. 16. A
 Gracchus in deflenda matre conceitauit to-
 tius populi Ro. lachrymas. 174. D
 Gracchi fistula præcentrix. 18. A
 Graculi unde dicti sint. 13. C
 Gradatio. 142. A
 Græca eloquentia quibus rebus sit dulcior
 194. C
 Græca præcedere debent latina. 3. A
 Grammatica Musicæ subiecta est. 17. C

Grammaticæ officium, & diuissio. 6. D
 Grammatici officium. 16. B
 Grammatico opus est plurimum artium cog-
 nitio. 16. C
 Gurdus Hispanicum nomen est. 11. A
H
HLitera cuiusmodi sit. 9. B
 Hebetiores perinde sunt ut mon-
 strosi. 2. C
 Here dictum pro heri ætete Quint. 14. D
 Herodotus cuiusmodi autor, et qualis eius
 compositio. 145. C
 Herodoti laus. 156. B
 Hesiodus primus autor apologorũ. 79. B
 Hesiodi laus. 155. B
 Hexametri finis male claudit orationem.
 148. C
 Historia alit orationem tanquam succo, &
 eius usus. 154. A. B
 Historiæ multi præclari scriptores. 156. B
 Historiæ græcæ fabulis sunt similes. 23. D
 Historiarum enarratio quomodo utilis sit
 pueris. 16. A
 Historiarum cognitio necessaria est ora-
 tori. 189. B
 Historici quomodo legendi. 25. A
 Hippocrates quosdam errores suos ipse
 prodidit. 44. C
 Homerus uidetur nonnunquam dormita-
 re Horatio. 153. D
 Homerus auspiciũ faciat pueris in scholis.
 15. C
 Homerus primus legatur. 154. D
 Homeri principia. 55. C
 Homeologia. 121. B
 Homeophoron. 143. B
 Hominis laus cuiusmodi. 47. A
 Hominum officium quod sit. 2. C
 Horatius in quibusdam non est interpre-
 tandus. 15. C
 Horatij laus. 157. B
 Hortensius in agendo ad uerbum retulit
 quod cogitauerat. 164. B
 Hortensij pronuntiation. 174. D
 Hortensij liliæ oratio apud Centumuiros
 habita. 2. D
 Humeri quales sint dicentium. 178. C
 Hyperbole. 130. B. C
 Hyperbaton figura est potius quam tro-
 pus. 10. B. 130. & 131. A.
 Hyperidis laus. 156. C

B

Hypotheses. 40. C
Hypotyposis. 135. C

I

I Literæ sonus. 146. C
Iambicū carmen à Romanis nō admodum celebratum fuit. 157. B
Imitatio arti subiecta est. 40. B
Imitatio transit in mores. 19. B
Imitatio. 159. B
Infantia quædam est etiam studijs. 3. C
Infinitæ causæ quæ. 40. C
Ingenia puerorū quō cognoscantur. 6. A
Ingeniosiores quare inerediti habeant. 28. D
Insinuatione quando utendum. 56. A
Iocus quid sit. 94. B
Iocus inhumanus est aduersus miseros.
Ironia. 135. D (94. D)
Isocratis iucunditas. 158. A
Isocratis Panegyricus decem annis elaboratus. 162. D
Isocratis laus. 156. C
Isocratis schola principes eloquentiæ de Isocolon. 143. C (dit. 194. A)
Iudiciū consuetudini necessariū est. 13. D
Iudiciū inuentioni subijcitur. 38. D
Iudiciū quid sit. 100. B
Iudicialium controuersiarū genera. 51. D
Iudicatio quæ dicatur. 52. B
Iugeri mensura. 18. D
Iulius Florus in Gallijs eloquentiam docuit. 161. B
Iulij Africani laus. 158. C
Iulij Secundi laus. Ibidem
Iunctura quibus constet. 146. B
Iunij Bassi ioci contumeliosi. 94. C
Ius triplex est. 24. C
Iuris ciuilib sciētia necessaria oratori. 188. C
Iusturandum. 68. C
Iustum duabus rebus absoluitur. 110. A

L

L Abia dicentium quid agant. 178. C
Lacedæmonij saltationem quandam tanquā ad bella utilem habuerunt inter exercitationes. 19. D
Lacedæmonij eloquentiam urbe expulerunt. 32. C
Lacedæmoniorū exercitus inflammatur musicis modis ad prælium. 17. B
Lachrymæ citissime inarescunt. 89. D
Laelius filiam suam eloquentia imbuuit. 2. D
Lanas Tarento uehere non licet. 113. D

Latera cum gestu consentiant. 180. C
Laus discendi studium excitat. 165. C
Laudandæ rei cuiuscūq; ratio. 47. A
Lectio pueri qualis sit. 15. B
Legendi qui primi sint. 25. D
Legum natura. 112. B
Legum contrariarum tractatio. 113. A
Legum laus magnas eloquentiæ uires desiderat. 24. C
Legum ferendarum institutum apud Græcos & Latinos. 24. C
Lentulus opinionem eloquentiæ consecutus est pronuntiatione sola. 174. C
Leonides Alexandrum quibusdam uitijs imbuuit. 2. D
Libertini ex seruis fiunt. 75. A
Licinij in carmine facilitas. 165. C
Literarum potestas. 7. A
Literarum usum Plato obstare memoriæ dixit. 172. A
Liuij iudiciū de his qui legēdi sunt. 154. C
Liuius pueris magis prodest, quàm Sallustius. 25. D
Liuius hexametri exordio orsus est librum suum. 148. C
Liuius musicus, & eius laus. 17. A
Liuij Patauini laus. 157. D
Liuij lactea ubertas. 154. B
Loci argumentorum. 73. A
Loci artificiosæ memoriæ quales sint. 172. C
Lodex masculino genere usurpata à Polilione. 13. D
Logodædali. 37. D
Lucani laus. 157. A
Lucilius reprehenditur. 12. A
Lucilij laus. 157. B
Lucretij poetæ laus. 156. D
Lucullus Ciceronis liber. 44. C
Ludus unde dicatur. 13. B
Lupercalia unde dicta sint. 11. C
Lusus in pueris alacritatis signum est. 6. B
Lycij oratores. 177. B
Lycurgus musicā probauit legibus. 17. C
Lyra circumlata in cœnis. 17. C
Lysia laus. 156. C
Lysia oratio oblata Socrati. 31. D
Lysippus clarus statuarius. 193. C

M

M Acrologia. 121. B
Malorū accusationes interfunt Rei publicæ. 191. C

Manus

Manus dicentium quid agant. 178. D
Manus cum sensu incipiunt & desinunt. 179. D
Mappa Punicum nomen est. 11. A
Marciporcus unde dicti sint. 8. A
Mastruga Sardum nomen. 8. D
Mater quando contra filium stare possit. 169. D
Meche pro me ueteres dixerunt. 9. C
Melanthius clarus pictor. 193. B
Melos quid sit. 17. D
Memoria, & quibus rebus paretur. 171. C
Memoria præcipuū signū est ingenij. 6. A
Menander posterorū iudicia æquiora est adsecutus quàm uiuentium. 47. B
Menandri laus. 156. A
Mendax memor sit. 62. C
Mendaciū dicit aliquando bonus uir. 186. B
Mentis humanæ natura & cōditio. 167. B
Mentum orantis. 178. C
Messalæ ingenij. 158. B
Messalæ in dicendo dignitas. 193. C
Messalæ liber de literis. 14. D. 15. B
Metabole. 141. B
Metalepsis. 128. C
Metaphora. 127. C
Metastasis. 135. C
Metonymia. 141. D
Metrodorus in agendo ad uerbum retulit quæ cogitauerat. 164. B
Metrum quid sit. 17. D
Metus nōnunquam adhibendus & amouendus pro causæ ratione. 54. D
Metus in peroratione habet plus quàm in proœmio loci. 89. A
Milonis consilium in uitulo sciendo. 16. C
Mimesis. 136. C
Minerua Athenis à Phidia fabrefacta. 193. C
Miosis uitanda. 121. A
Mithridates XXI linguas calluit. 174. B
Modestia plurimum autoritatis & fidei patrono conciliat. 192. C
Molli articulo tractare. 170. B
Monosyllaba plura male continuantur. 146. D
Morum curam oportere esse oratoribus præcipuam. 186. D
Mundum Pythagoras compositum esse dixit harmonica ratione. 17. B
Musica, & eius laudes. 17. A

Myron statuarius. 193. B

N

N Ares quales dicentium sint. 178. C
Narratio quid sit. 59. C
Narrationis ratio & modus. 57. D
Narrationum tres sunt species. 23. A
Negandi duplex forma est. 82. B
Ne, quid significet. 10. D
Nescire aliqua inter uirtutes est grammatici. 16. B
Nicostratus luctando, pugnandoq; uictor. 27. C
Noëma. 125. C
Nomina propria in o. 11. B
Non à ne aliud significat. 10. D
Nothus qui dicatur. 46. A
Numero quædam ualent. 82. C
Nutrices Chrysippus optimas iubet legi.
Nutricum cantilenæ. 18. B (2. C)

O

Obscenitas omnis fugienda. 94. D
Obscuritas quibus rebus fiat. 117. D
Oculorum gestus in actione. 178. B
Olympius Iupiter factus à Phidia. 193. C
Onomatopœia. 11. D. 12. B
Opiter unde dicatur. 8. A
Oratio mores profert. 168. A
Oratio quibus constet. 115. D
Oratio regina rerum dicitur à Sophocle. 20. D
Orationis uirtutes & uitia quæ. 8. C
Orationis partes. 7. D
Orator quid obseruet in suscipiendis causis. 190. B. 191. A. 192. A
Orator non est nisi uir bonus. 184. B
Orator uerus cuiusmodi esse debeat. 2. A
Oratoris officium. 115. D
Oratoris instrumenta quæ sint. 189. C
Oratores quomodo legendi. 25. A
Oratorum ueterū præcipui. 156. B
Ordo tribus momentis cōsertus est. 75. C
Ornatus. 118. C
Orpheus saxa lyra duxit. 17. A
Orthopœia. 10. A
Orthographia. 14. A
Os oratoris quale sit. 177. A
Ouidij laus. 157. A
Ouidij Metamorphosis qualis sit. 57. D

P

P Acuij laus. 157. C
Pædagogi quales esse debeant. 2. D

Pamphilus pictor. 193. B
 Palæmon ætate Quintiliani fuit. 7. D
 Panegyrici plus cultus admittunt. 28. B
 Panyalis laus. 151. B
 Parabola. 79. C
 Parœmia. 129. D
 Paradiastole. 142. D
 Paradiæfiges. 139. B
 Paradoxum. 134. C
 Parentes quales esse oporteat. 2. D
 Parenthesis. 140. C
 Paricidas quos uocemus. 128. C
 Paronomasia. 142. D
 Parrhasius clarus pictor lineas subtilissime
 examinauit. 193. B
 Partes orationis quot sint numeratæ. 7. D
 Partitio quæ sit apud rhetores. 66. A
 Pataunitatē Pollio reprehendit in Liuiō.
 11. A. & 117. B
 Pathos. 91. D.
 Patroni & accusatoris distantia. 82. A
 Pauli L. oratio de lunæ defectione. 19. A
 Pedū suppositio frequēs inepta est. 180. D
 Pedonis laus. 157. A
 Pepigi uerbum defenditur à Fabio. 12. B
 Peregrini murum ascendentes multantur
 morte. 65. D
 Pericles obscuratōne solis territos Athe-
 nienses liberauit metu. 19. A
 Pericles optabat ne sibi ullum uerbum in
 os ueniret quo populus offenderetur.
 192. C
 Periodi nomina multa. 151. A
 Periphrasis figura. 129. D. 131. A
 Periphrasis figura est potius quàm tro-
 pus. 131. A
 Perissologia. 130. A
 Persij laus. 157. B
 Personis quæ accidunt. 73. A
 Perpicuitas summa orationis uirtus est.
 15. D. 22. D. & 117. B
 Petoritum Gallicum est nomen. 11. A
 Phantasiæ tractatio. 92. D
 Phidias statuarius, & eius opera. 193. C
 Phidias Iouem expoliuit. 22. C
 Philætas elegiographus. 155. C
 Philemon comicus. 156. B
 Philisti historici laus. Ibidem
 Philosophiæ cognitio necessaria oratori
 est. 187. D. & 188. A
 Phrygio excitamur. 18. B
 Pictores clari. 193. B
 Pilarij in scenis. 165. B
 Pindarus Lyricorum princeps. 155. C
 Pituita quia petat uitam. 13. C
 Plancus Stoicus. 158. D
 Plato Pythagoreos & Aegypti sacerdo-
 tes discendi gratia adijt. 20. D
 Platonis copia. 158. A
 Platonis laus. 156. C
 Platonis dialogi. 70. B
 Plautus, & eius laus. 157. C
 Pleonasmus. 121. B. 141. D
 Plinij Secundi error de toga Cic. 181. D
 Pectus disertos facit. 165. B
 Poëtæ non per omnia sunt oratori sequen-
 di. 154. A
 Poëtarum lectio quid conferat. 153. D
 Pollio ieiunus fuit. 160. A
 Pollio ante quæstoriã ætatem grauissimas
 causas egit. 189. D
 Pollionis diligentia. 93. C. 160. C
 Polycletus statuarius. 193. B
 Polygnotus clarus pictor. Ibidem. A
 Pomponij Secundi laus. 157. C
 Portius Latro primus clari nominis pro-
 fessor fuit. 163. D
 Præceptor quidã in Liuiō docebat obscu-
 rare discipulos quæ dicerent. 118. B
 Præceptoris uirtus maxima est, ut discrimi-
 na ingeniorum notet. 26. D
 Præceptoris uultus contuendus à discen-
 tibus. 22. A
 Præceptore an protinus optimo utendum
 sit. Ibidem. B
 Præceptores temperare uires suas ad intel-
 lectum discipulorum debent. 5. D
 Præceptores latini cœperunt temporibus
 L. Crassi. 25. A
 Præceptorum officium & mores. 21. C
 Præcocia ingenia cuiusmodi. 6. A
 Præiudicia quomodo tractentur. 68. A
 Præmiorum tractatio. 116. D
 Pragmatici apud Oratores. 188. D
 Praxiteles clarus statuarius. 193. C
 Probationes artificiales. 70. D
 Probationes inartificiales apud rhetores
 quæ dicantur. 67. C
 Probationes patheticæ. 81. A
 Probationum quadruplex ratio est. 71. A
 Profectus diligentia constat. 26. C
 Pronunciatio prima qualis sit. 19. A

Pronunciatio ornata quæ. 176. B
 Pronunciatio tria præstare debet. 182. B
 Pronunciationis quantum sit momentum
 174. B
 Proœmiū unde dicat, & eius usus. 54. A
 Propertij laus. 157. B
 Propositionis usus in oratione. 65. C
 Propositione aliquando aduersarij uten-
 dum. 102. A
 Proprium quod dicatur. 74. D
 Propria uerba quæ dicantur. 11. D
 Profonomasia. 142. D
 Profopœciæ. 48. A. & 134. D
 Protogenes pictor quibus rebus excellue-
 rit in pictura. 193. B
 Prouerbia uim nonnunquam habent io-
 corum. 98. A
 Pudor ad dicendum stimulos addit. 165. C
 Pueri instituendi secundum naturã. 26. D
 Puerorum natura laboris est patientior.
 20. B
 Pueris eloquentiæ studiosis quæ sint maxi-
 me uitia uitanda. 26. A
 Pueris non est acerbe instandum. 3. C
 Pyrrhichius pes cuiusmodi. 152. A
 Pythagoras primus philosophum se dia-
 xit. 185. B
 Pythagoræ delatum: Ipse dixit. 168. A
 Pyxides quas appellemus. 128. C
Quæstio quid sit. 52. B
Quæstio omnis aut in re aut persona
 est. 71. A
 Quæstionum species. 115. D
 Quæstus nulla iustior ratio quàm ex offi-
 cio præceptoris. 191. D
 Qualitas. 109. D
 Quantitas. 111. D
 Quæse dixit Liuius nõ quasi. 14. D
 Quintilianus præceptor nepotum Domi-
 tiani fuit. 54. C
 Quintiliani consilium in toto libro. 2. B
 Quintiliani liber De causis corruptæ elo-
 quentiæ. 87. C
 Quintiliani liberi mortui superstitite patre.
 87. C. D
R
RAbirij laus. 157. A
RRatio quæ sit. 52. B
Rebus accidentia quæ sint. 73. C
Refutatio quæ sit, & ubi locū habeat. 82. A
 Rerumpublicarum tres sunt formæ. 75. A
 Rheda gallicum est nomen. 11. A
 Rhetoricæ initium. 38. C
 Rhetorica an sit uirtus. 35. C
 Rhetorica ad quid sit utilis. 32. B
 Rhetorica explicitæ manui est similis ex
 sententia Zenonis. 35. D
 Rhetorice an sit ars. 33. A
 Rhetorice quid sit, & eius finis. 30. C
 Rhetorices materia quæ sit. 36. A
 Rhetorice quemadmodum uerti latine nõ
 possit. 30. A
 Rhetoricæ artis scriptores quæ fuerint. 37. B
 Rhetoricæ quinque partes sunt. 38. D
 Rhetoricam quidam naturalem credide-
 runt. 33. B
 Rhetoris instrumenta. 37. A
 Rhetori quando tradendus sit puer. 21. A
 Rhodium dicendi genus. 194. A
 Rhythmus quid sit. 17. D
 Risus captatio quando feri debeat. 93. B
 Romanis summum crimèn luxuria fuit.
 47. D
 Rumor quomodo tractandus sit à Rheto-
 re. 68. B
 Rutilij P. exilium sub Sylla. 167. A
S
SAleij Bassi laus. 157. A
Saliorum saltatio quare instituta. 19. D
 Sallustius Thucydidi conferendus. 157. D
 Sallustij proœmia. 48. C
 Sallustiana breuitas pueris non conuenit.
 154. A
 Sallum quid dicatur. 94. A
 Sarcasmus. 129. D
 Scabellum à scamno ducitur. 7. B
 Scæuolæ eloquentia. 189. A
 Schemata. 10. D
 Scipio primus ex uortice fecit uerticem.
 14. D
 Scribendū quidquid ut sonuerit. 15. A
 Scribendū quis sit modus. 160. D
 Scribendū bene studium non est contem-
 nendum. 3. D
 Scripti & uoluntatis status. 112. B
 Secundi elegantia. 193. C
 Senecæ genus dicendi, & Quintiliani de
 eo iudicium. 158. D
 Senecæ copia in dicendo. 193. C
 Sententiarum genera. 125. A
 Sententiarum ornamenta. 135. A
 B 3

I N D E X.

Sententiarum quæ sint figuræ. 133. B
 Septimij libri obseruationum. 54. D
 Seriorum tria genera. 98. D
 Sermo quibus constet. 11. D
 Seruij Sulpitij laus. 158. C
 Seruij Nouiani laus. 157. D
 Sidonij in carmine felicitas. 165. C
 Signa quomodo tractentur in probatio-
 ne artificiali. 71. B
 Similitudines quomodo eludantur. 83. B
 Similitudines repertæ ad inferendam re-
 bus lucem. 122. B
 Simonides inuentor memoratiuæ artis.
 172. A
 Simonidis laus. 155. D
 Simulatio prodit se aliquando. 185. D
 Socrates noluit uti oratione Lyfiæ. 167. A
 Socrates senex lyræ studuit. 17. B
 Socratis persona in Platone cuiusmodi.
 31. D
 Socrati contulerunt discipuli ad uictum.
 191. D
 Socraticorum mos. 184. D
 Solæcisinus. 10. A
 Solitaurilia unde sint dicta. 11. C
 Sophoclis laus. 155. D
 Sophron Mimorum scriptor quanti à Pla-
 tone sit habitus. 17. C
 Sotadei amouendi sunt. 15. C
 Spiritus orantis qualis sit. 175. D
 Status qui, & quot sint. 42. D
 Status quot, & unde ducatur. 41. B. D
 Status eius qui dicitur est. 178. A. B. C
 Statuum inter se cognatio & diuersitas.
 114. C
 Statuarij clari. 193. B. C
 Stellam à stilla quidam deducunt. 13. B
 Stesichori laus. 155. C
 Studia quæ post finem tractanda. 195. A
 Stylus dicendi magister est. 160. D
 Stylus qualis esse debeat. 160. D & 161. A.
 Suadenti seu dissuadenti quæ sint specta-
 da. 48. D
 Suadendi partes quæ sint. 49. A
 Sulpitius transtulit carmina in profam, &
 hoc unum genus exercitationis habuit.
 163. A
 Sulpitius Longus scædissimus. 94. D
 Sulpitij acumen in dicendo. 193. C
 Sybaritæ frugalitatem oderunt. 47. D
 Syllogismorū ratio. 113. C

Sylua quæ uocetur scriptorum. 161. D
 Synalœphe quæ dicatur. 9. B. 146. C
 Synathresimus. 124. D
 Synæresis. 9. B
 T
TAbularum ratio quomodo tractanda
 ab oratore. 68. C
 Tautologia. 121. B
 Terentij laus. 157. C
 Terentij Varronis laus. Ibidem. B
 Testes quomodo refellendi sint. 68. D
 Themistocles intra annum unum optime
 Persice locutus est. 174. B
 Themistocles abiecta lyra est habitus indo-
 ctior. 17. D
 Theocriti laus. 155. B
 Theodectes quamlibet multos uersus con-
 tinuo reddere memoria fretus potuit.
 174. B
 Theophrastus notatur ab anicula. 117. B
 Theophrasti laus. 156. D
 Theon Samius clarus pictor. 193. B
 Theopompi laus. 156. B
 Theopompi Lacedæmonij factum. 34. A
 Thefes. 40. C
 Thucydides bellicum canere uidetur Cice-
 ronij. 154. B
 Thucydidis laus. 156. B
 Tibiæ orantis quales sint. 175. B
 Tibulli laus. 157. B
 Timagenes musicam antiquissimam dixit.
 17. A
 Timagenis historici laus. 156. B
 Timantis tabula qua Iphigeniam depin-
 xit. 29. D
 Timotheus musicus duplicem mercedem
 exigebat ab his quos alius instituisset.
 22. C
 Tinca Placentini barbarisini. 9. A
 Tiro libertus Ciceronis tres libros de Ioa-
 cis scriptos reliquit. 93. C
 Toga ad calceos dimissa est antiquitus.
 181. D
 Toga qualis sit dicentium. 181. C
 Tonorum uel accentuum obseruatio. 9. C
 Topica à Cic. quo consilio scripta. 53. A
 Topographia. 135. D
 Tormenta quomodo tractentur à rhetori-
 bus. 68. B
 Trachalus eminentissimus sui temporis
 orator. 189. D

I N D E X.

Trachali sonus in dicendo. 193. C
 Trachali laus. 158. C
 Translationis usus. 117. C
 Translationi quæ sint necessaria. 129. B
 Translatione quando utamur. 82. C
 Translata quæ dicantur uerba. 11. D
 Tricola. 143. B
 Tropus quid sit. 126. D. & 131. A
 Tropus continuus in allegoriâ & æpigma
 exit. 127. C
 Tropi à figuris quid differant. 130. D
 Tubæ in Ro. exercitu quid agant. 17. B
 Tumultus quid sit. 109. A
 Tyrtæū Horat. Homero subiungit. 155. B
 V
Valerij Flacci laus. 157. A
 Valesij & Fufij, qui nunc Valerij &
 Fufij. 7. C
 Varenij laus. 157. A
 Vari poëtæ laus. Ibidem. C
 Ventilatores in scenis. 165. B
 Venus armata apud Lacedæmon. 24. B.
 Venustum quid dicatur. 94. A
 Verbis quædam sunt eleuanda. 61. D
 Verbis cuiusmodi utendum. 13. C
 Verbalia quæ. 8. B
 Vergilius primo legendus à pueris. 15. C
 Vergilius paucissimos uersus die compo-
 suit. 161. B
 Vergilij principia. 55. C

Vergilij laus. 156. D
 Verginius ætate Fabij. 38. B
 Vertere græca conducit plurimū ad com-
 parandam eloquentiam. 162. D
 Vibius Crispus. 84. C
 Vibij Crispi dictio & laus. 158. C
 Visellius scriptor. 138. D
 Vlyssis orantis status apud Hom. 182. B
 Vitæ antea actæ crimina quomodo tractan-
 da sint. 101. A
 Vitia quæ circa gestum accidunt. 180. B
 Vitia quædam puerorū ferenda sunt. 23. A
 Vopiscus unde dicatur. 8. A
 Vox præceptoris ut sol est. 5. A
 Vox qualis sit oratori. 175. A
 Vocis diuisio. 17. D
 Vox uiua plenius alit. 22. A
 Vocalium concursus hiantem facit oratio-
 nem. 146. C
 Virbanus quis dicendus sit. 98. C
 Virbanitas quid significet. 94. A
 Vultus orantium qualis sit. 178. A
 X
 Xenophontis ore Musæ locutæ sunt.
 154. B
 Xenophontis laus. 156. D
 Z
 Zeufis pictor clarus. 193. B

F I N I S.

M. FABIVS QVINTILIANVS TRYPHONI
BIBLIOPOLAE SALVTEM.

EFFLAGITASTI quotidiano conuicio, ut libros, quos ad Marcellum meum de Institutione oratoria scripseram, iam emittere inciperem. Nam ipse eos nondum opinabar satis maturuisse, quibus componendis, ut scis, paulo plus quam bienniu, tot alio qui negotijs districtus impendi: Quod tempus non tam stylo, quam inquisitioni instituti operis propè infiniti, & legendis autoribus, qui sunt innumerabiles, datum est. † Vfus deinde Horatij consilio, qui in Arte Poëtica suadet, ne præcipitetur editio, nonumq; prematur in annum, dabam his otium, ut refrigerato inuentionis amore, diligentius repetitos tanquam lector perpendere. Sed si tantopere efflagitantur, quam tu affirmas, permittamus uela uentis, & auram bene soluentibus precemur. Multum autem in tua quoq; fide ac diligentia positum est, ut in manus hominū quam emendatissimi ueniant.

† Alias sic:
Deinde Horatij

M. FABII QVINTILIA

NI IN ORATORIAE INSTITVTIONIS LIBRVM
PRIMVM, AD MARCELLVM VICTORIVM,
PROOEMIVM.



POST impetratam studijs meis quietem, quae per uiginti annos erudiendis iuuenibus impenderam, cum à me quidam familiariter postulerent, ut aliquid de ratione dicendi cōponerem, diu sum equidem reluctatus, quod autores utriusque linguæ clarissimos nō ignorabam multa, quæ ad hoc opus pertinerent, diligentissime scripta posteris reliquisse. Sed qua ego ex causa faciliorem mihi ueniam meæ deprecationis arbitrabar fore, hac accendebant illi magis, quod inter diuersas opiniones priorum, & quasdam etiam inter se contrarias, difficilis esset electio: ut mihi si non inueniendi noua, at certe iudicandi de ueteribus, iniungere laborem non iniuste uiderentur. Quamuis autem non tam me uinceret præstandi quod exigebatur fiducia, quam negandi uerecundia, latius se tamen aperiente materia, plus quam imponebatur oneris, sponte suscepi: simul ut pleniori obsequio demererer amantissimos mei, simul ne uulgarem uiam ingressus, alienis demum uestigijs insisterem. Nam cæteri ferè, qui artem orandi literis tradiderunt, ita sunt exorsi, quasi perfectis omni alio genere doctrinæ, summam eloquentiæ manum imponderent: siue contemnentes tanquam parua quæ prius discimus studia, siue nō ad suum pertinere officium opinati, quando † diuisæ professionum uices essent: seu, quod proximum uero, nullam ingenij sperantes gratiam circa res, etiamsi necessarias, procul tamen ab ostentatione positas, ut operum fastigia spectantur, latent fundamenta. Ego cum nihil existimem arti oratoriæ alienum, sine quo Oratorem nō posse fieri fatendum est, nec ad ullius rei summam, nisi præcedentibus initijs perueniri ad minora illa, sed quæ si negligas, nō sit maioribus locus, demittere me non recusabo: nec aliter quam si mihi tradatur educandus Orator, studia eius formare ab infantia incipiā. Quod opus Marcelle Victori tibi dicamus, quem cum amicissimum nobis, tum eximio literarum amore flagrantem, non propter hæc modò, quanquam sunt magna, dignissimum hoc mutuæ inter nos charitatis pignore iudicabamus, sed quod erudiendo nato tuo, cuius prima ætas manifestū iter ad ingenij lumen ostēdit, nō inutiles † fore libri uidebantur, quos ab ipsis dicendi uelut incunabulis, per omnes, quæ modo aliquid Oratori futuro cōferant, artes, ad summam eius operis perducere destinabamus. Atque eo magis, quod duo iam sub nomine meo libri ferebantur artis Rhetoricæ, neque editi à me, neq; in hoc comparati. Nancq; alterum sermone per bi-

Inuersio

Raph. in eloquentia l.

† diuersæ

† sero

C duum habito, pueri, quibus id præstatur, exceperant: Alterum quibus sanè diebus, quantum notando consequi potuerant, interceptū, boni iuue-^{plurib.} nes, sed nimium amantes mei, temerario editionis honore uulgauerant. Quare in his quoque libris erunt eadem aliqua, multa mutata, plurima adiecta, omnia uero compositiora, & quam nos poterimus elaborata. Oratorem autem instituimus illum perfectum, qui esse nisi uir bonus non potest. Itaque non dicendi modo eximiā in eo facultatem, sed omnes animi uirtutes exigimus. Neque hoc concesserim, rationem rectæ honestæque uitæ (ut quidam putauerunt) ad philosophos relegendam, cum uir ille uere ciuilis, & publicarum priuatarumque rerum administrationi accommodatus, qui regere consilijs urbes, fundare legibus, emendare iudicijs possit, non alius sit profecto quam orator. Quare tametsi me fateor usurū quibusdam, quæ philosophorum libris continentur, tamen ea iure uereque contenderim esse operis nostri, proprieque ad artem oratoriam pertinere. An si frequentissime de iustitia, fortitudine, temperantia, cæterisque similibus sit differendum, & adeo, ut uix ulla possit causa reperiri, in quam non aliqua quaestio ex his incidat, eaque omnia inuentione, atque elocutione sint explicanda, dubitabitur ubicunque uis ingenij, & copia dicendi postulatur, ibi partes oratoris esse præcipuas? Fueruntque hæc, ut Cicero apertissime colligit, quæ admodum iuncta natura, sic officio quoque copulata, ut iidem sapientes atque eloquentes haberentur. Scidit deinde se studium, atque inertia factum est, ut artes esse plures uiderentur. Nam ut primum lingua esse cœpit in quaestu, institutumque eloquentiæ bonis male uti, curam morū qui disertī habebantur, reliquerunt: Ea uero destituta, infirmioribus ingenijs uelut prædæ fuit. Inde quidam contempto bene dicendi labore, ad formandos animos, instituendasque uitæ leges regressi, partem quidem potiore, si diuidi posset, retinuerunt, nomen tamen sibi insolentissimū arrogauerunt, ut soli sapientiæ studiosi uocarentur. Quod neque summi Imperatores, neque in consilijs rerum maximarū, ac totius administratione Reipub. præclarissime uersati, sibi unquam uendicare sunt ausi: facere enim optima quam promittere maluerunt. Ac ueterum quidem sapientiæ professorū multos & honesta præcepisse, & ut præceperunt etiam uixisse facile concesserim, nostris uero temporibus sub hoc nomine maxima in plerisque uirtutibus latuerunt. Non enim uirtute ac studijs ut haberentur philosophi laborabant, sed uultum, & tristitiam, & dissentientem à cæteris habitum pessimis moribus prætendebant. Hæc autem quæ uelut propria philosophiæ afferuntur, passim tractamus omnes. Quis enim non de iusto, æquo ac bono, modo, non & uir pessimus loquitur? Quis non etiam rusticorū aliqua de causis naturalibus quaerit? Nam uerborum proprietates ac differentia, omnibus qui sermonem curæ habent, debet esse communis. Sed ea & sciet optime, & eloquetur Orator: qui si fuisset aliquando perfectus, non à philosophorum scholis uirtutis præcepta peterentur. Nunc necesse est ad eos aliquando

Lib. 3. de Oratore.

D iudicarentur.

A aliquando autores recurrere, qui diserta, ut dixi, parte oratoriæ artis, meliorem præsertim occupauerunt, & ueluti nostrum reposcere, non ut nos illorum utamur inuentis, sed ut illos alienis usos esse doceamus. Sit igitur orator uir talis, qualis uere sapiens appellari possit, nec moribus modo perfectus (nam id mea quidem opinione, quanquam sint qui dissentiant, satis non est) sed etiam scientia & omni facultate dicendi, qualis adhuc fortasse nemo fuerit. Sed non ideo minus nobis ad summam tendendum est, quod fecerunt plerique ueterum, qui etsi nondum quenquam sapientem repertū putabant, præcepta tamen sapientiæ tradiderunt. Nam est certe aliquid consummata eloquentia, neque ad id peruenire natura humani ingenij prohibet: quod si non contingat, altius tamen ibunt, qui ad summam nitentur, quam qui præsumpta desperatione quod uelint euadendi, protinus circa ima substiterint. Quo magis impetranda erit uenia, si ne minora quidem illa, uerū operi quod instituimus necessaria præteribo. Nam liber primus ea quæ sunt ante officium rhetoris, continebit. Secundo, prima apud rhetorem elementa, & quæ de ipsa rhetoriæ substantia quaeruntur, tractabimus. Quinque deinceps inuentioni, nam & huic dispositio subiungitur. Quatuor elocutioni, in cuius partem memoria ac pronuntiatio ueniunt, dantur. Vnus accedet, in quo nobis orator ipse informandus est, ut qui mores eius, quæ in suscipiendis, discendis, agendis causis ratio, quod eloquentiæ genus, quis agendi debeat esse finis, quæ post finem studia, quantum nostra ualebit infirmitas, differemus. His omnibus admiscebitur, ut quisque locus postulabit, dicendi ratio, quæ non eorum modo scientia, qui bus solis quidam nomen artis dederunt, studiosos instruat, & (ut sic dixerim) ius ipsum rhetorices interpretetur, sed alere facundiam, uires augere eloquentiæ possit. Nam plerumque nudæ illæ artes, nimia subtilitatis affectatione frangunt atque concidunt quicquid est in oratione generosius, & omnem succum ingenij bibunt, & ossa detegunt: quæ ut esse & astringi neruis suis debent, sic corpore operienda sunt. Ideoque nos non particulam illam, sicut plerique, sed quicquid utile ad instituendum oratorem putabamus, in hos XII libros contulimus, breuiter omnia demonstrando. Nam si quantum de quaque re dici potest prosequamur, finis operis non reperitur. Illud tamen in primis testandum est, nihil præcepta atque artes ualere, nisi adiuuante natura. Quapropter ei cui deerit ingenium non magis hæc scripta sunt, quam de agrorum cultu sterilibus terris. Sunt & alia ingenita cuique adiuuamenta quæ adiuuant, uox, latus patiens laboris, ualetudo, constantia, decor: quæ si modica obtigerunt, possunt ratione ampliari. Sed nonnunquam ita desunt, ut bona etiam ingenij studijque corrumpant. Sicut & hæc ipsa sine doctore perito, studio pertinaci, scribendi, legendi, dicendi, multa & continua exercitatione, per se aliàs nihil profunt.

a. l. summa.

nil inuita Miner.

quidem



Igitur nato filio, pater spem de illo primū quam optimam capiat, ita diligentior à principijs fiet. Falsa enim est querela, paucissimis hominibus uim percipiendi quę tradantur esse cōcessam, plerōsq; uero laborem ac tempora tarditate ingenij perdere. Nam contra, plures reperias & faciles in excogitando, & ad discendū promptos: quip̄pe id est homini naturale. Ac sicut aues ad uolandum, equi ad cursum, ad fœuitiam feræ gignuntur, ita nobis propria est mentis agitatio atq; solertia, unde origo animi cœlestis creditur. Hebetes uero & indociles, nō magis secundum naturam homines eduntur, quā prodigiosa corpora, & monstris insignia. Sed hi pauci admodum fuerunt: argumentum, quod in pueris elucet spes plurimorum, quę cum emoritur ætate, manifestum est non naturam defecisse, sed curam. Præstat tamen ingenio alius alium. cōcedo. Sed ut plus efficiat aut minus: Nemo tamen reperitur, qui sit studio nihil cōsecutus. Hoc qui peruiderit, protinus ut erit parens factus, ac rem quam maxime curam spei futuri Oratoris impendat: Ante omnia ne sit uitiōsus sermo nutricibus, quas, si fieri posset, sapientes Chrysippus optauit, certe quantum res pateretur, optimas eligi uoluit. Et morum quidem in his haud dubie prior ratio est, recte tamen etiā loquantur. Has primū audiet puer, harū uerba effingere imitando conabitur. Et natura tenacissimi sumus eorum quę rudibus t̄ annis pereipimus, ut sapor quo noua imbuas durat: nec lanarū colores, quibus simplex ille candor mutatus est, elui possunt. Et hæc ipsa magis pertinaciter hærent, quę deteriora sunt. Nam bona facile mutantur in peius: nunc quando in bonum uerteris uitia: Non assuescat ergo (ne dū infans quidem est) sermoni qui dediscendus sit. In parentibus uero quam plurimum esse eruditionis optauerim. Verum nec de patribus tantum loquor: Nam Gracchorum eloquentiæ multum contulisse accepimus Corneliam matrem, cuius doctissimus sermo in posteros quoq; est epistolis traditus. Et Lælij filia reddidisse in loquendo paternam eloquentiam elegantio rem dicitur. Et Q. Hortensij filia oratio apud Triumuiros habita legitur, nō tantum in sexus honorem. Nec tamen hi quibus discere ipsis non contigit, minorem curam docendi liberos habeant, sed sint propter hoc ipsum ad cætera magis diligentes.

Pueri. De pueris, inter quos educabitur ille huic spei destinatus, idem quod de nutricibus dictū sit. De pædagogis hæc amplius, ut aut sint eruditi plane, quam primam esse curam uelim, aut se non esse eruditos sciant. Nihil enim peius ijs, qui paulū aliquid ultra primas literas progressi, falsam sibi scientiæ persuasionem induerūt. Nam & t̄ cedere præcipiendi peritis indignantur, & uelut iure quodam potestatis, quo fere hoc hominū genus intumescit, imperiosi atq; interim fœuientes stultitiam suam perdocent. Nec minus error eorum nocet moribus. Siquidem Leonides Alexandri

a. uolatum

hebetes

de educatiōe

Nutrices.

Chrysippus optauit

Sanimis

D

Parentes.

Mulieris eloquentes

parentes indocti

Pueri.

Pædagogi.

pædagi indocti

t̄ credere

Marmarici, Leonides, magistrum

pædago

A pædagogus, ut à Babylonio Diogene traditur, quibusdam eum uitijs imbut, quæ robustum quoq; & iam maximū regem ab illa institutione puerili sunt profecuta. Si cui multa uideor exigere, cogitet Oratorem institui, rem arduam, etiam cum ei formandō nihil defuerit, præterea plura ac difficiliora superesse. Nam & studio perpetuo, & præstantissimis præceptoribus, & pluribus disciplinis opus est. Quapropter præcipienda sunt optima: quæ si quis grauabitur, nō rationi defuerit, sed homini. Si tamen nō continget, quales maxime uelim habere nutrices pueros, pædagogus at unus certe sit assiduus, dicendi non imperitus: Qui, si qua erunt ab his præsentē alumno dicta uitiose, corrigat protinus, nec insidere illi sinat, dū tamen intelligatur, id quod prius dixi, bonū esse, hoc remediū. A sermone græco puerū incipere malo, quia latinus, qui pluribus in usu est, uel nobis nolentibus se perhibet, simul quia disciplinis quoq; græcis prius instituendus est, unde & nostræ fluxerūt. Non tamen hoc adeo superstitiose uelim fieri, ut diu tantū loquatur græcē, aut discat, sicut pleriq; moris est. Hinc enim accidunt & oris plurima uitia in peregrinū sonum corrupti, & sermonis, cui cum græcæ figuræ assidua consuetudine hæserūt, in diuersa quoq; loquendi ratione pertinacissime durant. Nō longe itaq; latina subsequi debent, & citō pariter ire. Ita fiet, ut cum æquali cura linguā utranq; tueri cœperimus, neutra alteri officiat. Quidā literis instituendos, qui minores septem annis essent, non putauerunt, quod illa primum ætas & intellectum disciplinarū capere, & laborem pati nō possit. In qua sententia Hesiodum esse plurimi tradunt, qui ante grammaticū Aristophanem fuerunt. Nam is primus ὑποθηκῶν, in quo libro scriptum hoc inuenitur, negauit esse huius Poëtæ. Sed alij quoq; autores, inter quos Eratosthenes, idem præceperunt. Melius autem qui nullū tempus uacare cura uolunt, ut Chrysippus: nam is, quamuis nutricibus triennium dederit, tamen ab illis quoque iam in formandam quam optimis institutis mentem infantium iudicat. Cur autem non pertineat ad literas ætas, quæ ad mores iam pertinet? Neque ignoro toto illo, de quo loquor, tempore uix tantum effici, quantum conferre unus postea possit annus: Sed tamen mihi, qui hoc senserunt, uidentur nō tam discantibus in hac parte, quā docentibus pepercisse. Quid melius alioquin facient, ex quo loqui poterunt? Faciant enim aliquid necesse est; Aut cur hoc, quantumcūq; est usq; ad septem annos lucrum, fastidiamus? Nam certe quamlibet paruum sit quod contulerit ætas prior, maiora tamen aliqua discet puer eo ipso anno, quo minora didicisset. Hoc per singulos annos prorogatu in summam proficit, & quantum infantia præsumptū est temporis, adolescentiæ acquiritur. Idem etiā de sequentibus annis præceptum sit, ne quod cuiq; discendum est, serō discere incipiat. Non ergo perdamus primum statim tempus, atque eo minus, quod initia literaru sola memoria constant, quæ non modo iam est in paruīs, sed etiam tenacissima est. Nec sum adeo ætatum imprudens, ut

defuerit Rap. sub

Alexandri signo Leonides defecit

Vnde parentur? Vide Mar. 4. 8

A Græcis auspici clausura

quod con... de videri

non putat ut videri

Chrysippus sum ten curat vix

etiam ante... ad discendum

C tem cōtinere, an frequentia scholarum, & uelut publicis præceptoribus tradere. Quod quidē cum his, à quibus clarissimarū ciuitatū mores sunt instituti, tum eminentissimis autoribus uideo placuisse. Nō est tamen dissimulandum, esse nonnullos qui ab hoc propē publico more priuata quadam persuasione dissentiant. Hi duas præcipue rationes sequi uidentur: unam, quod moribus magis consulant, fugiendo turbā hominū eius ætatis, quæ sit ad uitia maxime prona: unde causas turpium factorum sapius extitisse utinam falso iactaretur: Alteram, quod quisquis futurus est ille præceptor, liberalius tempora sua impensurus uni uidetur, quā si eadē in plures partiatur. Prior causa prorsus grauis. Nam si studijs quidē scholas prodesse, moribus autem constaret nocere, potior mihi ratio uiuendi honeste, quā uel optime dicendi uideretur. Sed mea quidem sententia, conferta ista atq; indiscreta sunt. Neq; enim esse oratorem nisi bonum uirum iudico: & fieri etiam si potest uolo. De hac re igitur prius. Corrupti mores in scholis putant: nam & corrumpuntur interim: sed domi quoq;, & sunt multa eius rei exempla, tam læsæ hercle quā cōseruatae sanctissime utrobicq; opinionis. Natura cuiusq; tamen curaq; distat. Da mentē ad peiora facilem, da negligentiam formandi, custodiendiq; in ætate prima pudoris, non minorem flagitijs occasionem secreta præbuerint. Nam & potest turpis esse domesticus ille præceptor, nec tutior inter seruos malos, quā ingenuos parum modestos conuersatio est. At si bona ipsius in doles, si non cæca, ac sopita parentum socordia est, & præceptorem eligere sanctissimum quencq;, cuius rei præcipua prudentibus cura est, & disciplina, quæ maxime seuera fuerit, licet, & nihilominus amicū grauem uirum, aut fidelem libertum lateri filij sui adiungere: cuius assiduus comitatus etiam illos meliores faciet, qui timebuntur. Facile erat huius metus remedium. Utinam liberorum nostrorum mores non ipsi perderemus. Infantiam statim delicijs soluimus. Mollis illa educatio, quam indulgentiam uocamus, neruos omnes & mentis & corporis frangit. Quid nō adultus concupiscet, qui in purpuris repit? Nondum prima uerba exprimit, iam coccum intelligit, iam conchylum poscit. Antē palatum eorum quā os instituimus. In lecticis crescunt, si terram attigerint, è manibus utrinq; sustinentium pendent. Gaudemus si quid licentius dixerint. Verba ne Alexandrinis quidem permittēda delicijs, risu & osculo excipimus. Nec mirum, nos docuimus, ex nobis audierunt, nostras amicas, nostros concubinos uident. Omne conuiuium obscœnis canticis strepit, pudenda dictu spectantur. Fit ex his cōsuetudo, inde natura: discunt hæc miseri antequam sciant uitia esse. Inde soluti ac fluentes non accipiunt è scholis mala ista, sed in scholas afferunt. Verū in studijs magis uacabit unus uni? Ante omnia nihil prohibet esse istum, nescio quem, unum etiam cum eo, qui in scholis eruditur. Sed etiam si iungi utrinq; nō posset, lumen tamen illud conuentus honestissimi, tenebris ac solitudini prætulisset. Nam optimus quisq;

orator non nisi
uir bonus

indulgentia.

Alexandrinæ
deliciae.

in meo

A quisq; præceptor frequentia gaudet, ac maiore se theatro dignū putat; at uero minores ex cōscientia suæ infirmitatis hæere singulis, & officio fungi quodammodo pædagogorum nō indignantur. Sed præstet alicui uel gratia, uel amicitia, uel pecunia, ut doctissimū atq; incōparabilem magistrum domi habeat, num tamen ille totum in uno diem cōsumpturus est? Aut potest esse ulla tam perpetua discantis intentio, quæ non ut uisus oculorum obtutu continuo fatigetur: cum præsertim multo plus secreti temporis studia desiderent. Neq; enim ediscēti, scribenti & cogitanti præceptor assistit, quorū aliquid agentibus cuiuscunq; interuentus impedimento est. Lectio quoq; non omnis, nec semper præeunte, uel interpretante eget: quando enim tot autorum notitia contingeret? Ergo modicum tempus est, quo in totū diem uelut opus ordinetur. Ideoq; per plures ire possunt, etiam quæ singulis tradenda sunt. Pleraq; uero hanc conditionē habent, ut eadem uoce ad omnes simul perferantur. Taceo de partitionibus & declamationibus rhetorum, quibus certe quantuscunq; numerus adhibeatur, tamen unusquisq; totum feret. Non enim uox illa præceptoris, ut cœna, minus pluribus sufficit, sed ut sol, uniuersis idē lucis, caloriscq; largitur. Grammaticus quoq; de ratione loquēdi si differat, quæstiones explicet, historias exponat, poëmata enarret, tot illa discēt, quot audient. At enim emendationi prælectioniq; numerus obstat? Sit incōmodum (nam quid ferē undiq; placet?) mox illud comparabimus cōmodis. Nec ego tamen eō mitti puerum uolo, ubi negligatur. Sed neq; præceptor bonus maiore se turba quā ut sustinere eam possit, onerauerit: & in primis ea habēda cura est, ut is omni modo fiat nobis familiariter amicus, nec officiū in docendo spectet, sed affectum, ita nunquam erimus in turba. Nec sanē quisquam literis saltem leuiter imbutus, eum in quo studium, ingeniumq; perspexerit, non in suam quoq; gloriam peculiariter fouebit. Sed ut fugiēda sint magnæ scholæ (cui ne ipse quidem rei assentior) si ad aliquem meritō concurratur, nō tamen hoc eō ualet, ut fugiēda sint omnino scholæ: aliud est enim uitare eas, aliud eligere. Et si refutauimus quæ contrā dicuntur, iam explicemus quid ipsi sequamur. Ante omnia futurus orator, cui in maxima celebritate, & in mediâ Rep. uiuendum est, assuescat iam à tenero non reformidare homines, neq; illa solitaria, & uelut umbratili uita palle scere. Excitanda mens & attollenda semper est, quæ in huiusmodi secretis aut languescit, & quendam uelut in opaco situm ducit, aut contrā tumescit inani persuasione. Necessē est enim nimium tribuat sibi, qui se nemini comparat. Deinde cum proferenda sunt studia, caligat in sole, & omnia noua offendunt, ut qui solus didicerit, quod inter multos faciendum est. Mitto amicitias, quæ ad senectutem usq; firmissime durant, religiosa quadam necessitudine imbutæ. Neq; enim est sanctius sacris ipsē quā studijs initiari. Sensum ipsum qui cōmunis dicitur, ubi discet, cum se à congressu, qui nō hominibus solū, sed mutis quoq; animalibus naturalis est,

Vox præceptoris
solis instat
q.

reipublicæ luc. h.
quæ alij

firmissima amicitia

C segregarit. At domi ea sola discere potest, quæ ipsi præcipiuntur, in schola etiam quæ alijs. Audiet multa quotidie probari, multa corrigi, proderit alicuius obiurgata desidia, proderit laudata industria, excitabitur laude æmulatio, turpe ducet cedere pari, pulchrū superasse maiores, accendunt omnia hæc animos: & licet ipsa uitium sit ambitio, frequenter tamen causa uirtutum est. Non inutilem scio seruatum esse à præceptoribus meis morem, qui cum pueros in classes distribuerant, ordinem dicendi secundum uires dabat, & ita superiore loco quisque declamabat, ut præcedere profectu uidebatur. Huius rei iudicia præbebantur, ea nobis ingens palmæ contentio, ducere uero classem, multo pulcherrimū. Nec de hoc semel decretum erat, tricesimus dies reddebat uictō certaminis potestatem. Ita nec superior successu curam remittebat, & dolor uictum ad depellendam ignominiam concitabat. Id nobis acriores ad studia discendi faces subdidisse, quam exhortationem docentium, pædagogorum custodiam, uota parentum, quantum animi mei coniectura colligere possum, contenderim. Sed sicut firmiores in literis profectus alit æmulatio, ita incipientibus, atque adhuc teneris, condiscipulorum quam præceptoris iucundior, hoc ipso quod facilius, imitatio est. Vix enim se prima elementa ad spem tollere effingendæ (quam iummā putant) eloquentiæ audebunt, proxima amplectuntur magis, ut uites arboribus applicitæ, inferiores prius apprehendendo ramos in cacumina euadunt. Quod adeo uerum est, ut ipsius etiam magistri, si tamen ambitiosis utilia præferet, hoc opus sit, cum adhuc rudia tractabit ingenia, non statim onerare infirmitatē discentiū, sed temperare uires suas, & ad intellectum audientis descendere. Nam ut uascula oris angustis perfusam humoris copiam respuunt, sensim autem influentibus, uel etiam instillatis complentur: sic animi puerorum quantum excipere possunt, uidentum est. Nam maiora intellectu, uelut parū aptos ad percipiendum animos non subibunt. Utile igitur est habere quos imitari primū, mox uincere uelis, ita paulatim & superiorum spes erit. His adicio præceptores ipsos non idem mentis, ac spiritus in dicendo posse concipere, singulis tantum presentibus, quantum illa celebritate audientium instinctos. Maxima enim pars eloquentiæ constat animo, hunc affici, hunc concipere imagines rerum, & transformari quodam modo ad naturam eorum, de quibus loquimur, necesse est. Is porro quo generosior celsiorque est, hoc maioribus uelut organis commouetur, ideoque & laude crescit, & impetu augeatur, & aliquid magnū agere gaudet. Est quædam tacita dedignatio, uim dicendi tantis comparatam laboribus ad unum auditorem demittere, pudet supra modum sermones attollere. Et sanè concipiat quis mente, uel declamantis habitum, uel orantis uocem, incessum, prononciationem, illum denique animi & corporis motum, sudorem, ut alia præteream, & fatigationem, audiente uno, nonne quiddam pati, furori simile uideatur? Non esset in rebus humanis eloquentia, si tantum cum singulis loqueremur.

Qua

A Qua ratione puerorum ingenia dignoscantur, & quomodo tractanda sint. CAP. III.



I Radito sibi puero, docendi peritus ingenium eius, in primisque naturam perspiciet. Ingenij signum in paruis præcipuū, memoria est. Eius duplex uirtus, facile percipere, & fideliter continere: Proximum imitatio. Nam id quoque est docilis naturæ: sic tamen, ut ea quæ discit effingat, non habitū forte & incessum, & si quid in peius notabile est. Non dabit mihi spem bonæ indolis, qui hoc imitandi studio petet, ut rideatur. Nam probus quoque in primis erit ille uere ingeniosus, alioqui non prius duxerim tardi esse ingenij, quam mali. Probus autem ab illo segni, & iacente plurimum aberit. Hic meus quæ tradentur non difficulter accipiet, quædam etiam interrogabit, sequetur tamen magis quam præcurret. Illud ingeniorum uelut præcox genus, non temere unquam peruenit ad frugem. Hi sunt qui parua facile faciunt, & audacia proeucti, quicquid possunt, statim ostendunt: possunt autem id demum, quod in proximo est, uerba continuant, hæc uultu interrito, nulla tardati uerecundia proferunt: Non multum præstant, sed citò, non subest uera uis, nec penitus immixtis radicibus innitur, ut quæ summo solo sparsa sunt semina, celerius se effundunt, & imitatae spicas herbulæ, inanibus aristis ante messem flauescunt. Placent hæc annis comparata, deinde stat profectus, admiratio decrescit. Hæc cum animaduertit, perspicit deinceps, quonam modo tractandus sit discantis animus. Sunt quidam, nisi institeris remissi: quidam imperia indignantur: quosdā continet metus, quosdam debilitat: alios continuatio contundit, in alijs plus impetus facit. Mihi ille detur puer, quem laus excitet, quæ gloria iuuat, qui uictus fleat. Hic erit alendus ambitu, hunc mordebit obiurgatio, hunc honor excitabit, in hoc desidia nunquam uerebor. Danda est tamen omnibus aliqua remissio, non solum quia nulla res est quæ perferre possit continuum laborem, atque ea quoque, quæ sensu & anima carent, ut seruare uim suam possint, uelut quiete alterna retenduntur, sed quod studium discendi, uoluntate, que cogi non potest, constat. Itaque & uirium plus afferunt ad discendum renouati ac recentes, & acriorem animum, qui ferè necessitatibus repugnat. Nec me offenderit lusus in pueris, est & hoc signum alacritatis: neque illū tristem, semperque demissum, sperare possum erecte circa studia mentis fore, eum in hoc quoque maxime naturali ætatibus illis impetu iaceat. Modus tamen sit remissionibus, ne aut odium studiorum faciant negatae, aut otij consuetudinem nimiam. Sunt etiam nonnulli acueendis puerorum ingenijs non inutiles lusus, cum positis inuicem cuiusque generis quæstiunculis æmulantur. Mores quoque se inter ludendum simplicius detegunt, modo nulla uideatur ætas tam infirma, quæ non protinus quid rectum, prauumque sit discat, tum uel maxime formanda, cum simulandi nescia est, & præcipientibus facile credit, Frangas enim citius quam corrigas, quæ in prauum

b 2

Ambitio uirtutis causa.

animum puerorum cum uasculis angustis oris comparatur.

primum excipendum ingenium

† præcept.

animum puerorum cum uasculis angustis oris comparatur.

lusus in pueris non offendat

modus in remissionibus

animum puerorum cum uasculis angustis oris comparatur.

C induruerunt. Protinus ergo nequid cupide, nequid improbe, nequid impotenter faciat, monendus est puer. Habendumque in animo semper illud Vergilianum: - Aded in teneris consuescere multum est.

Cædi uero discentes, quanquam & receptum sit, & Chrysippus non improbet, minime uelim. Primum, quia deforme ac seruile est, & certè quod conuenit, si ætatem mutes, iniuria: deinde, quod si cui est mens tam illiberalis, ut obiurgatione non corrigatur, is etiã ad plagas, ut pessima quæque mancipia, durabitur: postremo, quod ne opus erit quidem hac castigatione, si assiduus studiorum exactor astiterit. Nunc ferè negligentia pædagogorum sic emendari uidentur, ut pueri nõ facere quæ recta sunt cogantur, sed cur non fecerint, puniantur: Denique cum paruulum uerberibus coegeris, quid iuueni facias, cui nec adhiberi potest hic metus, & maiora discenda sunt: Adde quod multa uapulanti bus dictu deformia, & mox uerecundia futura, sæpe dolore uel metu exciderunt, qui pudor refringit animũ, & abiicit, atque ipsius lucis fugam, & tædiũ dicitur. Iam si minor in deligendis custodum & præceptorum moribus fuit cura, pudet dicere in quæ probra nefandi homines isto cedendi iure abutantur, quàm det alijs quoque nonnunquam occasionem hic miserorum metus. Non morabor in parte hac, nimum est quod intelligitur. Quare hoc dixisse satis est, in ætatem infirmã & iniuriæ obnoxiam, nemini debet nimum licere. Nunc quibus instituendus sit artibus, qui sic formabitur, ut fieri possit Orator, & quæ in quaque ætate inchoanda, dicere ingrediar.

De Grammatica. CAP. IIII.



Primus, in eo qui legendi, scribendi que adeptus erit facultatem, grammaticis est locus, nec refert de græco, an de latino loquar, quanquam græcum esse priorem placet. Vtrique eadẽ uia est. Hæc igitur professio cum breuissime in duas partes diuidatur, recte loquendi scientiam, & poetarum enarrationem, plus habet in recessu, quàm in fronte promittit. Nam & scribendi ratio coniuncta cum loquendo est, & enarrationem præcedit emendata lectio, & mixtum his omnibus iudicium est. Quo quidem ita seuerè sunt usi ueteres grammatici, ut nõ uer sus modò censoria quadam uirgula notare, & libros, qui falso uiderentur inscripti, tanquam subdititios summouere familia permiserint sibi, sed auctores alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero. Nec poetæ legisse satis est, excutiendum omne scriptorum genus, non propter historias modo, sed uerba, quæ frequenter ius ab autoribus sumunt. Tum nec citra musicen grammaticè potest esse perfecta, cum ei de metris rhythmis que dicendum sit. Nec si rationem siderum ignoret, poetæ intelligat, qui (ut alia mittam) toties ortu occasuque signorum in declarandis temporibus utantur. Nec ignara philosophiæ, cum propter plurimos in omnibus ferè carminibus locos, ex intima quæstionum naturalium subtilitate repetitos, tum uel propter Empedoclem in græcis, Varronem ac Lucretium in latinis,

v. 272. Georg. 2.
cedendos
scito
magis

gentia pedalariorum

Critici.

cur potest legere

que alie artes in
grammatica reguntur

A latinis, qui præcepta sapientiæ uersibus tradiderunt. Eloquentia quoque non mediocri est opus, ut de unaquaque earum quas demonstrauimus rerum, dicat proprie & copiose. Quo minus sunt ferendi, qui hanc artem ut tenuem, ac ieiunam cauillantur: quæ nisi oratori futuro fundamenta fideliter iecerit, quicquid superstruxeris corruet, necessaria pueris, iucunda senibus, dulcis secretorum comes, & quæ uel sola omni studiorum genere, plus habeat operis, quàm ostentationis.

De literis, & earum potestate. CAP. V.



NE quis igitur tanquam parua fastidiat grammatices elementa, non quia magnæ sit operæ consonantes à uocalibus discernere, ipsasque eas in semiuocalium numerum, mutarumque partiri, sed quia interiora uelut sacri huius adeuntibus, apparebit multarum rerum subtilitas, quæ non modo acuire ingenia puerilia, sed exercere altissimam quoque eruditionem ac scientiam possit. An cuiuslibet auris est exigere literarum sonos: non hercle magis quàm neruorum. At grammatici saltem omnes in hanc descendunt rerum tenuitatem, desint ne aliqua nobis necessaria literæ, non cum græca scribimus, tum enim ab his duas mutuamur, sed proprie in latinis, ut in his, seruus, & uulgus, Aeolicum digammon desideratur, & medius est quidam u & i literæ sonus. Nõ enim sic optimũ dicimus, ut opimũ, & heri, neque e planè, neque i audit. An rursus aliæ redundant, præter illam aspirationis: quæ si necessaria est, etiam contrariam sibi poscit. Et k, quæ & ipsa quorundam nominum nota est, & q, cuius similis effectus speciesque, nisi quod paulum à nostris obliquatur, cappa apud Græcos, nunc tantum in numero manet, & nostrarum ultima x, qua tamen carere potuimus, si non quæ sissimus. Atque etiã in ipsis uocalibus grammatici est uidere, an aliquas pro consonantibus usus acceperit, quia iam sicut tam scribitur, & quos ut cos. Atque ut uocales iunguntur, aut unam longam faciunt, ut ueteres scripsere, qui geminatione earum uelut apice utebantur: aut duas, nisi quis putat etiam ex tribus uocalibus syllabam, quod nequit fieri, si non aliqua officio consonantium fungantur. Quæret etiam quomodo duabus demum uocalibus in seipsas coeundi natura sit, cum consonantium nulla, nisi alteram frangat. Atque litera i sibi infidit. Coijcit enim est, ab illo iacit. Et u, quo modo nunc scribitur uulgus, & seruus. Sciat etiam Ciceroni placuisse aijo aij aijamque geminata i scribere, quod si est, etiam iungetur ut consonans. Quare discat puer quid in literis proprium, quid commune, quæ cum quibus cognatio: nec miretur, cur ex scamno fiat scabellum, aut à pinna (quod est acutum) securis utrinque habens aciem bipennis, ne illorum sequatur errorem, qui quia à pennis duabus hoc esse nomen existimant, pinnas auium dici uolunt. Neque has modo nouerint mutationes, quas afferunt declinatio, aut prepositio, ut secat secuit, cadit excidit, cædit excidit, calcet exculcat, & sic à lauando lotus, & inde rursus illotus, & mille alia, sed quæ à rectis quoque casibus æta-

grammatica quam
uoluit necessaria.

lans grammaticæ.

Scabellum.
Bipennis.

† sit

Cte transferunt. Nam ut Valesij, & Fusij in Valerios, Furiosq̄ uenerunt: ita arbos, labos, uapos, etiam & clamores ac passes ætatis fuerunt. Atq̄ hæc ipsa s̄ litera ab his nominibus exclusa, in quibusdã ipsa alteri successit. Nam meritare atq̄ pultare dicebant, quo modo fordeum, foedusq̄ pro aspiratione, t̄ uel simili litera utentes: nam contra Græci ita aspirare hæc solent, ut pro Fundanio Cicero testem, qui primã eius literam dicere nõ possent, irridet. Sed b̄ quoq̄ in locum aliarum dedimus aliquãdo, unde Byrrhus & bruges, & belena, necnon eadem fecit ex duello bellum, unde duellos quidam dicere bellos ausi. Quid stlorum, stlitesq̄? Quid d̄ literæ cum quædam cognatio? Quare minus mirũ, si uetustis operibus urbis nostræ & celebribus templis legantur Alexanter, & Cassantra. Quid o atque uerba permutata inuicem: ut Hecoba & notrix, Culchides, & Pulyxena scriberentur. Ac ne in græcis id tantum notetur, dederunt, ac probauerunt, sic quædam quæ fecerunt Aeoles, ad Vlysses deductus est. Quid nõ e quoq̄ i loco fuit, ut Menerua, & leber, et magester, & deioue uictore, nõ deioui uictori. Sed mihi locum signare satis est. Non enim doceo, sed ad moneo docturos. Inde in syllabas cura transibit, de quibus in orthographia pauca annotabo, tum uidebit, ad quem hoc pertinet, quot & quæ partes orationis, quanquam de numero parum conuenit.

De partibus orationis. CAP. VI.

Deteres enim, quorum fuerunt Aristoteles atq̄ Theodectes, uerba modo, & nomina, & conuinctiones tradiderunt, uidelicet quod in uerbis uim sermonis, in nominibus materiam: quia alterum est quod loquimur, alterum de quo loquimur: in conuinctionibus autem eorum complexum esse iudicauerunt, quas conuinctiones a plerisque dici scio, sed hæc uidetur ex syndesmo magis propria translatio. Paulatim a philosophis, ac maxime Stoicis auctus est numerus, ac primũ conuinctionibus articuli adiecti, post præpositiones, nominibus appellatio, deinde pronomen, deinde mixtum uerbo participiũ, ipsis uerbis aduerbia. Noster sermo articulos non desiderat, ideoq̄ in alias partes orationum sparguntur. Sed accedit superioribus interiectio. Alij tamen ex idoneis autoribus octo duntaxat partes secuti sunt, ut Aristarchus, & ætate nostra Palæmon, qui uocabulum, siue appellationem nomini subiecerunt tanquam species eius. At hi qui aliud nomen, aliud uocabulum faciunt, nouem: Nihilominus fuerunt, qui ipsum adhuc uocabulum ab appellatione didicerent, ut esset uocabulum corpus uisu tactuq̄ manifestum, domus, lectus: appellatio, cui uel alterũ deesset, uel utrunque, uentus, coelum, deus, uirtus. Adijciebant & asseuerationẽ, ut heu, & tractationem, ut fasceatim, quæ mihi non approbantur. Uocabulum, an appellatio dicenda sit *προσηγορία*, & subiicienda nomini nec ne, quia parui refert, liberum opinaturis relinquo.

Declina

Declinare in primis nomina & uerba scire oportere pueros, & genera nosse. CAP. VII.



Nomina declinare & uerba in primis pueri sciant, necq̄ enim aliter peruenire ad intellectum sequentium possunt, quod admodum nere superuacuum erat, nisi ambitiosa festinatione pleriq̄ a posterioribus inciperent: & dum ostentare discipulos circa speciosiora malunt, compendio morarentur. Atqui si quis & didicerit satis, & quod non minus deesse interim solet, & uoluerit docere quæ didicit, non erit contentus tradere in nominibus tria genera, & ea quæ sunt duobus, omnibusue cõmunia. Nec statim diligentem putabo, qui promiscua quæ epicena dicuntur, ostenderit, in quibus sexus uterq̄ per alterum apparet, aut quæ fœminina positione mares, aut neutrali fœminas significant, qualia sunt murena, & Glicerium. Scrutabitur mille præceptor acer atq̄ subtilis origines nominum, quæ ex habitu corporis rufos longosq̄ fecerunt. Vbi erit aliud secretius, Syllæ, Burri, Galbæ, Plauti, Panfæ, Scauri, aliaq̄ ex casu nascentium, hinc Agrippa & Opiter, & Cordus, & Posthumus erunt, & his quæ post natos eueniunt, unde Vopiscus. Iam Cotta, Scipiones, Lenates, Serani sunt: & ex uarijs causis gentes quoq̄, ac loca, & alia multa reperias inter nomen causas. In seruis iam intercidit illud genus quod ducebatur a domino, unde marci pores, publi poresq̄. Quærat etiam, sit ne apud Græcos uis quædam sexti casus, & apud nos quoq̄ septimi. Nam cum dico hasta percussus, non utor ablatiui natura, nec si idem græce dicam datiui *τῷ δόξῃ*.

De uerbis & uerbalibus. CAP. VIII.



Ed in uerbis quoq̄ quis est adeo imperitus, ut ignoret genera, & qualitates, & personas & numeros? Literarij penẽ ista sunt ludi, & triuialis scientiæ. Iam quosdam illa turbabunt quæ declinationibus nõ tenentur. Nam & quædam participia, an uerbi appellationes sint dubitari potest, quia aliud alio loco ualent, ut lectus, & sapiens. Quædam uerba appellationibus similia ut fraudator, nuntitor. Iam, itur in antiquam syluã, nõne propriæ cuiusdam rationis est? Nam quod initium eius inuenias? cui simile stetur, accipimus, aliter ut: Panditur interea domus omnipotentis olympi. Aliter, ut: Totis vsque ad turbaris agris. Est etiam quidam tertius modus, ut urbs habitatur, unde & campus curritur, mare nauigatur. Pransus quoq̄, atq̄ potus diuersum ualent quam indicant. Quid? quod multa uerba non totum declinationis ordinem ferunt? Quædam etiam mutantur, ut fero in præterito. Quædam tertiæ demum personæ figura dicuntur, ut licet, piget. Quædam simile quiddã patiuntur, uocabulis in aduerbium transeuntibus. Nam ut noctu & diu, ita dictu & factu. Sunt enim hæc quoq̄ uerba participialia quidem, non tamen qualia dicto factoque.

C

De uirtutibus & uitij orationis, CAP. IX.



Am cum omnis oratio tres habeat uirtutes, ut emendata, ut di- lucida, ut ornata sit, quia dicere apte, quod est præcipuum, ple- ricq; ornatui subiiciunt, totidem uitia, quæ sunt supradictis con- traria, emendate loquedi regulam, quæ grammatices prior est pars, examinet. Hæc exigitur uerbis, aut singulis, aut pluribus. Verba nunc generaliter accipi uolo, nam duplex eorum intellectus est: alter, qui omnia per quæ sermo neçtitur significat, ut apud Horatium:

Horat. in arte.

Verbaq; prouisam rem non inuita sequentur.

Alter, in quo est una pars orationis, lego, scribo. Quam uitantes ambi- guitatem quidam dicere maluerunt, uoces, dictiones, locutiones, singula sunt, aut nostra, aut peregrina: aut simplicia, aut composita: aut propria, aut translata: aut usitata, aut ficta. Vni uerbo uitium sæpius quàm uirtus inest. Licet enim dicamus aliquid proprium, speciosum, sublime, nihil ta- men horū, nisi in complexu loquendi, serieq; contingit. Laudamus enim uerba bene rebus accommodata. Sola est, quæ notari possit uelut uocalitas, quæ *υφωνια* dicitur, cuius in eo delectus est, ut inter duo, quæ idem signifi- cant, ac tantundem ualent, quod melius sonet, malis. Prima barbarismi, ac solæcismi foeditas absit. Sed quia interim excusantur hæc uitia, aut con- suetudine, aut autoritate, aut uetustate, aut deniq; uicinitate uirtutū: Nam sæpe à figuris ea separare difficile est, ne quem tam lubrica obseruatio fal-

υφωνια.

D

lat, acriter se in illud tenue discrimen grammaticus intendat, de quo nos latius ibi loquemur, ubi de figuris orationis tractandum erit. Interim ui- rium quod fit in singulis uerbis, sit barbarismus. Occurrat mihi forsitan ali- quis, quid hic promissor tanti operis dignū? aut quis hoc nescit, alios bar- barismos scribendo fieri, alios loquendo? quia quod male scribitur, male etiam dici necesse est: qui uitiose dixerit, non utiq; & scripto peccat. Illud prius adiectione, detractio, immutatione, transmutatione: hoc secun- dum, diuisione, complexione, aspiratione, sono contineri? Sed ut parua sint hæc, pueri docentur adhuc, & grammaticos officij sui cōmonemus. Ex quibus si quis erit planè impolitus, & uestibulum modò artis huius in- gressus, intra hæc quæ profitentiū cōmentariolis uulgata sunt, consistet: doctiores multa adijcient, uel hoc primū, quod barbarismū pluribus mo- dis accipimus: Vnum in gente, quale sit, si quis Afrum, uel Hispanum la- tinæ orationi nomen inserat, ut ferrum, quo rotæ uinciuntur, dici solet can- thus, quanquam eo tanquam recepto utitur Persius, sicut Catullus plox- e num circa Padum inuenit, & in oratione Labieni, siue illa Cornelij Galli est, in Pollionem, casnar affectator è Gallia ductum est, nam mastrugam, quod Sardum est, illudens Cicerō ex industria dixit: Alterum genus bar- barismi accipimus, quod fit animi natura, ut is à quo insolenter quid, aut minaciter, aut crudeliter dictum sit, barbære locutus existimatur: Tertiu- est illud uitium barbarismi, cuius exempla uulgò sunt plurima, sibi etiaq; quisq;

Barbarismus.

A quisq; fingere potest, ut uerbo cui libebit adijciat literam syllabamue, uel detrahat, aut aliam pro alia, aut eandem alio, quàm rectū est, loco ponat. Sed quidam ferè in iactationem cruditionis sumere illa ex Poëtis solent, & autores quos prælegunt criminantur. Scire autem debet puer, hæc apud scriptores carminū, aut uenia digna, aut etiam laude duci, potiusq; illa docendi erunt minus uulgata. Nam duos in uno nomine faciebat bar- barismos Tina Placentinus, si reprehendenti Hortensio credimus, præ- culā pro pergula dicens, & immutatione cū c pro g uteretur, & transmu- tatione cum r preponeret c antecedenti. At in eadem uitij geminatione, & Metio Suffecio dicens Ennius, poëtico iure defenditur. Sed in pro- sa quoq; est quædam iam recepta immutatio. Nam Cicero Canopitarum exercitum dicit, ipsi canobon uocāt, & Thrasimenum pro Tharlomno, multi autores, etiam si est in eo transmutatio, uendicauerunt, similiter alia: nam siue est falsum assentior, Sisenna dixit assentio, multiq; & hūc & ana- logiam secuti, siue illud uerum est, hæc quoq; pars consensu defenditur. At ille pexus, pinguisq; doctor, aut illic detractio, aut hic adiectione putabit. Quid? quod quædam quæ singula proculdubio uitiosa sunt, iun- cta sine reprehensione dicuntur? Nam & dua & tre & pondo diuersorū generum sunt barbarismi. At duapondo, & trepondo, usq; ad nostram ætatem ab omnibus dictum est, & recte dici Messala confirmat. Absur- dum forsitan uideatur dicere barbarismum, quod est unius uerbi uitiu, fie- ri per numeros, aut genera, sicut solæcismū: scala tamen & scopa, cōtraq; hordea, & mulla, licet literarum mutationem, detractio, adiectione non habeant, non alio uitiosa sunt, quàm quod pluralia singulariter, & sin- gularia pluraliter efferuntur: & gladia qui dixerunt, genere exciderunt. Sed hoc quoq; notare contentus sum, ne arti, culpa quorundam peruica- cium, perplexe uidear & ipse quæstionem addidisse. Plus exigunt subtili- tatis quæ accidunt in dicendo uitia, quia exempla eorum tradi scripto nō possunt, nisi cum in uersus inciderunt, ut diuisio *διαγερσις* Europai, & ei con- trarium uitium, quod *συναίρεσις* & *συναλοιφίη* Græci uocant, nos complexio- nem dicimus, qualis est apud P. Varronem:

Cum te flagranti deiectum fulmine Phæton.
Nam si esset prosa oratio, easdem literas enunciare ueris syllabis licebat.
Præterea quæ fiunt spacio, siue cum syllaba correpta producitur, ut:
Italiam fato profugus. Scu longa corripitur, ut:
Vnius ob noxam & furias, Extra carmen non deprehendas, sed
nec in carmine uitia ducenda sunt. Illa uero non nisi aure exiguntur, quæ
fiunt per sonos, quanquam per aspirationem, siue adijcitur uitiose, siue de-
trahitur, apud nos potest quæri, an inscriptio sit uitium, si h litera est, nō
nota, cuius quidem ratio mutata cum temporibus est sæpius. Parcissime
ea ueteres usi etiam in uocalibus, cum cædos, ircosq; dicebant. Diu dein-
de reseruatū, ne cōsonantibus aspiraretur, ut in Graccis, & triumphis. Eru-

Hinc me
genus
ageni
tulos m
prolia Ca
sar Ur
m 8

enumerare

Ferire Louatm
auroq; fulgere
fluctu.

H aspiratio.

C

C pit breui tempore nimius usus, ut choronæ, chēturiones, præchones ad huc quibusdam inscriptionibus maneant. Qua de re Catulli nobile epigramma est. Inde durat ad nos usq̄ uehementer, & comprehendere, & mihi: nā mehe quoq̄ pro me apud antiquos, Tragœdiarū præcipue scriptores in ueteribus libris inuenimus. Adhuc difficilior obseruatio est per tenores, quos quidem ab antiquis dictos tonores cōperi, ut uidelicet declinato à Græcis uerbo, qui τόνος dicunt, uel accētus, quas Græci προσωδίας uocant, cū acuta & grauis alia pro alia ponitur, ut in hoc Cāmillus, si acuitur prima, aut grauis pro flexa, ut Céthegus, & hic prima acuta. Nam si media mutatur, aut flexa pro graui, aut grauis pro apice circumducta sequitur: quam ex duabus syllabis in unam cogentes, & deinde flectentes dupliciter peccant. Sed id sepius in græcis nominibus accidit, ut Atreus: quem nobis iuuenibus doctissimi senes acuta prima dicere solebant, ut ne cessario secunda grauis esset. Item Terei, Nereiq̄. Hæc de accentibus tradita. Cæterum iam scio quosdam eruditos, nonnullos etiam grāmaticos sic docere, ac loqui, ut propter quædam uocum ac uerborum discrimina, uerbum interim acuto sono finiant, ut in illis:

Quæ circum littora, circum Pifcosos scopulos.
ne si grauem posuerint secundam, circus dici uideatur, non circuitus. Itē quantum, quale, interrogantes, graui, comparantes, acuto tenore concludunt, quod tamen in aduerbijs ferè solis, ac pronominiibus uendicant, in cæteris ueterem legem sequuntur. Mihi uidetur conditionē mutare, quod his locis uerba coniungimus. Nam cum dico circum littora, tanquā unū enuncio dissimulata distinctione: itaq̄ tanquam in una uoce, una est acuta quod idem accidit in illo: Troiæ qui primus ab oris.

Euenit ut metri quoq̄ conditio mutet accentum, ut: Pecudes pictæq̄ uolucres. Nam uolucres media acuta legā, quia etsi natura breuis, tamen positione longa est, ne faciat iambum, quem nō recipit uersus herous. Separata uero hæc à præcepto nostro non recedent, aut si consuetudo uicerit, uetus lex sermonis abolebitur, cuius difficilior apud Græcos obseruatio est, quia plura illis loquendi genera, quas διαλέξεις uocant, & quod aliās uitiosum, interim aliās rectum est, apud nos uero breuissima ratio: Namq̄ in omni uoce, acuta intra numerum trium syllabarū continetur, siue hæc sint in uerbo solæ, siue ultimæ, & in his aut proxima extremæ, aut ab ea tertia. Trium porrò, de quibus loquor, media longa, aut acuta, aut flexa erit, eodem loco breuis utiq̄ grauem habebit sonum, ideoq̄ positam ante se, id est ab ultima tertiam acuet. Est autem in omni uoce utiq̄ acuta, sed nunquam plus una, nec ultima unquā: ideoq̄ in dysyllabis prior. Præterea nunquam eadem flexa & acuta: itaq̄ neutra claudet uocem latinam. Ea uero quæ sunt syllabæ unius, erunt acuta aut flexa ne sit aliqua uox sine acuta. Et illa per sonos accidunt, quæ demonstrari scripto non possunt, uitia oris & linguæ, ἰοτακισμοὺς & λαβδαισμοὺς & ἰχνοβέτας

† frequenter
† aliās sic, aut apice circumducta sequenti.

A βέτας & λαβδαισμοὺς feliciores fingendis nominibus Græci uocant, sicut κοιλολομοίαι cum uox quasi in recessu oris auditur. Sunt etiā proprii quidā & inenarrabiles soni, quibus nonnunquā nationes reprehendimus. Remotis igitur omnibus, de quibus supra diximus, uitijs, erit illa quæ uocatur ὀρθοέπεια, id est emendata cum suauitate uocum explanatio. Nam sic accipi potest recta. Cætera uitia omnia ex pluribus uocibus sunt, quorum est solæcismus, quanquā circa hæc quoq̄ disputatum est: nam etiam qui in textu orationis accidere cum cōfitentur, quia tamen unius emendatione uerbi corrigi possit, in uerbo esse uitium, non in sermone contendunt, cū siue amaræ corticis, seu medio cortice, per genus facit solæcismus, quorum neutrum quidem reprehendo, cum sit utriusq̄ Virgilius autor. Sed fingamus utrumlibet non recte dictum, mutatio uocis alterius, in qua uitium erat, rectam loquendi rationem sic reddit, ut amari corticis fiat, uel media cortice, quod manifestæ calumniæ est: neutrum enim uitiosum separatim est, sed cōpositione peccatur, quæ iam sermonis est. Illud eruditius quæritur, an in singulis quoq̄ uerbis possit fieri solæcismus, ut si unū quis ad se uocans dicat, uenite, aut si plures à se dimittēs, ita loquatur, abi, aut discede: Nec non cum responsum ab interrogatione dissentit, ut si dicenti, quem uideo, ita occurras, ego. In gestu etiam nonnulli putant idem uitium inesse, cum aliud uoce, aliud uultu, uel manu demonstratur. Huic opinioni neq̄ omnino accedo, neq̄ planè dissentio: nam id fateor posse accidere uoce una, non tamen aliter, quàm si sit aliquid, quod uim alterius uocis obtineat, ad quod uox illa referatur, ut solæcismus ex cōplexu fiat eorum, quibus res significantur, & uoluntas ostenditur. Atq̄ ut omnem effugiam cauillationem, sit aliquando in uno uerbo, nunquam in solo uerbo. Per quot autem, & quas accidat species, non satis cōuenit, qui planissime, quadripartitam uolunt esse rationem, nec aliam quàm barbarissimam, ut fiat adiectione, ut Veni de Suis in Alexandriam: Detractione, ambulo uia, Aegypto uenio, nec hoc fecit: Trāsmutatione, qua ordo turbatur, quoq̄ ego, enim hoc uoluit, autem nō habuit. Ex quo genere an sit igitur in uitio sermonis dubitari potest, quia maximos autores in diuersa fuisse opinione uideo, cum apud alios sit etiam frequens, apud alios nunquam reperitur. Hæc tria genera quidam diducunt à solæcismo, & adiectionis uitium πλεονασμῶν, detractionis ἀλλοτρίων, inuersionis ἀναστροφῆν uocant, quæ si in speciem solæcismi cadant, utπερβατορ quoc̄ appellari eodē modo posse. Immutatio sine controuersia est cum aliud pro alio ponitur. Id per omnes orationis partes deprehendimus, frequētissime in uerbo, quia plurima huic accidunt, ideoq̄ in ep sunt solæcismi per genera, tēpora, personas, modos siue quia status eos dici, seu qualitates placet, uel sex, uel ut alij uolunt, octo: nam totidē uitiorū erunt formæ, in quot species eorū quidq̄ de quibus supradictū est, diuiseris. Præterea numeros, in quibus nos singularem, ac pluralem habemus, Græci & δυνάμει. Quanquam fuerunt, qui

† diuiditur
Solæcismus.
† complexu
a l- qui can textu, uel cōplexu orōm
Solæcismus in gestu.
nutu
plombis
Unus exen est apud Immutatio.

† in sermone
4 An
7 e 6 mo

C nobis quoque adijcerent dualem, scripsere, legere, quod deuitandae aspectatis gratia mollitum est, ut apud ueteres pro male mereris, male merere, ideoque quod uocant duale, in illo solo genere consistit, cum apud Graecos & in uerbi tota fere ratione, & in nominibus deprehendatur, & sic quoque rarissimus eius sit usus, apud nostrorum uero neminem haec obseruatio reperiatur, quin e contrario: *de pluribus dicitur*

Deuenero locos, &: Conticuere omnes, &: Confedere duces, aperte nos doceant, nil horum ad duos pertinere: Dixere quoque, quamquam id Antonius Rufus ex diuerso ponit exemplum, de pluribus patronis praeco pronunciet. Quid? non Tit. Liuius circa initia statim primi libri: Tenuere, inquit, arcem, Sabini, & mox: in aduersum Romani subiere? Sed quem potius ego, quam M. Tullium sequar? qui in Oratore, Non reprehendo, inquit, scripsere, scripserunt esse uerius sentio. Similiter ne in uocabulis & nominibus sit solcecismus genere, numero, proprie autem casibus, quicquid eorum alteri accedet, huic parti subiungatur licet, per comparationes, & superlationes, itemque in quibus patrium pro possessiuo dicitur, uel econtra. Nam uitium quod fit per quantitatem, ut magnam pecuniam, erunt qui solcecismum putent, quia pro nomine integro positum sit diminutum. Ego dubito, an id improprium potius appellem, significatione enim deerat. Solcecismi porro uitium non est in sensu, sed in complexu.

D In participio per genus, & casum, ut in uocabulo: per tempora, ut in uerbo: per numerum, ut in utroque, peccatur. Pronomen quoque genus, numerum, casus habet, quae omnia recipiunt huiusmodi errorem. Fiunt solcecismi, & quidem plurimi per partes orationis, sed id tradere satis non est, ne ita demum uitium esse credat puer, si pro alia ponatur alia: ut uerbum ubi nomen esse debuerit, uel aduerbium ubi pronomen, & similia. Nam sunt quaedam cognata, ut dicunt, id est, eiusdem generis, in quibus, qui alia specie quam oportet utetur, non minus quam ipso genere permutato, deliquerit. Nam & an, & aut coniunctiones sunt, male tamen interrogas, hic aut ille sit. Et ne ac non aduerbia, qui tamen dicat pro illo ne feceris, non feceris, in idem incidat uitium, quia alterum negandi est, alterum uetandi: Hoc amplius, intro & intus loci aduerbia, eo tamen intus, & intro sum, solcecismi sunt. Eadem in diuersitate pronominum, interiectionum, praepositionum accident. Est etiam solcecismus in oratione comprehensionis unius sequentium, ac priorum inter se inconueniens positio. Quaedam tamen & faciem solcecismi habent, & dici uitiosa non possunt, ut tragodia Thyestes, & ludi Floralia, ac Megalesia, quanquam haec sequenti tempore intercederunt, nunquam aliter a ueteribus dicta. Schemata igitur nomina buntur, frequentiora quidem apud Poetas, sed Oratoribus quoque permixta. Verum schema fere habebit aliquam rationem, ut docebimus eo, quem paulo ante promissimus, loco. Sed hoc quoque quod schema uocetur, si ab aliquo per imprudenciam factum erit, solcecismi uitio non carebit. In eadem

1. An.
2. An.
13. Meta.
Vrr. 7.
Scribat acuta
silex sibi un
deq. seras. Omnia
h. 7. Aut ubi
serena sibi
formare soluti.
ut minor non
clarior. v. fca
119. l. 10. h. 10.
1. 1. 1. 1. 1. 1.
Apud Pl. pro. melior
ad. ab. 1. 1. 1. 1. 1. 1.

An.
Aut.
Ne.
Non.
Intro.
Intus.

In his ludis uer
nae et ludo m
choras duobus
Marab.

Sunt tamen antiq. uocem tollerabiles per omnes casus, ut, Tutumq. parant iam
domis esse facte Per n. Per J. dominor gentu, curro in, nisi hic subandantia
& illic imperio. D. miserere nobis. A. non noceret m. V. Quo tu fugis extrane
Per Abi. Parce meum

A dem specie sunt, sed schemate carent, ut supra dixi, nomina foemina, quibus mares utuntur: & neutralia, quibus foeminae. Haec de solcecismo, neque enim arte grammaticam componere aggressi sumus: sed cum in ordinem incurreret, inhonoratam transire nolimus. Hoc amplius, ut institutum ordinem sequar, uerba aut latina, aut peregrina sunt. Peregrina porro ex omnibus prope dixerim gentibus, ut homines, instituta etiam multa uenerunt. Taceo de Thuscis, & Sabinis, & Praenestinis quoque: nam ut eorum sermone utentem Vectium Lucillius insectatur, quemadmodum Pollio deprehendit in Liuio patauinitatem, licet omnia Italica pro Romanis habeam: plurima gallice ualuerunt, ut rheda, ac petorinum quorum altero Cicero tamen, altero Horatius utitur, & mappam quoque, usitatum circo nomen, Poeni sibi uendicant, & gurdos, quos pro stolidis accipit uulgus, ex Hispania duxisse originem audiui. Sed haec diuisio mea, ad graecum sermonem praecipue pertinet: nam & maxima ex parte romanus inde conuersus est. Et confessis quoque Graecis utimur uerbis, ubi nostra defunt, sicut illi a nobis nonnunquam mutuuntur. Inde illa quaestio exoritur, an eadem ratione per casus duci externa, qua nostra, conueniat. At si reperiatur grammaticum ueterum amator, neget quicquam ex latina ratione mutandum, quia cum sit apud nos casus ablatiuus, quem illi non habent, parum conueniat cum uno casu nostro quinque Graecis uti. Quinetiam laudet uirtutem eorum, qui potentiores facere linguam latinam studebant, nec alienis egere institutis fatebantur. Inde Castorem media syllaba producta pronunciarunt, quia hoc omnibus nostris nominibus accidebat, quorum prima positio in eadem, quas Castor literas exit. Et ut Palæmo, ac Thelamo & Plato (nam sic eum Cicero quoque appellat) dicerentur, retinuerunt, quia latinum quod o & n literis finiretur, non reperiabant. Nec in a quidem atque s literas exire temere masculina graeca nomina recto casu patiebantur. Ideoque & apud Caesium legimus, Pelia Cincinnatus, & apud Messalam, bene fecit Euthia, & apud Ciceronem, Hermagora: Ne miremur, quod ab antiquorum plerisque, Aenea & Anchisa sit dictus. Nam si ut Meccenas, Suffenas, Asprenas dicerentur, genitiuo casu non a litera, sed tis syllaba terminarentur. Inde olympo & tyranno acutam media syllabam dederunt, quia duabus longis sequentibus, primam breuem acui noster sermo non patitur. Sic genitiuus Achilli & Vlyssi fecit, sic alia plurima. Nunc recentiores instituerunt, graecis nominibus graecas declinationes potius dare, quod tamen ipsum non semper fieri potest. Mihi autem placet latinam rationem sequi, quousque patitur decor. Neque iam Calypsonem dixerim, ut Iunonem, quanquam secutus antiquos C. Caesars utitur hac ratione declinandi. Sed auctoritatem consuetudo superauit. In caeteris quae poterunt utroque modo non indecenter efferrī, qui graecam figuram sequi malit, non latine quidem, sed citra reprehensionem loquetur. Simples uoces prima positione, id est natura sua constant, compositae autem praepositionibus sub-

uocantur

Peregrina uerba.

mapalia Arque
balli. Pa. sibi dunt
petorina uine
militi curto. Ite lunt
milo. 1. Ser.

Propria nomina in o.

Ita.

Compositiones nominum.

C iunguntur, ut innocens, interdum repugnantibus inter se duabus, quale est imperterritus, alioqui possunt aliquando continuari duæ, ut incompotus, reconditus, & quo Cicero utitur, † subabsurdū. Aut ē duobus quasi corporibus coalescunt, ut maleficus. Nam ex tribus nostræ utiq; linguæ non concesserim, quamuis capsis, Cicero dicat compositum esse ex cape & si uis: & inueniatur qui Luperalia, æque tres partes orationis esse contendunt, quasi luere per caprum: nam Solitaurilia, iam persuasum est esse ex sue, oue et tauro. Et sanè ita se habet, sacrum, quale apud Homerū quoque est. Sed hæc non tam ex tribus quam ex particulis trium coeunt. Cæterum etiam ex præpositione, & duobus uocabulis dure uidetur struxisse Pacuuius: Nerei repandrosfrum incuruiceruicum pecus.

linguntur autem, aut ex duobus latinis integris, ut superfui, subterfugi, quæquam ex integris an composita sint quæritur: Aut ex integro & corrupto, ut maleuolus: Aut ex corrupto & integro, ut noctiuagus: Aut duobus corruptis, ut pedisequus: Aut ex nostro & peregrino, ut biclinium: aut contra, ut epitogium, & Anticato: Aut ex duobus peregrinis, ut epirhedium. Nam cum sit præpositio in græca, rheda gallicum, nec Græcus tamen, nec Gallus utitur composito, Romani suum ex utroq; alieno fecerunt. Frequenter autem præpositiones quoq; copulatio ista corrumpit, inde abstulit, aufugit, amisit, cum præpositio sit ab sola: & coit, cum sit præpositio con, sic ignaui & erep. & similia: sed res tota magis Græcos de-

D cet, nobis minus succedit, nec id fieri natura puto, sed alienis fauimus, ideoq; cum κυσταίχενά mirati sumus, incuruiceruicum uix à risu defendimus. Propria sunt uerba, cum id significant, in quod primū denominata sunt. Translata, cum alium natura intellectum, alium loco præbent. Vsi tatis tutius utimur. Noua non sine quodam periculo fingimus. Nam si recepta sunt, modicam laudem afferunt oratori, repudiata, etiam in iocos exeunt. Audendum tamen, nancq; ut Cicero ait, etiam quæ primo dura uisa sunt, usu molliuntur. Sed minime nobis cõcessa est ὀνομασποισία, quis enim ferat, si quid simile illis merito laudatis λιγέε βιος, & σιζεί άνευθ fingere aut deamus? lam ne balare, aut hinnire fortiter diceremus, nisi iudicio uetustatis niterentur. Est etiam sua loquentibus obseruatio, sua scribentibus. Sermo constat ratione, uetustate, autoritate & consuetudine. Rationem præstat præcipue analogia, nonnunquam & etymologia. Vctera, maiestas quædam, & ut sic dixerim, religio commendat. Autoritas ab oratoribus uel historicis peti solet. Nam Poëtas metri necessitas excusat, nisi si quando nihil impediente in utroq; modulatione pedum alterum malunt qualia sunt: Imo de stirpe recisum. &: Aëriæ quo congeslere palumbes. &:

Silice in nuda. & similia, cum summorum in eloquentia uirorum iudicium pro ratione, & uel error honestus est, magnos duces sequentibus. Consuetudo uero certissima loquendi magistra, utendumq; planè sermone, ut numo,

A numo, cui publica forma est. Omnia tamen hæc exigunt † acre iudiciū, in analogia præcipue, quam proxime ex græco transferentes in latinum, proportionem uocauerunt: Eius hæc uis est, ut id quod dubiū est, ad aliquid simile, de quo non quæritur, referat, ut incerta certis probet. Quod efficitur duplici uia, comparisonem similibus, in extremis maxime syllabis (propter quod ea quæ sunt ē singulis, negantur debere rationē) & diminutione. Comparatio in nominibus, aut genus reprehendit, aut declinationem: Genus, ut si quærat, funis masculinū sit an fœmininū, simile illi sit panis: Declinatione, ut si ueniat in dubium, hac domu dicendū sit, an hac domo, & domuū an domorū, similia sunt domus, anus, manus. Diminutio genus modo detegit. Et ne ab eodem exemplo recedā, funem masculinū esse funiculus ostendit. Eadem in uerbis quoq; ratio comparationis, ut si quis antiquos secutus, feruere breui media syllaba dicat, reprehenditur uitiōse loqui, quod omnia quæ e & o literis fatendi modo terminantur, eadē si in infinitis e literā media syllaba acceperūt, utiq; productā habēt, prandeo, pendeo, spondeo: prandere, pendere, spondere. At quæ o solam habent, dūmodo per eandē literā in infinito exeant, breuia fiunt, lego, dico, curro, legere, dicere, currere. Etiāsi est apud Luciliū: Feruit aqua et feruet, feruit nunc, feruet ad annū. Sed pace dicere hominis eruditissimi liceat, si feruit putat illi simile currit, & legit, feruo dicet, ut curro & lego, quod nobis inauditū est. Sed nō est hæc uera cõparatio: nā feruit illi est simile seruit, quā proportionē sequenti dicere necesse est feruire, ut seruire. Prima quoq; aliquādo positio ex obliquis inuenitur, ut memoria repeto cõuictos à me qui repelienderāt, quod hoc uerbo usus essem pepigi: Nā id quidē dixisse summos autores cõfitebantur, rationē tamē negabāt permittere, quia prima positio pacifcor, cū haberet naturā patiedi, faceret tēpore præterito pactus sum. Nos præter autoritatem oratorū atq; historicorū analogia quoq; dictū tuebamur. Nam cū in XII tabulis lege remus: ni ita pagunt, inueniebamus simile huic cadūt. Inde prima positio, etiā si uetustate exoleuerat, apparebat pago, ut cado: unde nō erat dubiū, sic pepigi nos dicere, ut cecidi. Sed meminimus, nō per omnia duci analogiæ posse rationē, cū sibi ipsa plurimis in locis repugnet. Quædā sine dubio conatur eruditi defendere, ut cū deprehensum est lepus & lupus simili positione, quantū casibus numericq; dissentiat, ita respōdent, nō esse paria: quia lepus epiccenu sit, lupus masculinū: Quanquā Varro, in eo libro quo initia Romanæ urbis enarrat, lupū fœminā dicit, Ennium, Pictoremq; Fabium secutus. Illi autē n̄dē cū interrogantur, cur aper apri, & pater patris faciat, illud nomen positū, hoc ad aliquid cõtendunt. Præterea quoniā utrunq; à Græcis ductū est, ad eam rationē recurrunt, ut πατρός pateris, κάρπης capri faciat. Illi tamē quomodo effugient, ut nomina quauis fœminina, singulari nominatiuo u s finita, nunquā genitiuo casu in ris syllabā terminantur, faciat tamen Venus Veneris: Itē cū e s literis finita per uaa

Crios exeant genitiuos, nunquã tamen eadẽ ris syllaba terminatos? Ceres cogat dici Cereris? Quid uero, quã tota positionis eiusdẽ in diuersos flexus exeunt: cum Alba faciat Albanos & Albenfes, uolo, uolui & uolauit. Nam præterito quidem tempore, uarie formari uerba prima persona o litera terminata, ipsa analogia cõfiteretur. Siquidem facit cado cecidi, spondeo, sponpondi, pingo pinxi, lego legi, pono posui, frango fregi, laudo laudauit. Nõ enim cũ primũ fingeretur homines, analogia demissa coelo, formam loquendi dedit, sed inuẽta est postquã loquebantur, & notatũ in sermone, quid quo modo caderet: itaq; nõ ratione nititur, sed exemplo, nec lex est loquendi, sed obseruatio, ut ipsam analogiam nulla res alia fecerit, quã consuetudo. Inhærent tamen quidam molestissima diligentia perueritate, ut audaciter potius dicant, quã audacter, licet omnes oratores aliud sequantur, & emicauit nõ emicuit, & conire nõ coire. His permittamus & audiuisse, & sciuisse, & tribunale, & faciliter dicere, frugalitas quoque sit apud illos nõ frui, nam quo alio modo fiat frugalitas? Idem centum milia nummũ, & fidem deũ ostendunt duplices solocismos esse, quando & casum mutant & numerũ. Nesciebamus enim, ac non consuetudini & decori seruiebamus, sicut in plurimis, quã Tullius in Oratore diuine, ut omnia exequitur. Sed Augustus quoq; in epistolis ad C. Cæsarem scriptis emendat, quod is calidum dicere, quã caldũ malit, non quia non sit latinum, sed quia sit odiosum, & ut ipse græco uerbo significauit *καλὸν*: Atq; hanc quidam *καλοῦμαι* solam putant, quam ego minime excludo: Quid enim tam necessariũ, quã certa locutio? imò inhærendũ ei iudico quoad licet, diu etiam mutantibus repugnandũ, sed abolita atq; abrogata retinere, insolentia cuiusdam est, & friuolæ in paruis iactantia. Multum enim est literatus, qui sine aspiratione, & producta secunda syllaba salutauit, auete (est enim) & caleface dixerit potius, quã quod dicimus, & conseruauisse: his adijciat face & dice, & similia. Recta est hæc uia, quis negat? sed adiacet & mollior, & magis trita. Ego tamen non alio magis angor, quã quod obliquis casibus ducti, etiam primas sibi positiones non inuenire, sed mutare permittunt, ut cum ebur & robur ita dicta ac scripta in summis autoribus, in o literam secundæ syllabæ transferunt, quia sit roboris & eboris. Sulphur autem & guttur u literam in genitiuo seruent, ideoq; etiam iccur & femur controuersiam fecerunt, quod non minus est licentiosum, quã si sulphuri & gutturi subijcerent in genitiuo literam o mediã, quia esset eboris & roboris, sicut Antonius Gniphio, qui robur quidem & ebur, atq; etiam marmur fatetur esse, uerum fieri uult ex his robura, ebura, marmura. Quod si animaduertent literarũ affinitatem, sciret sic ab eo, quod est robur, roboris fieri, quomodo ab eo quod est miles, limes, militis, limitis: iudex, uindex, iudicis, uindicis, & quã supra iam attigi. Quid? non similes quoq; ut dicebam, positiones, in longe diuersas figuras per obliquos casus exeunt, ut uirgo, luno, fufus, lufus,

A lufus, cuspis, puppis, & mille alia, cum illud etiam accidat, ut quãdam pluraliter non dicantur, quãdam contra singulari numero, quãdam casibus carcant, quãdam à primis statim positionibus tota mutantur, ut Iupiter. Quod uerbis etiam accidit, ut fero tuli, cuius præteritum perfectum, & ulterius non inuenitur. Nec plurimũ refert, nulla hæc, an prædura sint. Nam quid progenies genitiuo singulari, quid spes plurali faciet? Quomodo autem quire & rucere, uel in præterita patiendi modo, uel in participia transibunt? Quid de alijs dicam, cum senatus senatus senatui, an senatus senati senato faciat, incertum sit? Quare mihi non inuenuste dici uideatur, aliud esse latine, aliud grammaticè loqui. Hæc de analogia nimium.

Etymologia, quã uerborũ originẽ inquirit, à Cicerone dicta est nota: Etymologia. Cic. in Topicis
tio, quia nomen eius apud Aristotelẽ inuenitur *ετυμολογία*, quod est nota: nam uerbum ex uerbo ductum, id est ueriloquium, ipse Cicero qui finxit, reformidat. Sunt qui uim potius intuiti, originationẽ uocent. Hæc habet aliquando usum necessariũ, quoties interpretatione res, de qua quæritur, eget, ut cum M. Cælius se esse hominẽ frugi uult probare, non quia abstinens sit (nam id ne mentiri quidẽ poterat) sed quia utilis multis, id est fructuosus, unde sit dicta frugalitas. Ideoq; in definitionibus assignatur etymologiae locus. Nonnunquam etiam barbara ab emendatis conatur discernere, ut cum triquetram dici Sicilia, an triquedram, meridiem, an medidiam oporteat, quæritur, aliaq; quã consuetudini seruiunt. Continet autem in se multam eruditionẽ, siue illa ex Græcis orta tractemus, quã sunt plurima, præcipue Aeolica ratione, cui est sermo noster simillimus, declinata, siue ex historiarũ ueterũ notitia, nomina hominũ, locorũ, gentiũ, urbiũ requiramus, unde Brutii, Publicolæ, Pithici: cur Latium, Italia, Beneuentum, quã Capitolium, & collem Quirinalem, & Argiletum appellandi ratio. Iam illa minora, in quibus maxime studiosi eius rei fatigantur qui uerba paulum declinata, uarie & multipliciter ad ueritatem reducunt, aut correptis, aut porrectis, aut adiectis, aut detractis, aut permutatis literis syllabis ue. Inde prauis ingenijs ad foedissima usq; ludibria labuntur: Sit ne consul à consulendo, an à iudicando: Nam & hoc consulere uocauerunt. Vnde adhuc remanet illud, rogat boni consulas, id est bonum iudices. Senatui nomen dederit ætas: nam ijdem patres sunt, ut rex, rector, & alia plurima indubitata. Nec abnuerim tegulæ, regulæq; & similibus, rationem. Iam sit & classis à calando, & lepus leupes, & uulpes uolipes, etiam interpretationem rectam sequendam, improbandã contrariam, à contrarijs aliqua finemus trahi, ut lucus, quia umbra opacus parum luceat, & ludus, quia sit longissime ab lusu, & dis quia minime diues, etiam ne hominem appellari, quia sit humo natus, quasi uero non omnibus animalibus eadẽ origo, aut illi primi mortales ante nomen imposuerint terræ quã sibi, & uerba ab aere uerberato. Pergamus, sic perueniemus eousq; ut stella, luminis stilla credatur, cuius etymologiae autorem clarum sane in literis nominari

C in ea parte qua à me reprehenditur, inhumanum est: qui uero talia libris complexi sunt, nomina sua ipsi inscripserunt, ingenioseque sibi uisus est. [†] Caius cœlibes dicere, ueluti cœlites, quod onere grauissimo uacent, idque græco argumēto, ^{in thes.} enim eadem de causa dici affirmant. Nec ei cedit Modestus in uentione. Nam quia Cœlo Saturnus genitalia abscidit, hoc nomine appellatos, qui uxore careant. [†] At Lælius pituitam, quia petit uitam. Sed cui non post Varronem sit uenia: qui agrum quia in eo agatur aliquid, & graculos quia gregatim uolent, dictos Ciceroni persuadere uoluit (ad eum enim scribit) cum alterum ex græco sit manifestum duci, alterum ex uocibus auium: Sed hoc tanti fuit uertere, ut merula, quia sola uolat, quassimera uolans nominaretur. Quidam non dubitauerunt etymologiae subterfugere omnem nominis causam, ut ex habitu, quemadmodum dixi, longos & rufos, ex sono strepere, murmurare, etiā deriuata, ut à uelocitate dicitur uelox, & cōposita pleraque his similia, quæ sine dubio aliunde originē ducunt, sed arte non egent, cuius in hoc opere non est usus nisi in dubijs.

Cuiusmodi uerbis sit utendum. CAP. X.



Erba uetustate repetita non solum magnos assertores habent, sed etiam afferunt orationi maiestatem aliquam non sine delectatione: nam & auctoritatem antiquitatis habent, & quia intermissa sunt, gratiam nouitati similem parant. Sed opus est modo, ut neque crebra sint hæc, nec manifesta, quia nihil est odiosius affectatione, nec utique ab ultimis & iam oblitteratis repetita temporibus, qualia sunt toper, & antigerio, & exantlare, & profapia, & Saliorum carmina uix sacerdotibus suis satis intellecta. Sed illa mutari uetat religio, & cōsecratis utendum est. Oratio uero, cuius summa uirtus est perspicuitas, quam sit uitiosa si egeat interprete. Ergo ut nouorum optima erunt maxime uetera, ita ueterum maxime noua. Similis circa auctoritatem ratio. Nam etiā si potest uideri nihil peccare, qui utitur his uerbis, quæ summi autores tradiderunt, multum tamen refert, non solum quid dixerint, sed etiam quid persuaserint. Neque tuburchiabundum & lurchabundum iam in nobis quisquam ferat, licet Cato sit autor. Nec hos Iodices, quanquam id Pollioni placeat, nec gladiola, atqui Messala dixit, nec paricidatum, quod in Cælio uix tolerabile uidetur, nec collos mihi Caluus persuaserit, quæ nec ipsi iam dicerent.

De consuetudine. CAP. XI.



Vperest igitur consuetudo: nam fuerit penè ridiculum, malle sermonem, quo locuti sint homines, quam quo loquantur: Sane quid est aliud uetus sermo, quam uetus loquendi consuetudo. Sed huic ipsi necessariū est iudiciū, cōstituendūque in primis id ipsum, quid sit quod consuetudinem uocemus: quæ si ex eo quod plures faciunt, nomen accipiat, periculossimum dabit præceptum, non orationi modo, sed (quod maius est) uitæ. Vnde enim tantum boni, ut pluribus quæ recta sunt placeant: Igitur ut uelli, & comam in gradus frangere, &

A in balneis perpotare, quamlibet hæc inuaserint ciuitatem, non erit consuetudo, quia nihil horum caret reprehensione: at lauamur & tondemur, & conuiuimus ex consuetudine. Sic in loquendo, non si quid uitiose multis infederit, pro regula sermonis accipiendū erit. Nam ut transeam quem admodum uulgo imperiti loquuntur, tota sæpe theatra, & omnem circumurbam exclamasse barbære scimus. Ergo consuetudinē sermonis uocabo consensum eruditorum, sicut uiuendi, consensum bonorum.

De orthographia. CAP. XII.



Vnc, quoniam diximus quæ sit loquendi regula, dicendū quæ scribentibus custodienda, quod Græci ^{δὲ θεοῦ ἀφ' ἑαυτῶν} uocant, nos recte scribendi scientiam nominemus. Cuius ars non in hoc posita est, ut nouerimus quibus quæque syllaba literis cōstet. Nam id quidem infra grammatici officium est, sed totam, ut mea fert opinio, subtilitatem, in dubijs habet, ut longis syllabis omnibus apponere apicem inexpressissimum est, quia plurimæ natura ipsa uerbi, quod scribitur, patent, sed interim necessarium, cum eadem litera alium atque alium intellectum, prout correpta uel producta est, facit, ut malus, arborem significet, an hominem non bonum, apice distinguitur. Palus aliud priore syllaba longa, aliud sequenti significat. Et cum eadem litera nominatiuo casu breuis, ablatiuo longa est: utrum sequamur plerumque hac nota monendi sumus. Similiter putauerunt illa quoque seruanda discrimina, ut ex præpositionem, si uerbum sequeretur specto, adiecta secundæ syllabæ s litera, exspecto: sed si pecto, remota s scriberemus. Illa quoque seruata est à multis differentia, ut ad, cum esset præpositio, d literam: cum autem coniunctio, t acciperet. Item cum si tempus significaret, per q u o m: si comitem, per c, ac duas sequentes scriberetur. Frigidiora his alia, ut, quicquid, c quartam haberet, ne interrogare bis uideremur. Et quotidie non cotidie, ut sit quot diebus. Verum hæc iam inter ipsas ineptias euauerunt. Quæri solet in scribendo, præpositiones, sonum quem iunctæ efficiunt, an quem separatæ, obseruare conueniat, ut cum dico obtinuit, secundam enim b literam ratio postulat, aures magis audiunt p. Et immunis, illud n quod ueritas exigit, sequentis syllabæ sono uictum, m gemina commutatur. Est etiam in diuidendis uerbis obseruatio, mediam literam consonantem priori, an sequenti syllabæ adiungas. Aruspex enim, quia pars eius posterior à spectando est, s literam tertiæ dabit: Abstemijs, quia ex abstinentia temeti composita uox est, primæ relinquetur. Nam k quidem in nullis uerbis utendum puto, nisi quæ significat etiam ut sola ponatur. [†] Hoc eo non omisi, quod quidam eam quod tias a sequatur necessariam credunt, cum sit c litera, quæ ad omnes uocales uim suam perferat. Verum orthographia quoque consuetudini seruit, ideoque sæpe mutata est. Nam illa uetustissima transeo tempora, quibus & pauciores literæ, nec similes his nostris earum formæ fuerunt, & uis quoque diuersa, sicut apud Græcos o literæ, quæ interim longa ac breuis, ut

[†] Hoc eo non omiserim

C apud nos: interim pro syllaba, quā nomine suo exprimit, posita est, ut latinis ueteribus d plurimis in uerbis ultimā adiectam, quod manifestū est etiam ex columna rostrata, quæ est † Iulio in foro posita. Interim g quoque ut in puluinari Solis qui colitur iuxta ædem Quirini, uesperug. quod uesperuginem accipimus. De mutatione etiam literarū, de qua supra dixi, nihil repetere hic necesse est. Fortasse enim sicut scribebant, loquebantur. Semiuocales geminare diu nō fuit usitatissimi moris, atque e contrario usque ad Acciū & ultra, porrectas syllabas geminis, ut dixi, uocalibus scripserunt. Diutius durauit, ut e i iungendis eadem ratione, qua Græci e i uerentur, ea casibus numerisque discreta est, ut Lucilius præcipit:

Iam puerei uenere e postremum facito atque i,

Vt puerei plures fiant, ac deinceps. Idem:

Mendacei, fureique addes e, cum dare furi Iusseris.

Quod quidem cum superuacuum est, quia i tam longæ quàm breuis naturam habet, tum incommodum aliquando. Nam in his, quæ proximam ab ultima literam e habebunt & i longa terminabuntur, illam rationem sequentes utemur e gemina, qualia sunt hæc aureei, argentei, & similia, id quod his præcipue, qui ad lectionem instituentur, etiam impedimento erit, sicut in Græcis accidit adiectione i literæ, quam non solum datiu casibus in parte ultima ascribunt, sed quibusdā etiam interponunt, ut in ^{λυσίη} quia etymologia ex diuisione in trisyllabis facta desideret eam literam ac syllabam, cuius nunc e literam ponimus, uariè per a & i efferebant, quidam semper, ut Græci, quidam singulariter tantum, cum in datiuum, uel genitiuum casum incidissent. Vnde Pictai uestis, & † aulai Vergilius amatissimus uetustatis carminibus inseruit. In ipsidem plurali numero utebantur, hi Syllæ, Galbæ. Est in hac quoque parte Lucilij præceptum, quod quia pluribus explicatur uersibus, si quis parum credat, apud ipsum in nono requirat. Quid, quod Ciceronis temporibus, paulumque infra, ferè quoties s litera media uocalium longarum, uel subiecta longis esset, geminabantur: ut caussæ, cassus, diuisiones, quomodo & ipsum, & Vergiliū quoque scripsisse manus eorum docent. Atqui paululum superiores, illud quod nos gemina dicimus, iulli una dixerunt. Etiam optimus, maximus, ut mediam i literam, quæ ueteribus u fuerat, acciperet, C. primū Cæsaris in inscriptione traditur factum. Here nunc e litera terminamus, at ueterum Comitorum adhuc libris inuenio, heri ad me uenit, quod idem in epistolis Augusti, quas sua manu scripsit, aut emendauit, deprehenditur. Quid, non Cato Censorius, dicam & faciā, dice & face scripsit, eundemque in cæteris, quæ similiter cadunt, modum tenuit: quod ex ueteribus eius libris manifestum est. Et à Messala in ^{Quasi.} libro de s litera positum sibe, & quale scriptum in multorum libris est. Sed an hoc uoluerint autores nescio; T. Liuium his usum ex Pædiano comperi, qui & ipse eum sequebatur, hæc nos i litera finimus. Quid dicam uortices, & uorsus, cæteraque ad eundem modum, quæ primo Scipio Africanus

nus

A nus in e literam secundam uertisse dicitur: Nostri præceptores ceruom seruumque u & o literis scripserunt, quia subiecta sibi uocalis in unum sonum coalescere, & confundi nequiret, nunc u gemina scribuntur ea ratione quam reddidi, neutro sanè modo uox quam sentimus efficitur. Nec inutiliter Claudius Aeolicam illam F ad hos usus literam adiecerat. Illud nunc melius, quod cui tribus quas proposui literis enotamus, in quo pueris nobis ad pingue sanè sonum, quom uerbatur, tantum ut ab illo qui distinguere tur. Quid, quæ scribuntur aliter quàm enuntiantur? Nam & Gaius C. litera notatur, quæ inuersa mulierem declarat, quia tam Caias esse uocitatas, quàm Caios, etiam ex nuptialibus sacris apparet. Nec Cneus eam literam in prænominis nota accipit, qua sonat, & columna, exēpta n: & Cōsules geminata eadem litera ss legimus. & suburra cum tribus literis notat, c tertiā ostendit. Multa sunt generis huius. Sed hoc quoque uereor, ne modum tam parum quæstionis exceßerint. Iudiciū autem suū grāmaticus interponat his omnibus. Nam hoc ualere plurimum debet. Ego, nisi quod consuetudo obtinuerit, sic scribendum quicquid iudico quomodo sonat. Hic enim est usus literarum, ut custodiant uoces, & uelut depositum reddant legentibus. Itaque id exprimere debet, quod dicturi sumus. Hæ ferè sunt emendate loquendi, scribendique partes, duas reliquas, significanter ornateque dicendi, nō equidem grāmaticis aufero: sed cum mihi officia rhetoris supersint, maiori operi reseruo. Redit autem illa cogitatio, quosdā fore, qui hæc quæ diximus parua nimium, & impedimēta quoque maius aliquid agendi, putent. Nec ipse ad extremam quoque anxietatem, & ineptas cauillationes descendendum, atque his ingenia concidi, & cōminui credo. Sed nihil ex grāmatica nocuerit, nisi quod superuacuum est. An ideo minor est M. Tullius orator, quod idem artis huius diligentissimus fuit, & in filio, ut epistolis apparet, recte loquendi usque quaque asper quoque exactor? Aut uim C. Cæsaris fregerunt editi de analogia libri? Aut ideo minus Messala nitidus, quia quosdam totos libellos, non uerbis modo singulis, sed etiam literis dedit? Non obstant hæc disciplinæ per illas euntibus, sed circa illas hærentibus.

De lectione pueri.

CAP. XIII.



Vpere est lectio, in qua puer ut sciat ubi suspendere spiritum debeat, quo loco uersum distinguere, ubi claudatur sensus, unde incipiat, quando attollenda, uel submittenda uox, quid quoque flexu, quid lentius, celerius, concitatus, lenius dicendum, demonstrari nisi in opere ipso non potest. Vnum est igitur, quod in hac parte præcipiam, ut omnia ista facere possit intelligat. Sit autem in primis lectio uiriliter, & cum suauitate quadam grauis, & non quidem profæ similis quia cæcumen est, & se poetæ canere testantur, non tamen in canticum dissoluta, nec † psalmate, ut nunc à plerisque effœminata. De quo genere optime C. Cæsarem prætextatum adhuc accepimus dixisse: si cantas, male cantas; si legis, cantas. Nec profopopœias, ut quibusdā placet, ad † comi-

† psalmate

† scenicum

Cum morem pronuciari uelim. Esse tamen flexum quendam, quo distinquantur ab his, in quibus poeta persona sua utetur. Caetera admonitione magna eget, in primis, ut tenerae mentes tracturaeque altius quicquid rudibus & omnium ignaris infederit, non modo quae diserta, sed uel magis quae honesta sunt discant: ideoque optime institutum est, ut ab Homero, atque Vergilio lectio inciperet, quanquam ad intelligendas eorum uirtutes, firmitiore iudicio opus esset. Sed huic rei superest tempus, neque enim semel legentur. Interim & sublimitate heroici carminis animus assurgat, & ex magnitudine rerum spiritum ducat, & optimis imbuatur. Vtilis tragodiae, alunt & Lyrici, si tamen in his non autores modo, sed etiam partes operis elegeris. Nam & Graeci licet multa, & Horatium in quibusdam nolim interpretari. Elegia uero utique qua amat, & hendecasyllabica, quibus sunt comata Sotadeorum (Nam de Sotadeis ne praecipuum quidem est) amoueantur, si fieri potest: si minus, certe ad firmiter aetatis robur referuntur. Comediae, quae plurimum ad eloquentiam conferre potest, cum per omnes personas et affectus eat, quae usum in pueris putat, paulo post suo loco dicam. Nam cum mores in tuto fuerint, inter praecipua legenda erit, de Menandro loquor, nec tamen excluderim alios. Nam Latini quoque autores afferent utilitatis aliquid. Sed pueris, quae maxime ingenium alant atque animum augeant, praelegenda: caeteris quae ad eruditionem modo pertinent, longa aetas spacium dabit. Multum autem ueteres etiam Latini conferunt, quamquam plerique plus ingenio quam arte ualuerunt, in primis copiam uerborum, quorum in tragediis grauitas, in comediis elegantia, & quidam uelut atticissimos, inueniri potest. Oeconomia quoque in his diligentior, quam in plerisque nouorum erit, qui omnium operum solam uirtutem sententias putauerunt. Sanctitas certe, & ut sic dicam, uiriliter ab his petenda, quando nos in omnia deliciarum uitia, dicendi quoque ratione defleximus. Denique credamus summis oratoribus, qui ueterum poemata, uel ad fidem causarum, uel ad ornamentum eloquentiae assument. Nam praecipue quidem apud Ciceronem, frequenter tamen apud Asinium etiam, & caeteros, qui sunt proximi, uidimus Ennii, Accii, Pacuuii, Lucilii, Terentii, Caecilii, et aliorum inseri uersus, summa non eruditionis modo gratia, sed etiam iucunditatis, cum poetice uoluptatibus aures a forensi asperitate respiraret, quibus accedit non mediocri utilitas, cum sententiarum eorum, uelut quibusdam testimoniis, quae proposuere confirmant. Verum priora illa ad pueros magis, haec sequentia ad robustiores pertinebunt, cum grammatices amor, & usus lectionis, non scholarum temporibus, sed uitae spacio terminentur. In praelegendo, grammaticus & illa quidem minora praestare debet, ut partes orationis reddi sibi soluto uerbo desideret, & pedum proprietates, quae adeo debent esse notae in carminibus, ut etiam in oratoria compositione desiderantur, deprehendantque quae barbara, quae impropria, quae contra legem loquendi sunt composita, non ut ex his utique impro-

Homerus.
Vergilius.
Lyrici.
Horatius.
Comediae.

Cicero. probat eloquentiam Terentii, Varro Plauti, alij Terentij. de Menandro Q. m. 10. Menander uero quodam in dno diligenter lectus ad comediae & propriae etiam sententiae sufficiunt.

propter. Non tamen quia longi pro. Oratio.

pro-

Aprobentur poetae: quibus, quia plerumque seruire metro coguntur, adeo ignoscitur, ut uitia ipsa alijs in carmine appellationibus nominentur. Metaplasmos enim, & schematissimos, & schemata, ut dixi, uocamus, & laudem uirtutis necessitati damus. Sed ut comoneat artificialium, & memoriam agitet. Id quoque inter prima rudimenta non inutile, demonstrare quot, quaeque uerba modis intelligenda sint. Circa glossemata etiam, id est uocem minus usitatas, non ultima eius professionis diligentia est. Enim uero maiore cura iam doceat tropos omnes, quibus praecipue non poema modo, sed etiam oratio ornatur, schemata utraque, id est, figuras, quaeque, quaeque diuolae uocantur, quorum ego sicut troporum tractatum in eum locum differo, quo mihi de ornatu orationis dicendum erit. Praecipue uero illa infigat animis, quae in Oeconomia uirtus, quae in decoro rerum, quid personae cuique conuenit, quid in sensibus laudandum, quid in uerbis, ubi copia probabilis, ubi modus. His accedat enarratio historiarum, diligens quidem illa, non tamen usque ad superuacuum laborem occupata. Nam receptas, aut certe claris oratoribus memoratas exposuisse satis est. Persequi quidem quod quisque unquam uel contemptissimorum hominum dixerit, aut nimiae miseriae, aut inanis iactantiae est, & detinet, atque obruit ingenia, melius alijs uacatura. Nam qui omnes etiam indignas lectione scedas excutit, anilibus quoque fabulis accommodare operam potest. Atqui pleni sunt eiusmodi impedimentis grammaticorum commentarii, uix ipsis, qui composuerunt, satis noti. Nam Didymo quoque, quo nemo plura scripsit, accidisse compertum est, ut cum historiae cuidam tanquam uanae repugnaret, ipsius proferretur liber, qui eam continebat, quod euenit praecipue in fabulosis usque ad deridicula, quaedam etiam pudenda, unde improbitissimo cuique pleraque fingendi licentia est, adeo ut de libris totis, & autoribus, ut succurrit, mentiatur tunc, quia inueniri, qui nunquam fuere, non possunt. Nam in notioribus frequentissime deprehenduntur a curiosis. Ex quo mihi inter uirtutes grammatici habebitur, aliqua nescire.

Morus frigitur uirtus. Coelum pro Recordari

Uide. Sene. in opibus Max. cellum le. ult.

De officio Grammatici, & quae primordia sint dicendi. CAP. XIII.

Terminatae quidem sunt partes duae, quas haec professio pollicetur, id est, ratio loquendi, & enarratio autorum, quarum illa methodicen, hanc historicen uocant. Adiciamus tamen eorum curae quaedam dicendi primordia, quibus aetates non dum rhetorem capientes instituant. Igitur Aesopi fabellas, quae fabulis nutricularum proxime succedunt, narrare sermone puro, & nihil se supra modum extollente. Deinde eandem gracilitatem stylo exigere condiscat uersus primo soluere, mutatis uerbis interpretari, tum paraphrasi audacius uertere, quia & breuiare quaedam & exornare, saluo modo poetae sensu, permittitur. Quod opus, etiam consummatis professoribus difficile, qui commode tractauerit, cuiusque discendo sufficit. Sententiae, & chriae, & ethologiae, subiectis dictorum rationibus, apud Grammaticos scriban-



Idem. Virro in Ana-logia. Crater non debet in umb. uti analogia, quod me offerione non potest fieri, cum paitu lineas transibit in punct. possint

† autoribus.

Nescire aliqua uirtutis loco est.

apologos

Syllaba sunt proprietates b. adum.

scribendo adhibet. de uita R. moribus magister. Q. uisus. uita dicta. Vlt. & pro necessaria dato. tu et factio. insignitanti. per uarias casus. aut alios duntaxat. melior ad mem. tu. reductant.

gelippus ait omne uerbum ambiguum na. de. Quidam sibi uoluerim uerbum esse unum quod non plura significat. Et ex huiusmodi quidam. Quicquid loquimur bene figura est.

C tur, quia initium ex lectione ducunt. Quorum omnium similis est ratio, forma diuersa, quia sententia uniuersalis est uox, ethologia personis con-
Chrie. tinetur. Chriarum plura genera traduntur, Vnum simile sententig, quod est positum in uoce simplici, dixit ille, aut, dicere solebat: Alterum quod est in respondendo, interrogatus ille, uel cum ei dictum esset, respondit: Tertium huic non dissimile, cum quis non dixisset, sed aliquid uel fecisset, etiam in ipsorum factis chriam esse putant, ut Crates, cum indoctum puerum uidisset, paedagogum eius percussit. Et aliud pene par ei, quod tamen eodem nomine appellare non audent, sed dicunt, ut Milo, quem uitulum assueuerat ferre, taurum ferebat. In his omnibus & declinatio per eosdem ducitur casus, & tam factorum quam dictorum ratio est. Narratiunculas a poetis celebratas, notitiae causa non eloquentiae tractandas puto. Caetera maioris operis ac spiritus, latini & rhetores relinquendo, necessaria grammaticis fecerunt: Graeci magis operum suorum & onera, & modum norunt.

An oratori futuro necessaria sit plurium artium scientia. CAP. XV.

H Aec de grammatica quam breuissime potui, non ut omnia dicerem, sectatus, quod infinitum erat, sed ut maxime necessaria: nunc de caeteris artibus, quibus instituendos priusquam tradantur rhetori, pueros existimo, strictim subiungam, ut efficiatur orbis ille doctrinae, quem Graeci *εγκυκλοπαιδείαν* uocant. Nam isdem *D* ferè annis aliarum quoque disciplinarum studia ingredienda sunt: quae quia & ipsae artes sunt, & esse perfecte sine his orandi scientia non potest, nec rursus ad efficiendum oratorem satis ualent solae, an sint huic operi necessariae, quaeritur. Nam quid, inquit, ad agendam causam, dicendam uel sententiam pertinet scire, quemadmodum in data linea constitui triangula aequis lateribus possint? Aut quo melius, uel defendet reum, uel reget consilia, qui citharae sonos nominibus, & spacijs distinxerit? Enumerent fortasse multos, quamlibet utiles foro, qui nec geometren audierunt, nec musicos, nisi hac communi uoluptate aurium, intelligant. Quibus ego primum hoc respondeo, quod & M. Cicero scripto ad Brutum libro frequentius testatur, non eum a nobis institui oratorem, qui sit, aut fuerit, sed imaginem quandam coepisse nos animo perfecti illius, ex nulla parte cessantis. Nam & sapientem formantes, eum qui sit futurus consummatus uindicat, & ut dicunt, mortalis quidam deus, non modo cognitione coelestium uel mortalium putant instruendum, sed per quaedam parua sanè, si ipsa demum aestimes, ducunt, sicut exquisitas interim ambiguitates, non quia ceratinae, aut crocodilinae possint facere sapientem, sed quia illum ne in minimis quidem oporteat falli. Similiter oratorem, qui debet esse sapiens, non Geometres faciet, aut Musicus, quaeque his alia subiungam, sed haec quoque artes, ut sit consummatus, iuuabunt. Nisi forte antidotum quidem, atque alia, quae & morbis, aut uulneribus medentur, ex multis, atque interim contrarijs quoque inter se effectibus componi uidemus, quorum ex diuerso fit illa

A illa mixtura una, quae nulli earum similis est, quibus constat, sed proprias uires ex omnibus sumit, & muta animalia mellis illum inimitabilem humanae rationi saporem, uario florum ac succorum genere perficiunt: nos mirabimur, si oratio, qua nihil praestantius homini dedit prouidentia, pluribus artibus eget: quae etiam cum se non ostendunt in dicendo, nec proferrunt, uim tamen occultam suggerunt, & tacitae quoque sentiuntur. Fuit aliquis sine his disertus? Ast ego oratorem uolo. Non multum adijciunt: Sed aequae non erit totum, cui uel parua deerunt, & optimum hoc esse conueniet, cuius etiam si in arduo spes est, nos tamen praecipiamus omnia, ut saltem plura fiant. Sed cur deficiat animus? natura enim perfectum Oratorem esse non prohibet. Turpiterque desperatur, quicquid fieri potest.

De Musice & eius laudibus. CAP. XVI.



T qui ego uel iudicio ueterum poteram esse contentus. Nam quis ignorat Musicen (ut de hac primum loquar) tantum iam illis antiquis temporibus non studij modo, uerum etiam uenerationis habuisse, ut isdem musici, & uates, & sapientes iudicarentur? Mittam alios, Orpheus & Linus, quorum utrunque diis genitum, alterum uero, quia rudes quoque atque agrestes animos admiratione mulceret, non feras modo, sed saxa etiam, syluasque duxisse, posteritatis memoriae traditum est. Et Timagenes autor est, omnium in literis studio-
Timagenes. rum antiquissimam musicen extitisse. Et testimonio sunt clarissimi Poetae, apud quos inter regalia conuiuia laudes heroum, atque deorum ad citharam canebantur. Iopas uero ille Vergilij, nonne canit Errantem lunam, solisque labores, & caetera.

Aenid. 8. Quibus certe palam confirmat autor eminentissimus, musicen cum diuinari etiam rerum cognitione esse coniunctam, quod si datur, erit etiam oratori necessaria: siquidem, ut diximus, haec quoque pars, quae ab oratoribus relicta, a philosophis est occupata, nostri operis fuit, ac sine omnium talium scientia non potest esse perfecta eloquentia. Atqui claros nomine sapientiae uiros nemo dubitauerit studiosos musicae fuisse, cum Pythagoras, atque eum secuti acceptam sine dubio antiquitus opinionem uulgauerint, mundum ipsum eius ratione esse compositum, quam postea sit lyra imitata. Nec illa modo contenti dissimilium concordia, quam uocant harmoniam, sonum quoque his motibus dederunt. Nam Plato cum in alijs quibusdam, tum praecipue in Timaeo, ne intelligi quidem, nisi ab his, qui hanc quoque partem disciplinae diligenter perceperint, potest. Quid de philosophis loquor? quorum fons Socrates iam senex institui lyra non erubescerebat. Duces maximos & fidibus, & tibijs cecinisse traditum est: Exercitus Lacedaemoniorum musicis accensos modis. Quid autem aliud in nostris legionibus cornua, ac tubae faciunt? quorum concentus quanto est uehementior, tantum Romana in bellis gloria caeteris praestat. Non igitur frustra Plato ciuili uiro, quem *ωολιανόρ* uocant, necessariam musicen credidit. Et eius sectae, quae

C alijs feueriffima, alijs asperrima uidetur, principes, in hac fuere sententia, ut existimarent sapientum aliquos nonnullam operam his studijs accommodaturos. Lycurgus durissimarū Lacedæmonijs legum autor, musices disciplinā probauit. Atq; eam natura ipsa uidetur ad tolerandos facilius labores, uelut muneri nobis dedisse. Siquidem & remiges cantus hortatur, nec solum in his operibus, in quibus plurium conatus præeunte aliqua iucunda uoce conspirat, sed etiam singulorum fatigatio, quamlibet ferudi modulatione solatur. Laudem adhuc dicere artis pulcherrimæ uideor, nondū eam tamen oratori coniungere. Transeamus igitur id quoque, quod grammaticæ quondam, ac musice iunctæ fuerunt. Siquidē Architas, atq; Aristoxenus, etiam subiectam grammaticen musicæ putauerunt, & eosdem utriusq; rei præceptores fuisse, cum Sophron ostendit, Mimorū quidem scriptor, sed quem Plato adeo probauit, ut suppositos capiti libros eius, cum moreretur, habuisse credatur, tum Eupolis, apud quem Prodamus & musicen, & literas docet. Et Maricas qui est Hyperbolus, nihil se ex musicis scire, nisi literas confitetur. Aristophanes quoq; non uno libro, sic institui pueros antiquitus solitos esse demonstrat. Et apud Menandrum in Hypobolimæo senex, qui reposcenti filiū patri uelut rationem impendiorum, quæ in educationem contulerat, opponens, se psaltrijs & Geometris multa dicit dedisse. Vnde etiā ille mos, ut in conuiujs post coenam circumferretur lyra: cuius se imperitum cum Themistocles cōfessus esset, ut uerbis Ciceronis utar, habitus est indoctior. Sed ueterum quoq; Romanorum epulis fides ac tibias adhibere moris fuit. Versus quoq; Saliorū habent carmen. Quæ cum omnia sint à Numa rege instituta, faciunt manifestum, ne illis quidem, qui rudes ac bellicosi uidentur, curam musices, quantam illa recipiebat ætas, defuisse. Deniq; in prouerbium usq; Græcorum celebratū est, indoctos à Musis, atq; Gratijs abesse. Verum quid ex ea proprie petat futurus Orator, disseramus. Numeros musice habet duplices, in uocibus & in corpore: utriusq; enim rei aptus quidam modus desideratur. Vocis rationem Aristoxenus musicus diuidit in *ῥυθμὸν* & *μέτρον* & *μετρητόν*, quorum alterum modulatione, canore alterum, ac sonis constat. Num igitur non hæc omnia oratori necessaria: quorum unum ad gestum, alterum ad collocationem uerborum, tertium ad flexus uocis, qui sunt in agendo quoq; plurimi, pertinet. Nisi forte in carminibus tantum, & in canticis exigitur structura quædam: & inoffensa copulatio uocum, in agendo superuacua est, aut non cōpositio, & sonus in oratione quoq; uarie pro rerū modo adhibetur, sicut in musice. Nanq; & uoce, & modulatione grandia elatè, iucunda dulciter, moderata leniter canit, totaq; arte consentit cum eorum, quæ dicuntur, affectibus. Atqui in orando quoq; intensio uocis, remissio, flexus, pertinet ad mouendos audientium affectus. Alia quoq; & collocationis, & uocis (ut eodem utar uerbo) modulatione concitationem iudicū, alia misericordiam petimus,

Sophron.

Lyra in coenis.

D stocles cōfessus esset, ut uerbis Ciceronis utar, habitus est indoctior. Sed ueterum quoq; Romanorum epulis fides ac tibias adhibere moris fuit. Versus quoq; Saliorū habent carmen. Quæ cum omnia sint à Numa rege instituta, faciunt manifestum, ne illis quidem, qui rudes ac bellicosi uidentur, curam musices, quantam illa recipiebat ætas, defuisse. Deniq; in prouerbium usq; Græcorum celebratū est, indoctos à Musis, atq; Gratijs abesse. Verum quid ex ea proprie petat futurus Orator, disseramus. Numeros musice habet duplices, in uocibus & in corpore: utriusq; enim rei aptus quidam modus desideratur. Vocis rationem Aristoxenus musicus diuidit in *ῥυθμὸν* & *μέτρον* & *μετρητόν*, quorum alterum modulatione, canore alterum, ac sonis constat. Num igitur non hæc omnia oratori necessaria: quorum unum ad gestum, alterum ad collocationem uerborum, tertium ad flexus uocis, qui sunt in agendo quoq; plurimi, pertinet. Nisi forte in carminibus tantum, & in canticis exigitur structura quædam: & inoffensa copulatio uocum, in agendo superuacua est, aut non cōpositio, & sonus in oratione quoq; uarie pro rerū modo adhibetur, sicut in musice. Nanq; & uoce, & modulatione grandia elatè, iucunda dulciter, moderata leniter canit, totaq; arte consentit cum eorum, quæ dicuntur, affectibus. Atqui in orando quoq; intensio uocis, remissio, flexus, pertinet ad mouendos audientium affectus. Alia quoq; & collocationis, & uocis (ut eodem utar uerbo) modulatione concitationem iudicū, alia misericordiam petimus,

A mus, cum etiam organis, quibus sermo exprimi non potest, affici animos in diuersum habitū sentiamus. Corporis quoq; decens, & aptus motus, qui dicitur *εὐρυθμία*, est necessarius, nec aliunde peti potest, in quo pars actionis nō minima consistit, qua de re sepositus nobis est locus. Age, si habebit in primis curā uocis orator, quid tam Musices proprium. Sed ne hæc quidem præsumenda pars est, ut uno interim cōtenti simus exemplo C. Gracchi, præcipui suorū temporum oratoris, cui concionanti consistens post eum musicus, fistula, quam tonarion uocant, modos, quibus deberet intendi, ministrabat. Hæc ei cura inter turbidissimas actiones, uel terreni optimates, uel iam timenti fuit. Libet propter quosdam imperitiores, etiam crassiore (ut uocant) musa, dubitationem huius utilitatis eximere: nam Poetas certe legendos oratori futuro concesserint. Num igitur hi si ne Musice? at si quis tam cæcus animi est, ut de alijs dubitet, illos certe, qui carmina ad lyram composuerunt. Hæc diutius forent dicenda, si hoc studium uelut nouum præciperem. Cum uero antiquitus à Chirone, atque Achille usq; ad nostra tempora apud omnes, qui modo legitimam disciplinam non sint perosi, durauerit, non est committendum, ut illa dubia faciam, defensionis sollicitudine. Quamuis autem satis iam ex ipsis, quibus sum modò usus, exemplis, credam esse manifestum, quæ mihi, & quatinus Musice placeat, apertius tamen proferendum puto, non hanc à me præcipi, quæ nunc in scenis effœminata, & impudicis modis fracta, non ex parte minima, si quid in nobis uirilis roboris manebat, excidit, sed qua laudes fortium canebantur, quæq; & ipsi fortes canebant: Nec psalteria, & spadicas etiam uirginibus probis recusanda; sed nec cognitionem rationis, ad mouendos, leniendosq; affectus plurimum ualet. Nam & Pythagoram accipimus, concitatos ad uim pudicæ domui afferendam iuuenes, iussa mutare in spondeum modos tibicina, cōposuisse. Et Chrysippus etiam nutricum, quæ adhibentur infantibus, allecstationi, suum quoddam carmen assignat. Est etiam non inerudite ad declamandum facta materia, in qua ponitur tibicen, qui sacrificanti Phrygium cecinerat, acto illo in insaniam, & per præcipitia delato accusari, quod causa mortis extiterit: Quæ si dici debet ab oratore, nec dici citra scientiam Musices potest, quomodo non hanc quoque artem necessariam esse usui nostro, uel iniqui consentient?

Commodam Geometriam Oratori.

CAP. XVII.



IN Geometria partem fatetur esse utilem teneris ætatibus, agitari nanq; animos, & acui, & ingenia ad celeritatē percipiendi uenire inde concedunt, sed prodesse eam non ut cæteras, cum perceptæ sint, sed cum discatur, existimant. Id uulgaris opinio est, nec sine causa summi uiri etiam impensam huic scientiæ operam dederunt. Nam cum sit geometria diuisa in numeros atq; formas, numerorum

C quidē notitia nō oratori modò, sed cuiuscūq; primis saltē literis erudito necessaria est. In causis uero uel frequētissime uersari solet, in quibus actor, non dico si circa summas trepidat, sed si digitorū saltem incerto, aut indecoro gestu à computatione dissentit, iudicatur indoctus. Illa uero linearis ratio, & ipsa quidem cadit frequenter in causas: nam de terminis, mensurisq; sunt lites, sed habet quandam aliam cum arte oratoria cognationem. Iam primum ordo est geometriæ necessarius, nōne & eloquentiæ? Ex prioribus geometria probat insequentia, & certis incerta, nōne id in dicendo facimus? Quid illa propositarum quætionum conclusio, non tota ferè constat syllogismis? Propter quod plures inuenies, qui dialecticæ similem, quàm qui rhetoricæ fateatur hanc artem. Verū & orator etiā si raro, nō tamen nunq; probabit dialecticæ. Nam & syllogismis si res poscet utetur, & certe enthymemate, qui rhetoricus est syllogismus. Deniq; probationum quæ sunt potentissimæ, grammicæ ἀποδείξεις uulgò dicuntur. Quid aut magis oratio, quàm probationem petit? Falsa quoq; uerisimilia, geometria ratione deprehendit. Fit hoc & in numeris per quasdam, quas pseudographias uocant, quibus pueri ludere solebamus. Sed alia maiora sunt. Nam quis non ita proponenti credat: Quorum locorum extremæ lineæ eandem mensurā colligūt, eorum spatium quoq; quod his lineis continetur, par sit necesse est? at id falsum est. Nam primum refert, cuius sit formæ ille circuitus, reprehensiq; à geometris sunt historici, qui magnitudinem insularū satis significari nauigationis ambitu crediderunt. Nam ut quæq; forma perfectissima, ita capacissima est. Ideoq; circumcurrens linea, si efficiet orbē, quæ forma est in planis magis perfecta, amplius spatium complectetur, quàm si quadratum paribus oris efficiat. Rursus quadrata triangulis, triangula ipsa plus æquis lateribus, quàm inæqualibus. Sed alia forsitan obscuriora, nos facillimum etiam imperitis sequamur experimentum. Iugeri mensuram ducentos & quadraginta longitudinis pedes esse, dimidioq; in latitudine patere, non ferè quisquam est qui ignoret, & qui sit circuitus, & quantum campi claudat, colligere expeditum. At centeni & octogeni in quamq; partem pedes idem spatium extrematatis, sed multo amplius diuisæ quatuor lineis arcæ faciunt. Id si cōputare quem piget, breuioribus numeris idem discat: nam deni in quadram pedes, quadraginta per oram, intra centum erunt. At si quinideni per latera, quini in fronte sint, ex illo quod amplectuntur quartam deducunt eodem circumductū. Si uero porrecti utrinque undeuiceni singulis distent, non plures intus quadratos habebūt, quàm per quot longitudo ducetur: quæ circumibit autem linea, eiusdem spatij erit, cuius ea quæ centum continet. Ita quicquid formæ quadrati detraxeris, amplitudini quoq; peribit. Ergo etiam id fieri potest, ut maiore circuitu minor loci amplitudo cludatur. Hoc in planis: Nam in collibus uallibusq; etiam imperito patet, plus soli esse quàm cœli. Quid? quod se eadem Geometria tollit ad rationē usq; mundi,

A mundi, in qua cum siderum certos constitutosq; cursus numeris docet, dicimus nihil esse inordinatum atq; fortuitum, quod ipsum nonnunquam pertinere ad oratorem potest. An uero cum Pericles Athenienses Solis t̄obscuratione territos, redditus eius rei causis, metu liberauit: Aut cū Sulpitius ille Gallus in exercitu L. Pauli de lunæ defectione differuit, ne uelut prodigio diuinitus factō militū animi terrerentur, nō uidetur esse usus oratoris officio? Quod si Nicias in Sicilia scisset, nō eodē confusus metu, pulcherrimū Atheniensium exercitum perdidisset. Sicut Dion, cum ad destruendam Dionysij tyrannidē uenit, non est tali casu deterritus. Sint exēpla licet usus bellici, transeamusq; quod Archimedes unus obsidionem Syracusarum in longius traxit, illud utiq; iam proprium ad efficiendum quod intendimus, plurimas quæstiones, quarum difficilior alia ratione explicatio est, ut de ratione diuidendi, de sectione in infinitum, de celeritate augendi linearibus illis probationibus solui solere, ut si est orator (quod proximus demonstrabit liber) de omnibus rebus dicendum, nullo modo sine Geometria esse possit orator.

De prima pronuntiatione, & gestus institutione. CAP. XVIII.

D Andum aliquid Comcedo quoq; dum eatenus, qua pronuntiationi scientiam futurus orator desiderat. Non enim puerum quem in hoc instituius, aut foemineæ uocis exilitate frangi uolo, aut seniliter tremere, nec uitia ebrietatis effingat, nec seruilium uernilitate imbuatur, nec amoris, auaritiæ, metus, discat affectū, quæ neq; oratori sunt necessaria, & mentem præcipue in ætate prima tenerā adhuc, & rudem inficiunt. Nam frequens imitatio, transit in mores. Nec gestus quidem omnis, ac motus à comcedis petendus est, quanquā enim utrunq; eorum ad quendam modū præstare debet orator, plurimum tamē aberit à scenico, nec uultu, nec manu, nec excursionibus nimius. Nam siqua in his ars est dicentiū, ea prima est, ne ars esse uideatur. Quod est igitur huius doctoris officium? In primis uitia, siqua sunt, oris emendet, ut expressa sint uerba, ut suis quæq; literæ sonis enuncientur. Quarundā enim uel exilitate, uel pinguitudine nimia laboramus. Quasdam uelut acriores parū efficimus, & alijs non dissimilibus, sed quasi hebetioribus permutamus. Quippe & literæ qua Demosthenes quoq; laborauit, & succedit, quarum uis est apud nos quoq;: & cum e ac similiter g non ualuerunt, in t ac d molliuntur. Ne puero quidem illas circa s literam delicias hic magister feret, nec uerba in faucibus patietur audiri, nec oris inanitate resonare, nec quod minime sermoni puro conueniat, simplicem uocis naturam pleniore quodam sono circumlinire, quod Græci καταπεπλασμένον dicunt. Sic appellatur cantus tibiarum, quæ præclusis quibus clarescunt foraminibus, recto modo exitu grauiorem spiritum reddunt. Curabit etiam, ne extremæ syllabæ intercendant, ut par sibi sermo sit, ut quoties exclamandum erit, laterum conatus sit ille, non capitis, & gestus ad uocem, uultus ad ge-

† observations

Geometria
probatioriam
Geometria



Cstum accommodetur. Obseruandum erit etiam, ut recta sit facies dicentis, ne labra detorqueantur, ne immodicus hiatus rictum distendat, ne supinus uultus, ne deiecti in terram oculi, ne inclinata utrolibet ceruix: Nam frons pluribus generibus peccat. Vidi multos, quorum supercilia ad singulos uocis conatus alleuarentur, aliorum constricta, aliorum etiam diffidentia, cum altero in uerticem tenderent, altero penè oculus ipse premeretur. Infinitum autem, ut mox dicemus, in his quoque rebus momentum est. Et nihil potest placere, quod non decet. Debet etiam docere Comcedus, quomodo narrandū, qua sit autoritate suadendum, qua concitatione confurgat ira, quis flexus deceat miserationē. Quod ita optime faciet, si certos ex comcedijs elegerit locos, & ad hoc maxime idoneos, id est actionibus similes. Idem autem ad pronuntiandum non modo utilissimi, uerum ad augendam quoque eloquentiam maxime accommodati erunt. Et hæc dum infirma ætas maiora non capiet. Cæterū cum legere orationes oportebit, cum uirtutes earum iam sentiet, tum mihi diligens aliquis, ac peritus assistat, neque solū lectione formet, uerum discere etiā electa ex his cogat, & ea dicere stantē clare, & quemadmodū agere oportebit, ut protinus pronuntiatione uocem & memoriā exercent. Ne illos quidē reprehendendos puto, qui paulū etiam palæstricis uacauerūt. Non de his loquor, quibus pars uitæ in oleo, pars in uino cōsumitur, qui corporis curam obruerunt. Hos enim abesse ab eo, quem instituimus quamlongissime uelim. Sed nomē est idem his à quibus gestus motusque formatur, ut recta sint brachia, ne indoctæ rusticæ ue manus, ne status indecorus, nequa in proferendis pedibus inscitia, ne caput oculique ab alia corporis inclinatione dissideant. Nam neque hoc esse in parte pronuntiationis negauerit quisquam, nec ipsam pronuntiationem ab oratore secernet. Et certe quod facere oporteat, nō indignandū est discere, cum præsertim hæc chironomia, quæ est (ut nomine ipso declaratur) lex gestus, & ab illis temporibus heroicis orta sit, & à summis Græciæ uiris, & ab ipso etiam Socrate probata, à Platone quoque in parte ciuiliū posita uirtutum, & Chryssippo in præceptis de liberorū educatione compositis non ommissa. Nam Lacedæmonios quidē etiam saltationē quandā, tanque ad bella quoque utilem, habuisse inter exercitationes accepimus. Neque id ueteribus Romanis dedecori fuit. Argumentū est sacerdotū nomine, ac religione durans ad hoc tēpus saltatio. Et illa in tertio Ciceronis de Oratore lib. uerba Crassii, quibus præcepit, ut orator utatur laterum inclinatione forti, ac uirili, nō à scena & histrionibus, sed ab armis, aut etiam palæstra, cuius disciplinæ usus in nostram usque ætatem sine reprehensione descendit. A me tamen nec ultra pueriles annos retinebitur, nec in his ipsis diu: neque enim gestum oratoris componi ad similitudinem saltationis uolo, sed subesse aliquid ex hac exercitatione puerili, unde nos non id agentes, furtim decor ille discipulis traditus prosequatur.

An

A

An prædicta discenda sint eodem tempore. CAP. XIX.



Vari solet, an, etiam si discenda sint hæc, eodē tempore tamen tradi omnia, & percipi possint. Negant enim quidam, quia cōfundatur animus ac fatigetur, tot disciplinis in diuersum tendentibus, ad quas nec mens, nec corpus, nec dies ipse sufficiat. Et si maxime patiatur hæc ætas robustior, tamen pueriles annos onerari non oporteat. Sed non satis perspiciunt, quantum natura humani ingenij ualeat, quæ ita est agilis, & uelox sic in omnem partem, ut ita dixerim, spectat, ut ne possit quidem aliquid agere tantum unum, in plura uero nō eodem die modo, sed eodem temporis momento, uim suam impendat. An uero citharædi, non simul & memoriæ, & sono uocis, & pluribus flexibus seruiunt? cum interim alios neruos dextera percutiunt, alios leua trahunt, continent, probant, ne pes quidem otiosus certam legem temporū seruat. Et hæc pariter omnia. Quid nos agendi subita necessitate deprehensi? nōne alia dicimus, alia prouidemus? cum pariter inuentio rerū, electio uerborum, cōpositio, gestus, pronuntiation, uultus motusque desiderantur. Quæ si uelut sub uno conatu tam diuersa parent simul, cur nō plurimis curis horas partiamur? cum præsertim reficiat animos, ac reparat uarietas ipsa, contraque sit aliquāto difficilior in labore uno perseuerare? Ideo & styli lectione requiescit, & ipsius lectionis tædium uicibus leuatur. Quamlibet multa egerimus, quodā tamen modo recentes sumus ad id quod incipimus. Quis non obtundi possit, si per totum diem cuiuscūque artis unū magistrum ferat? mutatione recreabitur, sicut in cibus, quorum diuersitate reficit stomachus, & pluribus minore fastidio alitur. Aut dicant isti mihi, quæ sit alia ratio discendi, si grammatico soli deseruiamus, deinde geometræ tantum. Omittamus interim quod didicimus, mox transeamus ad musicum, excidant priora, & cum latinis studebimus literis, non respiciamus ad græcas, & ut semel finiam, nihil faciamus nisi nouissimū. Cur nō idem suademus agricolis, ne arua simul & uineta, et oleas, & arbutū colant, ne pratis, & pecoribus, & hortis, & aluearibus auibusque accommodent curā? Cur ipsi aliquid forensibus negotijs, aliquid desiderijs amicorū, aliquid rationibus domesticis, aliquid curæ corporis, non nihil uoluptatibus quotidie damus? quarum nos una res quælibet nihil intermittentes fatigaret. Adeo facilius est multa facere quam diu. Illud quidem minime uerendum est, ne laborem studiorū pueri difficilior tolerent: neque enim ulla ætas minus fatigatur. Mirū sit forsitan, sed experimentis deprehendas. Nam & dociliora sunt ingenia prius quam obduruerunt. Id uel hoc argumento patet, quod intra bienniū quam uerba recte formare potuerūt, quamuis nullo instante, omnia ferè loquuntur. At nouitijs nostris, per quot annos sermo latinus repugnat? Magis scias, si quem iam robustum instituere literis coeperis, non sine causâ dici eos, qui in sua quidque arte optime faciunt. Et patientior est laboris natura pueris, quam iuuenibus, uidelicet ut

Corpora infantium, nec casus, quo in terrā toties deferuntur, tam graui-
affligit, nec illa per manus, & genua reptatio, nec post breue tempus con-
tinui lusus, & totius diei discursus, quia pondus illis abest, nec se ipsi gra-
uant, sic animi quoq; quia minore conatu mouentur, nec suo nisi studijs
insistunt, sed formando se tantummodo præstant, non similiter fatigantur.
Præterea secundum aliam ætatis illius facilitatem, uelut simplicius docen-
teis sequuntur, nec quæ iam egerint, metiuntur. Abest illis adhuc laboris
iudicium. Porro ut frequenter experti sumus, minus afficit sensus fatigatio,
quàm cogitatio. Sed ne temporis quidem unquam plus erit, quia his æta-
tibus omnis in audiendo profectus est. Cum ad stylum secedet, cum gene-
rabit ipse aliquid atq; componet, tum inchoare hæc studia uel non uaca-
bit, uel non libebit. Ergo cum grāmaticus totum diem occupare non pos-
sit, nec debeat, ne discantis animum tædio auertat, quibus potius studijs
hæc temporū uelut succisua donabimus. Nam nec ego consumi studen-
tem in his artibus uolo, nec moduletur, aut mulicis notis cantica excipiat,
nec ad utiq; minutissima Geometriæ opera descendat, non comœdum in
pronunciando, nec saltatorem in gestu facio: quæ si omnia exigere, sup-
peditabat tamen tempus: longa est enim quæ discit ætas, & ego non de
tardis ingenijs loquor. Deniq; cur his omnibus, quæ discenda oratori fu-
turo puto, emittit Plato: qui non cōtentus disciplinis, quas præstare po-
terant Athenæ, non Pythagoreorū, ad quos in Italiam nauigauerat, Æ-
gypti quoq; sacerdotes adit, atq; eorum arcana perdidit. Difficultatis
patrocinia præteximus segnitie. Neq; enim nobis operis amor est, nec
quia sit honesta, atq; rerum pulcherrima eloquentia, petitur ipsa, sed ad
uilem usum, & sordidum lucrum accingimur. Dicant sine his in foro mul-
ti, & acquirant, dum sit locupletior aliquis sordidæ mercis negociator, &
plus uoci suæ debeat præco, ne uelim quidem lectorem dari mihi quid stu-
dia referant computaturum. Qui uero imaginem ipsam eloquentiæ diui-
na quadam mente cōceperit, quiq; illam (ut ait Sophocles non ignobilis
tragicus) reginam rerum orationem ponet ante oculos, fructumq; nō ex
stipe aduocationū, sed ex animo suo, & contemplatione, ac scientia petet,
perpetuum illū, nec fortunæ subiectū, facile persuadebit sibi ut tempora,
quæ spectaculis, campo, tesseriis, ociosis deniq; sermonibus, ne dicam so-
mno, & conuiuiorum mora conterunt, Geometriæ potius, ac Musico im-
pendat, quanto plus delectationis habiturus, quàm ex illis ineruditis uo-
luptatibus. Dedit enim hoc prouidentia hominibus munus, ut honesta
magis iuuarent. Sed nos hæc ipsa dulcedo longius duxit. Hactenus ergo
de studijs, quibus antequam maiora capiat puer instituendus est, proxi-
mus liber uelut nouum sumet exordium, & ad rhetoris officia transibit.

Primi libri finis.

A M. FABII QVINTILIA,
NI DE INSTITVTIONE ORATORIA, LI-
BER SECVNDVS.

Quando Rhetori sit tradendus puer. CAP. I.



IENVIT cōsuetudo, quæ quotidie magis inualefcit, ut præ-
ceptoribus eloquentiæ, Latinis quidem semper, sed etiam
Græcis interim discipuli serius, quàm ratio postulat trade-
rentur. Eius rei duplex causa est, quod et rhetores utiq; no-
stri suas partes omiserunt, & grammatici alienas occupa-
uerunt. Nam & illi declamare modo, & scientiam declamandi, ac faculta-
tem tradere, officij sui ducunt, idq; intra deliberatiuas, iudicialesq; mate-
rias: nam cætera ut professione sua minora despiciunt. Et hi non satis cre-
dunt excepisse quæ relicta erāt, quo nomine gratia quoq; his habēda est,
sed ad prosopopœias usq;, et ad suasorias, in quibus onus dicendi uel ma-
ximū est, irrumpunt. Hinc ergo accidit, ut quæ alterius artis prima erant
opera, facta sint alterius nouissima, & ætas altioribus iam disciplinis debi-
ta, in schola minore subsidat, ac rhetoricen apud grammaticos exerceat.
Ita quod est maxime ridiculum, non ante ad declamandi magistrum mit-
tendus uidetur puer, quàm declamare sciat. Nos suū cuiq; professioni mo-
dum demus, & grammaticæ (quam in latinum transferentes literaturam
uocauerunt) fines suos norit, præsertim tantum ab hac appellationis suæ
paupertate, intra quam primi illi constitere. prouecta. Nam tenuis à fonte
assumptis poëtarū historicorumq; uiribus, pleno iam satis alueo fluit, cum
præter rationem recte loquendi nō parū alioqui copiosam, propè omniū
maximarū artium scientiam amplexa sit: & rhetorice, cui nomen uis elo-
quendi dedit, officia sua nō detrectet, nec occupari gaudeat pertinentem
ad se laborē, quæ dum opere cedit, iam penè possessione depulsa est. Nec
inficiabor, aliquem ex his qui grammaticen profiteantur, eoulsq; scientiæ
progredi posse, ut ad hæc quoq; tradenda sufficiat. Sed cum id aget, rhe-
toris officio fungetur, nō suo. Nos porrò quærimus, quando his, quæ rhe-
torice præcipit, percipiendis, puer maturus esse uideatur. In quo quidem
non id est æstimandum, cuius quisq; sit ætatis, sed quantum in studijs iam
effecerit. Et ne diutius differam, quando sit rhetori tradendus, sic optime
finiri credo, cum poterit. Sed hoc ipsum ex superiore pendet quæstione.
Nam si grammatices munus usq; ad suasorias, quæ sunt apud rhetorem
materiæ inter rudimenta dicendi, prorogatur, tardius rhetore opus est.
At si rhetor prima officia operis sui nō recusat, à narrationibus statim, &
laudandi uituperandiq; opusculis cura eius desideratur. An ignoramus,
antiquis hoc fuisse ad augendam eloquentiā genus exercitationis, ut the-
ses dicerent, & cōmunes locos, & cætera citra complexum rerum perso-
narumq;, quibus ueræ fictæq; controuersie continentur? Ex quo palam
est, quàm turpiter deserat eam partem rhetorice institutio, quam & pri-

C mam habuit, & diu solam. Quid autem est ex his, de quibus supra dixi, quod non tum alia quæ sunt rhetorū propria, tum certe in illud iudiciale causæ genus incidat? An non in foro narrandum est? qua in parte nescio an sit uel plurimum, non laus ac uituperatio certaminibus illis frequenter inferitur? Non cōmunes loci? siue qui sunt in uitia directi, quales legimus à Cicerone compositos, seu quibus quæstiones generaliter tractantur? quales sunt editi à Quinto quoque Hortensio, ut, sit ne paruis argumentis credendum, & pro testibus, & in testes in medijs litium medullis uersantur? Arma sunt hæc quodāmodo præparanda, semper, ut his cum res poscat utaris. Quæ qui pertinere ad orationē non putabit, is ne statuam quidem inchoari credet cum eius membra fundentur. Neque hanc (ut aliqui putabunt) festinationem meam sic quisquam calumniatur, tanquam eum qui sit rhetori tradendus, abducendū protinus à grammaticis putem. Dabuntur illis tum quoque tempora sua, neque erit uerendum, ne binis præceptoribus oneretur puer. Non enim crescet, sed diuidetur, qui sub uno miscbatur labor, & erit sui quisquis operis magister utilior, quod adhuc obtinent Græci, à Latinis omissum est, & fieri uidetur excusate, quia sunt, qui labori isti successerint.

De moribus & officijs præceptorum. CAP. II.

D Rgo cum ad eas in studijs uires peruenerit puer, ut quæ prima esse præcepta rhetorū diximus, mente consequi possit, tradendus eius artis magistris erit. Quorum in primis inspicere mores oportebit, quod ego non idcirco potissimū in hac parte tractare sum aggressus, quia non in cæteris quoque doctoribus, idem hoc examinandū quam diligentissime putem, sicut testatus sum libro superiore, sed quod magis eius rei necessariam mentionem facit ætas ipsa discipulorum. Nam & adulti fere pueri ad hos præceptores transferuntur, & apud eos iuuenes etiam facti perseverant. Ideoque maior adhibenda tum cura est, ut & teneriores animos ab iniuria sanctitas docentis custodiat, & ferociores à licentia grauitas deterreat. Neque uero sat est summam præstare abstinentiam, nisi disciplinæ seueritate conuenientiū quoque ad se mores allexerit. Sumat igitur ante omnia parentis erga discipulos suos animum, ac succedere se in eorundem locum, à quibus sibi liberi tradantur, existimet. Ipse nec habeat uitia, nec ferat. Non austeritas eius tristis, non dissoluta sit comitas, ne inde odium, hinc cōtemptus oriatur. Plurimus ei de honesto, ac bono sermo sit. Nam quo sapius monuerit, hoc rarius castigabit. Minime iracundus, nec tamen eorum quæ emendanda erunt dissimulator, simplex in docēdo, patiens laboris, assiduus potius quam immodicus. Interrogantibus libenter respondeat, non interrogantes percontetur ultrò. In laudandis discipulorum dictionibus nec malignus, nec effusus: quia res altera tædium laboris, altera securitatem parit. In emendando quæ corrigenda erunt non acerbus, minimeque contumeliosus. Nam id quidem mul-

tos

A tos à proposito studendi fugat, quod quidam sic obiurgat, quasi oderint. Ipse aliquid, imò multa quotidie dicat, quæ secum audita referant. Licet enim satis exemplorum ad imitandum ex lectione suppeditet, tamen uita illa, ut dicitur, uox alit plenius, præcipueque eius præceptoris, quem discipuli (si modò recte sunt instituti) & amant, & uerentur. Vix autem dici potest, quanto libentius imitemur eos quibus fauimus. Minime uero permittenda pueris (ut sit apud plerisque) assurgendi, exultandi in laudando licentia. Quinetiā iuuenum modicū esse, cum audient, testimoniū debet. Ita fiet ut ex iudicio præceptoris discipulus pendeat, atque id se dixisse recte, quod ab eo probabitur, credat. Illa uero uitiosissima, quæ etiā iam humanitas uocatur, inuicem qualiacumque laudandi, cum est indecora, & theatralis, & seuerè institutis in scholis aliena, tum studiorū perniciosissima hostis. Superuacua enim uidetur cura, ac labor, parata quicquid effuderint laude. Vultum igitur præceptoris intueri, tam qui audiunt debent, quam ipse qui dicit. Ita enim probanda atque improbanda discernent, sic stylo facultas continget, auditioni iudicium. At nunc proni atque succincti, ad omnem clausulam non exurgunt modò, uerum etiam excurrunt, & cum indecora exultatione conclamant. Id mutuum est, & ibi declamationis fortuna: Hinc tumor, & uana de se persuasio, usque adeo, ut illo condiscipulorū tumultu inflati, si parum à præceptore laudentur, ipsi de illo male sentiant. Sed se quoque præceptores intēte, ac modeste audiri uelint. Non enim iudicio discipulorum dicere debet magister, sed discipuli magistri. Quin, si fieri potest, intendendus animus in hoc quoque, ut perspiciat quæ quisque, & quomodo laudet, ut placere quæ bene dicet, non suo magis, quam eorum nomine delectetur, qui recte iudicabunt. Pueros adolescentibus sedere permixtos, non placet mihi. Nam etiam si uir talis, qualem esse oportet studijs, moribusque præpositum, modestam habere potest etiam iuuentutem, tamen uel infirmitas à robustioribus separanda est, & carendum non solum crimine turpitudinis, uerum etiā suspitione.

Hæc notanda breuiter existimaui: nā ut absit ab ultimis uiribus ipse præceptor, ac schola, ne præcipiendum quidem credo. At si quis est, qui flagitia manifesta in deligendo filij præceptore non euitet, iam hinc sciat cætera quoque, quæ ad utilitatem iuuentutis componere conamur, esse sibi hac parte omiſsa, superuacua.

An protinus præceptore optimo sit utendum? CAP. III.

N E illorum quidem persuasio silentio transeunda est, qui etiam cum idoneos rhetori pueros putauerunt, non tamen continuo tradendos eminentissimo credūt. Sed apud minores aliquandiu detinent, tanquam instituendis artibus magis sit apta mediocritas præceptoris, cum ad intellectum atque imitationem facilius, tum ad suscipiendas elementorum molestias minus superba. Qua in re mihi non arbitror diu laborandū, ut ostendam quanto sit melius optimis im-

f 2

Chui, quanta in eluendis quæ semel infederint uitij difficultas consequatur, cum geminatum onus succedentes premat. Et quidem dedocendi grauius, ac prius, quam docendi. Propter quod Timotheum clarum in arte tibiarum, ferunt duplices ab his, quos alius instituisset, solitum exigere mercedes, quam si rudes traderentur. Error tamen est in re duplex: unus, quod interim sufficere illis minores existimant, & bono [†] sani stomacho contenti sunt. Quæ quanquam & ipsa reprehensione digna securitas, tamen esset utcumque tolerabilis, si eiusmodi præceptores minus docerent, non peius. Alter, ille etiam frequentior, quod eos qui ampliorem dicendi facultatem sint consecuti, non putant ad minora descendere. Idque interim fieri, quia fastidiant præstare hanc inferioribus curam, interim quia omnino non possunt. Ego porro eum qui nolit in numero præcipientium non habeo, posse autem si uelit, optimum quemque contendo. Primum, quod eum qui eloquentia cæteris præstet, illa quoque, per quæ ad eloquentiam peruenitur, diligentissime percepisse credibile est: deinde, quia plurimum in præcipiendo ualet ratio, quæ doctissimo cuique planissima est. Postremo, quia nemo sic in maioribus eminet, ut eum minora deficient. Nisi forte Iouem quidem Phidias optime fecit, illa autem quæ in ornamentum eius operis accedunt, alius melius elaborasset: aut orator loqui nesciet, aut leuioribus morbos curare non poterit præstantissimus medicus. Quid ergo: non est quædam eloquentia maior, quam ut eam intellectu consequi puerilis infirmitas possit: Ego uero confiteor, sed hunc disertum præceptorem, prudentem quoque, & non ignarum docendi esse oportebit, submittentem se ad mensuram discantis, ut uelocissimus quisque, si forte iter cum paruulo faciat, det manum, & gradum suum minuat, nec procedat ultra, quam comes possit. Quid: si plerumque accidit, ut faciliora sint ad intelligendum, & lucidiora multo, quæ a doctissimo quoque dicuntur: Nam & prima est eloquentiæ uirtus perspicuitas, & quo quisque ingenio minus ualet, hoc se magis attollere, & dilatare conatur: ut statura breues in digitos eriguntur, & plura infirmi minantur. Nam tumidos, & corruptos, & [†] tinnulos, & quocumque alio cacozeliæ genere peccantes, certum habeo non uirium, sed infirmitatis uitio laborare, ut corpora non robore, sed ualetudine inflantur, & recto itinere lapsi, plerumque diuertunt. Erit ergo etiam obscurior quo quisque deterior. Non excidit mihi scripsisse me libro priore, cum potiore in scholis eruditionem esse quam domi dicerem, libentius se prima studia, tenerosque profectus ad imitationem condiscipulorum quæ facilius esset, erigere: Quod a quibusdam sic accipi potest, tanquam hæc, quam nunc tueor, sententia priori diuersa sit. Id a me procul aberit: namque ea causa uel maxima est, cur optimo cuique præceptori sit tradendus puer, quod apud eum discipuli quoque melius instituti, aut dicent quod inutile non sit imitari, aut si quid errauerint, statim corrigentur. At indoctus ille etiam probabit fortasse uitiosa, & placere audientibus iudicio suo coget. Sit ergo

Ago tam eloquentia, quam moribus præstantissimus, qui ad Phœnicis Homerici exemplum dicere, ac facere doceat.

De primis apud Rhetorem exercitationibus. CAP. IIII.



Inciam quas primas in docendo partes rhetorum putem, tradere incipiam, dilata parumper illa, quæ sola uulgo uocatur, arte rhetorica. Ac mihi opportunus maxime uidetur ingressus ab eo, cuius aliquid simile apud grammaticos puer didicerit. Et quia narrationum, excepta qua in causis utimur, tres accepimus species: Fabulam, quæ uersatur in Tragœdijs atque carminibus, non a ueritate modo, sed etiam a forma ueritatis remotam: Argumentum, quod falsum, sed uerisimile Comœdiæ fingunt: Historiam, in qua est gestæ rei expositio. Grammaticis autem poëticas dedimus: apud rhetorem initium sit historia, tanto robustior, quanto uerior. Sed narrandi quidem, quæ nobis optima ratio uideatur, tum demonstrabimus, cum de iudiciali parte dicemus. Interim admonere illud sat est, ut sit ea neque arida prorsus, neque ieiuna. Nam quid opus erat tantum studij laboris impendere, si res nudas atque inornatas indicare satis uideretur: Neque rursus sinuosa, & accersitis descriptionibus, in quas plerique imitatione poëticiæ licentiæ ducuntur, lasciuiat. Vitium utrumque, peius tamen illud quod ex inopia, quam quod ex copia uenit. Nam in pueris oratio perfecta nec exigui, nec sperari potest, melior autem est indoles læta generosique conatus, & uel plura iusto concipiens interim spiritus. Nec unquam me in his discitis annis offendat, si quid super fuerit, quin ipsis doctoribus hoc esse curæ uelim, ut teneras adhuc mentes moræ nutricum mollius alant, & satiari ueluti quodam iucundioris discipline cibo lacteque patiantur. Erit illud plenius interim corpus, quod mox adulta ætas astringat: hinc spes roboris. Maciem namque & infirmitatem in posterum minari solet, protinus omnibus membris expressus infans. Audiet hæc ætas plura, & inueniat, & inuentis gaudeat, sint licet illa non satis sicca interim ac seuera. Facile remedium est hubertatis, sterilia nullo labore uincuntur. Illa mihi in pueris natura minimum spei dedit, in qua ingenium iudicio præsumitur. Materiam esse primum uolo uel abundantiore, atque ultra quam oporteat fusam. Multum inde decoquent anni, multum ratio limabit, aliquid uelut usu ipso deteretur. Sit modo unde excidi possit, & quod exalpi, erit autem, si non ab initio tenuem nimium laminam duxerimus, & quæ cælatura altior rumpat. Quod me de his ætatibus sentire minus mirabitur, qui apud Ciceronem legerit: Volo enim se efferat in adolescente fecunditas. Quapropter in primis euitandus, & in pueris præcipue, magister aridus, non minus quam teneris adhuc plantis siccum & sine humore ullo solum. Inde fiunt humiles statim, & uelut terram spectantes, qui nihil supra quotidianum sermonem attollere audeant. Macies illis pro sanitate, & iudicij loco infirmitas est: & dum satis putant uitio carere, in idipsum incidunt uitium, quod uirtutibus carent. Quare mihi ne

Dicere ac facere.

Narrationum tres species.

De Orat. 2.

C maturitas quidem ipsa festinet, nec multa in lacu statim austerata sint: sic & annos ferent, & uetustate proficiēt. Ne id quidē quod admoneamus indignū est, ingenia puerorū nimia interim emendationis seueritate deficere: nam & desperant, & dolēt, & nouissime oderūt: & quod maxime nocet, dum omnia timent, nihil conantur, quod etiā rusticis notum est, qui frondibus teneris non putant adhibendam esse falcem, quia reformidare ferrum uidentur, & nondum cicatricem pati posse. Iucundus ergo tum maxime debet esse praeceptor, ut remedia, quae alioqui natura sunt aspera, molli manu leniantur, laudare aliqua, ferre quaedā, mutare etiam, reddita cur id fiat ratione, illuminare, interponendo aliquid sui. Nonnunquam hoc quoque erit utile, totas ipsum dictare materias, quas & imitetur puer, & interim tanquam suas amet. At si tam negligens ei stylus fuerit, ut emendationem non recipiat, expertus sum prodesse, quoties eandem materiā rursus à me retractatam scribere de integro iuberem: posse enim eum adhuc ^{† adhuc} melius, quatinus nullo † magis studia, quam spe gaudent. Aliter autē alia aetas emendanda est, & pro modo uirium, & exigendū, & corrigendum opus. Solebam ego dicere pueris aliquid ausis licentius aut laetius, laudare me adhuc, uenturum tempus, quo idem non permitterem, ita & ingenio gaudebant, & iudicio nō fallebantur. Sed ut eò reuertar unde egressus sum, narrationes stylo cōponi, quanta maxima possit adhibita diligentia, uolo. Nam ut primo cum sermo instituitur, dicere quae audierint, utile **D** est pueris ad loquendi facultatem, ideoque & retro agere expositionem, & à mediā in utranque partem discurrere sanē meritō cogatur, sed ad gremiū praeceptoris, & dum non possunt, & dum res ac uerba connectere incipiunt, ut protinus memoriam firment, ita cum iam formam recte atque emendatæ orationis accipiant, extemporalis garrulitas, nec expectata cogitatio, & uix surgendi mora, circulatoriæ uere iactationis est. Hinc parentū imperitorum inane gaudium, ipsis uero contemptus operis, & inuerecunda frons, & consuetudo pessime dicendi, & malorum exercitatio, & quae magnos quoque profectus frequenter perdidit, arrogans de se persuasio innascitur. Erit suū parandæ facilitatis tempus, neque à nobis negligenter locus iste transibitur. Interim satis est, si puer omni cura & summo (quantum illa aetas capit) labore aliquid probabile scripserit, in hoc assuescat, huius rei sibi naturam faciat. Ille demum in id quod quaerimus, aut ei proximum poterit euadere, qui ante discet recte dicere, quam cito. Narrationibus nō inutiliter subiungitur opus destruendi confirmandique eas, quod *ανασκηδὴ καὶ κατασκηδὴ* uocatur. Id porro non tantum in fabulosis, & carmine traditis fieri potest, uerum etiam in ipsis annalium monumentis, ut si quaeratur, an sit credibile super caput Valerij pugnantis sedisse coruū, qui os oculosque hostis Galli rostro atque alis euerberaret. Sit in utranque partem ingens ad dicendum materia, ut de serpente quo Scipio traditur genitus, & Lupa Romuli, & Aegeria Numae. Nam graecis historicis plerūque poe

ticæ

A ticæ similis est licentia. Saep̄ etiam quaeri solet de tempore, de loco, quo gesta res dicitur, nōnunquam de persona quoque, sicut Liuius frequentissime dubitat, & alij ab alijs historicis dissentiunt. Inde paulatim ad maiora tendere incipiet, laudare claros uiros, & uituperare improbos, quod non simplicis utilitatis opus est. Namque & ingenium exercetur multiplici uariā materia, & animus contemplatione recti, prauique formatur, & multa inde cognitio rerū uenit, exemplisque, quae sunt in omni genere causarū potentissima, iam tum instruitur, cum res poscet usus. Hinc illa quoque exercitatio subit comparationis, uter melior, uter uel deterior: quae quanquam uersatur in ratione simili, tamen & duplicat materiam, & uirtutum uitiorumque, non tantum naturam, sed etiam modū tractat. Verū de ordine laudis, contraque, quoniam tertia haec rhetorices pars est, praecipiemus suo tempore. Et cōmunes loci (de his loquor, quibus citra personas in ipsa uitia moris est perorare, ut in adulterum, aleatorem, peculatorem) ex medijs sunt iudicij: & si reum adijcias, accusationes, quanquam hi quoque ab illo generali tractatu ad quasdam deduci species solent, ut si ponatur adulter caecus, aleator pauper, petulans senex. Habent autem nonnunquam etiam defensionem. Nam & pro luxuria, & pro amore dicimus, & leno interim parasitusque defenditur, sic ut non homini patrocinemur, sed crimini. The ses autem quae sumuntur ex rerum comparatione, ut rustica uel uita, an urbana potior: iuris periti, an militaris uiri laus maior, mire sunt ad exercitacionem dicendi † spaciosae atque uberes, quae uel ad suadendi officium, uel etiam ad iudicium disceptationemque iuuant plurimum. Nam posterior ex praedictis locus, in causa Muranae copiosissime à Cicerone tractatur. Sunt & illae penē totae ad deliberatiuum pertinentes genus, ducenda ne uxor, petendi ne sint magistratus. Namque haec personis modo adiectis suasoriae erunt. Solebant praecipue mei, nec inutili, & nobis etiā iucundo genere exercitacionis, praeparare nos coniecturalibus causis, cum quaerere atque exequi iuberent, cur armata apud Lacedemonios Venus, & quid ita crederetur Cupido puer, ac uolucer, & sagittis ac face armatus, & similia. In quibus scrutabamur uoluntatem, cuius in controuersijs frequēs quaestio est, quod genus chriae uideri potest. Nam locos quidem, quales sunt de testibus, semper ne his credendum, & de argumentis, an habenda etiam paruis fides, adeo manifestū est ad forenses actiones pertinere, ut quidam nec ignobiles in officijs ciuilibus, scriptos eos, memoriaeque diligentissime mandatos, in promptu habuerint, ut quoties esset occasio, extemporales eorum dictiones his uelut emblematis exornarentur. Quo quidē (nec enim huius rei iudiciū differre sustineo) summam uidebantur mihi infirmitatem de se confiteri. Nam quid hi possint in causis (quarum uaria ac noua semper est facies) propriū inuenire? quomodo propositis ex parte diuersa respondere, altercationibus uelociter occurrere? testem rogare? qui etiam in his, quae sunt communia, & in

† speciosae

C plurimis causis tractatur, uulgatissimos sensus uerbis, nisi tanto ante præparatis, prosequi nequeant. † Neceſſe est his, cum eadem iudicijs pluribus dicunt, aut fastidium moueant, ueluti frigidi & repositi cibi, aut pudorem, deprehensa toties audientium memoria, infelix suppellex, quæ sicut apud pauperes ambitiosos, pluribus & diuersis officijs conteratur, cum eo quidem, quod uix ullus est tam † communis locus, qui possit cohærere cum causa, nisi aliquo propriæ questionis uinculo copulatus appareat, atque eum non tam infertum quam applicitum, uel quod dissimilis est cæteris, uel quod plerumque assumi etiam parum apte solet, non quia desideratur, sed quia paratus est, ut quidam sententiarum gratia uerbosissimos locos arcessunt, cum ex locis debeat nasci sententia: ita sunt autem speciosa hæc & utilia, si oriuntur ex causa. Cæterum quamlibet pulchra locutio, nisi ad uictoriã tendit, utique superuacua, sed interim etiam contraria est. Verum hætenus euagari satis fuerit. Legum laus & uituperatio iam maiores, ac prope summis operibus suffecturas uires desiderant, quæ quidem suasorij, an controuersij magis accommodata sit exercitatio, consuetudine & iure ciuitatum differt. Apud Græcos enim lator earum ad iudicem uocabatur, Romanis pro concione suadere, ac dissuadere moris fuit. Utroque autem modo pauca de his, & ferè certa dicuntur. Nam & genera sunt tria, sacri, publici, priuati iuris. Quæ diuisio ad laudẽ magis spectat, si quis eam per gradus augeat, quod lex, quod publica, quod ad religionẽ deum comparata sit. Ea quidem de quibus quæri solet, communia omnibus. Aut enim de iure dubitari potest eius qui rogat, ut de P. Clodio qui non rite creatus Tribunus arguebatur, aut de ipsius rogationis, quod est uarium, siue non trino forte nundino promulgata, siue non idoneo die, siue contra intercessionem, uel auspicia, aliud ue quid quod † legitime obstat, dicitur lata esse, uel ferri, siue alicui manentium legum repugnare. Sed hæc ad illas primas exercitationes non pertinent: nam sunt hæc citra complexum personarum, temporum, causarum. Reliqua eadem ferè uero fictoque certamine huiusmodi tractantur. Nam uitium, aut in uerbis, aut in rebus est. In uerbis quaeritur an satis significant, an sit in his aliquid ambiguũ: In rebus, an lex sibi ipsa consentiat, an in præteritum referri debeat, an in singulos homines. Maxime uero comune est quærere, an sit honesta, an utilis. Nec ignoro plures fieri à plerisque partes, sed nos iustum, pium, religiosum, cæteraque his similia, honesto complectimur. Iusti tamen species non simpliciter excuti solent. Aut enim de re ipsa quaeritur, ut digna ne poena, uel præmio sit: aut de modo præmij poenæue, qui tam maior quam minor culpari potest. Utilitas quoque interim natura discernitur, interim tempore. Quædam an obtineri possint, ambigi solet. Ne illud quidem ignorare oportet, leges aliquando totas, aliquando ex parte reprehendi solere, cum exemplum rei utriusque nobis claris orationibus præbeatur. Nec me fallit, eas quoque leges esse, quæ non in perpetuum rogentur, sed de honoribus, aut imperijs,

qualis

A qualis Manilia fuit, de qua Ciceronis oratio est. Sed de his nihil hoc loco præcipi potest. Constant enim propria rerum, de quibus agitur, non communi qualitate. His ferè ueteres facultatẽ dicendi exercuerunt, assumpta tamen à dialecticis argumentandi ratione. Nam fictas ad imitationem fori, consiliorumque materias, apud Græcos dicere, circa Demetrium Phalærea institutum ferè constat. An ab ipso id genus exercitationis sit inuentum (ut alio quoque libro sum confessus) parum comperi. Sed ne hi quidem qui hoc fortissime affirmant, ullo satis idoneo autore nituntur. Latinos uero dicendi præceptores, extremis L. Crassi temporibus cepisse Cicero autor est, quorum insignis maxime Plotius fuit.

Plotius

De lectione Oratorum, & Historicorum apud Rhetorem, CAP. V.



Ed de ratione declamandi post paulo, interim quia prima rhetorices rudimenta tractamus, non omittendum uidetur id quoque ut moneam, quantum sit collaturus ad profectum discipulorum rhetor, si quemadmodum à grammaticis exigitur poetarum enarratio: ita ipse quoque historiae, atque etiam magis orationum lectione, susceptos à se discipulos instruxerit, quod nos in paucis, quorum id ætas exigebat, & parentes utile esse crediderant, seruauimus. Cæterum sententibus iam † tum optima, duæ res impedimento fuerunt, quod & longa consuetudo aliter docendi fecerat legem, & robusti ferè iuuenes, nec hunc laborem desiderantes, exemplum nostrum sequebantur. Nec tamen etiam si quid noui uel sero inuenissem, præcipere in posterum puderet. Nunc uero scio id fieri apud Græcos, sed magis per adiutores, quia non uidentur tempora suffectura, si legentibus singulis præire semper ipsi uelint. Et hercle prælectio, quæ in hoc adhibetur, ut facile atque distincte pueri scripta oculis sequantur, etiam illa quæ uim cuiusque uerbi, si quid minus uisatum incidat, docet, multum infra rhetoris officium existimanda est. At demonstrare uirtutes, uel si quando ita incidat, uitia, id professionis eius atque promissi, quo se magistrum eloquentiæ pollicetur, maxime proprium est, eo quidem ualidius, quod non utique hunc laborem docentium postulo, ut ad gremium reuocatis cuius quisque eorum uelit libri lectioni deseruiant. Nam mihi cum facilius, tum etiam multo uidetur magis utile, factis silentio, unum aliquem (quod ipsum imperari per uices optimum est) constituere lectorem, ut protinus pronuntiationi quoque assuescant, tum exposita causa, in quam scripta legitur oratio (nam sic clarius quæ dicentur, intelligi poterunt) nihil otiosum pati, quodque in inuentione, quodque in elocutione annotandum erit, quæ in proœmio conciliandi iudicis ratio, quæ narrandi lux, breuitas, fides, quod aliquando consiliũ, & quam occulta calliditas. Namque ea sola in hoc ars est, quæ intelligi, nisi ab artifice non possit. Quanta deinceps in diuidendo prudentia, quam subtilis & crebra argumentatio, quibus uiribus inspiret, qua iucunditate permulceat, quanta in maledictis asperitas, in iocis urbanitas, ut denique dominetur in affectibus, atque in pe-

tam

Cetera irrumpat, animumque iudicium similem his, quae dicit, efficiat. Tum in ratione eloquendi, quod uerbum proprium, ornatu, sublime, ubi amplificatio laudanda, quae uirtus ei contraria, quid speciose translatum, quae figura uerborum, quae lenis & quadrata, sed uiriliter tamen compositio. Ne id quidem inutile, etiam corruptas aliquando & uitiosas orationes, quas tamen plerique iudiciorum prauitate mirentur, legi palam pueris, ostendique in his quam multa impropria, obscura, tumida, humilia, sordida, lasciuia, effeminata sunt, quae non laudantur modo a plerisque, sed, quod peius est, propter hoc ipsum, quod sunt praua, laudantur. Nam sermo rectus, & secundum naturam enunciatus, nihil habere ex ingenio uidetur. Illa uero, quae utrumque deflexa sunt, tanquam exquisitiora miramur, non aliter quam distortis, & quocumque modo prodigiosis corporibus, apud quosdam maius est pretium, quam his, quae nihil ex communis habitus bonis perdidit. Atque etiam qui specie capiuntur, uulsis, leuatisque, & iniustas comas ac comentibus, & non suo colore nitidis, plus esse formae putant, quam possit tribuere incorrupta natura, ut pulchritudo corporis uenire uideatur ex malis moribus. Neque solum haec ipse debet docere praceptor, sed frequenter interrogare, & iudicium discipulorum experiri. Sic audientibus securitas aberit, nec quae dicentur perfluent aures, simulque ad id perducuntur, quod ex hoc quaeritur, ut inueniant ipsi & intelligant. Nam quid aliud agimus docendo eos, quam ne semper docendi sint? Hoc diligentiae genus ausim dicere plus collaturum discipulis, quam omnes omnium artes, quae iuuant sine dubio multum, sed latiore quadam comprehensione, per omnes quidem species rerum quotidie penes nascentium ire qui possunt? Sicut de re militari, quanquam sunt tradita quaedam praecipua communia, magis tamen proderit scire, qua ducum quisque ratione, in quali loco, tempore sit usus sapienter, aut contra. Nam in omnibus ferè minus ualent praecipua quam experimenta. An uero declamabit quidem praceptor, ut sit exemplo suis auditoribus, non plus contulerint lecti Cicero aut Demosthenes? Corrigeatur palam, si quid in declamando discipulus errauerit. Non potentius erit emendare orationem, quinimò etiam iucundius: aliena enim uitia quisque reprehendi mauult quam sua. Nec deerant plura, quae dicerent, sed neminem haec utilitas fugit, atque utinam tam non pigeat facere istud, quam non displicebit.

Qui primi legendi. CAP. VI.



Quod si potuerit obtineri, non ita difficilis supererit quaestio, qui legendi sint incipientibus. Nam quidam illos minores, quia facilius eorum intellectus uidebatur, probauerunt, alij floridius genus, ut ad alenda primarium aetatum ingenia magis accommodatum. Ego optimos quidem & statim, & semper, sed tamen eorum candidissimum quocumque, & maxime et expositum uelim, ut Liuium a pueris magis quam Sallustium, & hic historiae maioris est autor, ad quem tamen intelligendum iam profectu opus sit, Cicero, ut mihi quidem uidetur, & iucundus

compositum

A cundus incipientibus quocumque, & apertus est satis, nec prodesse tantum, sed etiam amari potest, tum quemadmodum et Liuius praecipit, ut quisque erit Ciceroni similis. Duo autem genera maxime cauenda pueris puto: Unum, ne quis eorum antiquitatis nimis admirator, in Gracchorum, Catonisque, & aliorum similium lectione durefcere uelit: fient enim horridi atque ieiuni. Nam neque uim eorum adhuc intellectu consequuntur, & elocutione, quae tum sine dubio erat optima, sed nostris temporibus aliena, contenti (quod est pessimum) similes sibi magnis uiris uidebuntur: Alterum, quod huic diuersum est, ne recentis huius lasciuiae flosculis capti, uoluptate praua deliriantur: ut praedulce illud genus, & puerilibus ingenijs hoc gratius, quo propius est, adamant. Firmis autem iudicijs, iamque extra periculum positus, sua serim & antiquos legere, ex quibus si assumatur solida ac uiriliter ingenij uis, deterfo rudis seculi squalore, tum noster hic cultus clarius enitescet, & nouos, quibus & ipsis multa uirtus adest. Nec enim nos tarditatis natura damnauit, dicendi mutauimus genus, & ultra nobis quam oportebat indulgimus, ita non tam ingenio illi nos superauerunt, quam proposito. Multa ergo licebit eligere. Sed curandum erit, ne his quibus permixta sunt, inquinentur. Quosdam uero etiam quos totos imitari oporteat, & fuisse nuper, & nunc esse quidem libenter non concesserim modo, uerum etiam contenderim. Sed hi qui sint, non cuiusque est pronunciare. Tutius circa priores imitatio est uel erratur. Ideoque hanc nouorum distuli lectionem, ne imitatio iudicium antecederet.

De diuisione. CAP. VII.



Vit etiam in hoc diuersum praecipientium propositum, quod eorum quidam materias, quas discipulis ad dicendum dabant, non contenti diuisione dirigere, latius dicendo prosequerantur, nec solum probationibus implebant, sed etiam affectibus. Alij, cum primas modo lineas duxissent, post declamationes quod omisisset quisque tractabant, quosdam uero locos non minore cura, quam cum ad dicendum ipsi surgerent, excolebant. Utile utrumque, & ideo neutrum ab altero separo. Sed si facere tantum alterum necesse sit, plus proderit demonstrasse protinus uiam, quam reuocare ab errore iam lapsos. Primum, quia emendationem auribus modo accipiunt, diuisionem uero ad cogitationem etiam & stylium perferunt. Deinde etiam quod libentius praecipientem audiunt, quam reprehendentem. Si qui uero paulo sunt uiuaciores, in his praesertim moribus, etiam irascuntur admonitioni, & taciti repugnant. Neque ideo tamen minus uitia aperte coarguenda sunt. Habenda enim ratio ceterorum, qui recta esse, quae praceptor non emendauerit, credent. Vtraque autem ratio miscenda est, & ita tractanda, ut res ipsae postulabunt. Namque incipientibus danda erit uelut praeformata materia, secundum cuiusque uires. At cum satis composuisse se ad exemplum uidebuntur, breuia quaedam demonstranda uestigia, quae persecuti, iam suis uiribus sine adminiculo progredi

C possint. Nonnunquā credi sibi eos oportebit, ne mala consuetudine semper alienum laborē sequendi, nihil per se conari & querere sciant. Quod si satis prudenter dicenda uiderint, iam propē consummata fuerit præcipientis opera. Si quid errauerint, adhuc crunt ad ducem reducendi. Cui rei simile quiddam facientes aues cernimus, quæ teneris infirmisq; foetibus cibos ore suo collatos partiuntur. At cum uisi sunt adulti, paulū egredi nidis, & circumuolare, sedem illam præcedentes ipsæ docent, tum expertas uires libero cœlo, suæq; ipsorum fidutiæ permittunt.

De ediscendo. CAP. VIII.



Illud ex consuetudine mutandum prorsus existimo in his, de quibus nunc differimus ætatibus, ne omnia quæ scripserint ediscant, & certa, ut moris est, dic dicant. Quod quidem maxime partes exigunt, atque ita demum studere liberos suos, si quam frequentissime declamauerint, credunt, cum profectus præcipue diligentia constet. Nam ut scribere pueros, plurimumq; esse in hoc opere planè uelim, sic ediscere electos ex orationibus, uel historijs, alioue quo genere dignorum ea cura uoluminum locos, multo magis suadeam. Nam & exercebitur acrius memoria, aliena complectendo quàm sua: & qui erunt in difficiliore huius generis labore uersati sine molestia, quæ ipsi composuerunt, iam familiarius animo suo affigent, & affuescent optimis, semperq; habebunt intra se quod imitentur. Etiam non sentientes formam orationis illam, quam mente penitus acceperint, expriment. Abundabunt autem copia uerborum optimorum, & compositione, ac figuris iam non quæsitis, sed sponte ex reposito uelut thesauro se offerentibus. Accedit his & iucunda in sermone bene à quocq; dictorum relatio & in causis utilis. Nam & plus [†] autoritatis afferunt ea, quæ non præsentis gratia litis sunt comparata, & laudem sæpe maiorem, quàm si nostra sint, conciliant. Aliquando tamen permittendum, quæ ipsi scripserint dicere, ut laboris sui fructum, etiam ex illa, quæ maxime petitur, laude plurimum capiant. Verum id quocq; tum fieri oportebit, cum aliquid commodius limauerint, ut eo uelut præmio studij sui donentur, ac se meruisse, ut dicerent, gaudeant.

An secundum sui quisq; ingenij docendus sit naturam. CAP. IX.



Virtus præceptoris haberi solet, nec immeritò, diligenter in his quos erudiendos susceperit, notare discrimina ingeniorum, et quò quocq; natura maxime ferat scire. Nam est in hoc incredibile quædam uarietas, nec pauciores animorum penè quàm corporu formæ. Quod intelligi etiam ex ipsis oratoribus potest, qui tantum inter se distant genere dicendi, ut nemo sit alteri similis, quamuis plurimi se ad eorum, quos probant, imitationem composuerint. Utile deinde plerisq; uisum est, ita quocq; instituere, ut propria nature bona doctrina fouerent, & in id potissimum ingenia quò tenderent, adiuuaretur: Ut si quis

A si quis palestræ peritus, cum in aliquod plenum pueris gymnasium uenerit, expertus eorum omni modo corpus, animū quocq; discernat, cui quisque certamini præparandus sit: Ita præceptorē eloquentiæ cum sagaciter fuerit intuitus, cuius ingenium presso limatoq; genere dicendi, cuius acri, graui, dulci, aspero, nitido, urbano maxime gaudeat, ita se commodaturum singulis, ut in eo quo quisq; eminet prouehatur, quod & adiuta cura natura magis eualescat: et si in diuersa ducatur, nec in his quibus minus aptus est, satis possit efficere, & ea in quæ natus uidetur, deserendo faciat infirmiora. Quod mihi (libera enim uel contra receptas persuasiones rationi sequenti sententiæ est) in parte uerum uidetur. Nam proprietates ingeniorum dispicere prorsus necessarium est. In his quocq; certum studiorum facere delectum, nemo dissuaserit. Namq; erit alius historiæ magis idoneus, alius compositus ad carmen, alius utilis studio iuris, ut nonnulli rus fortasse mittendi. Sic discernet hæc dicendi magister, quo modo palæstricus ille cursorem faciet, aut pugilem, aut luctatorē, aliud ue quid ex his, quæ sunt sacrorum certaminum. Verum ei, qui foro destinabitur, nō in unam partem aliquam, sed in omnia quæ sunt eius operis, etiam si qua difficiliora uidebuntur laborandū est. Nam & omnino superuacua erat doctrina, si natura sufficeret. An si quis ingenio corruptus, ac [†] tumidus (ut pleriq; sunt) inciderit in hoc eum ire patiemur? Aridum atq; ieiunū non alemus, & quasi uestiemus: Nam si quædam detrahere necessarium est, cur non sit adijcere concessum? Neq; ego contra naturam pugno: nō enim deserendum id bonum, si quod ingenitum est, existimo, sed augendum addendumq; quod cessat. An [†] non clarissimus ille præceptor Isoocrates, quem non magis libri bene dixisse, quàm discipuli bene docuisse testantur, cum de Ephoro atq; Theopompo sic iudicaret, ut alteri frenis, alteri calcaribus opus esse diceret, aut in illo lentiore tarditatē, aut in hoc penè præcipiti, concitationem adiuuandam docendo existimauit, cum alterum alterius natura miscendū arbitraretur? Imbecillis tamen ingenijs sanè sic obsequendum sit, ut tantum in id quò uocat natura, ducantur. Ita enim quod solum possunt, melius efficient. Si uero liberalior [†] natura contigerit, & in qua meritò ad spem oratoris simus aggressi, nulla dicēdi uirtus omittenda est. Nam licet sit aliqua in partem pronior, ut necesse est, cæteris tamen non repugnabit, atq; ea cura paria faciet his, in quibus eminebit. Sicut ille (ne ab eodem exemplo recedamus) exercendi corpora peritus, non si docendum pancratiasten susceperit, pugno ferire, uel calce tantū, aut nexus modo, atq; in his [†] certos aliquos docebit, sed omnia quæ sunt eius certaminis. Erit qui ex his aliqua non possit, in id maxime quod poterit incumbet. Nam sunt hæc duo uitanda prorsus: Vnum, ne tentēs, quod effici non possit: Alterum, ne ab eo quod quis optime facit, in aliud, cui minus est idoneus, transferas. At si fuerit qui docebitur, ille, quem adolescentes senem uidimus, Nicostratus, omnibus in eo docendi

[†]timidus[†]uero[†]materia[†]cæteras

Nicostratus.

C partibus similiter utetur, efficietq̄ illum, qualis hic fuit, luctando, pugnan-
doq̄, quorum utroq̄ certamine iisdem diebus coronabatur inuictum. Et
quanto id magis oratoris futuri magistro prouidendum erit? Non enim
satis est dicere presse tantum, aut subtiliter, aut asperè, non magis quàm
phonasco, acutis tantum, aut medijs, aut grauibus sonis, aut horum etiam
particulis excellere. Nam sicut cithara, ita oratio perfecta non est, nisi ab
imo ad summum omnibus intenta neruis consentiat.

De officio discipulorum. CAP. X.



Lura de officijs docentium locutus, discipulos id unum inte-
rim moneo, ut praeceptores suos non minus quàm ipsa studia
ament, & parentes esse, non quidem corporum, sed mentium
credant. Multum hæc pietas confert studio. Nam & libenter
audient, & dictis credent, & esse similes cõcupiscent. In ipsos deniq̄ cœ-
tus scholarum læti & alacres conuenient, emendati non irascentur, lauda-
ti gaudebunt, ut sint charissimi studio merebuntur. Nam ut illorum officium
est docere, sic horum præbere se dociles. Alioqui† neutrum sine altero
sufficit. Et sicut hominis ortus ex utroq̄ gignentium confertur, & frustra
sparseris semina, nisi illa præmollitus fouerit sulcus, ita eloquentia coale-
scere nequit, nisi sociata tradentis, accipientisq̄ concordia.

† alterum

De utilitate, & ratione declamandi. CAP. XI.

D



In his primis operibus, quæ non ipsa parua sunt, sed maiorum
quasi membra atq̄ partes, bene instituto atq̄ exercitato, iam
ferè tempus appetet aggrediendi suasorias, iudicialesq̄ mate-
rias: quarum antequam uiam ingrediatur, pauca de ipsa mihi de-
clamandi ratione dicenda sunt, quæ quidem ut ex omnibus nouissime in-
uenta, ita multò est utilissima. Nam & cuncta de quibus diximus in se fe-
rè continet, & ueritati proximam imaginem reddit. Ideoq̄ ita est celebra-
ta, ut plerisque uideretur ad formandam eloquentiam uel sola sufficere. Ne-
que enim uirtus ulla, perpetuæ duntaxat orationis, reperiri potest, quæ
non sit cum hac dicendi meditatione communis. Eò quidem res ista cul-
pa docentium recidit, ut inter præcipuas quæ corrumpent eloquentiam
causas, licentia, atq̄ incitiam declamantium fuerit. Sed eo quod natura bo-
num est, bene uti licet. Sint ergo & ipsæ materiæ, quæ fingentur, quàm
similimæ ueritati. Et declamatio in quantum maxime potest, imitetur eas
actiones, in quarum exercitationem reperta est. Nam magos & pestilen-
tiam, & responsa, & sæuiores tragicis nouercas, aliaq̄ magis adhuc fabu-
losa, frustra inter sponsiones, & interdicta quæremus. Quid ergo? Nun-
quam hæc supra fidem, & poetica (ut uere dixerim) themata iuuenibus
pertractare permittemus, ut expatientur, & gaudeant materia, & quasi in
corpus eant? Optimè. Sed certe sint grandia & tumida, non stulta etiam
& acrioribus oculis intuenti ridicula, ac si iam cedendum est, impleat se
declamator aliquando, dum sciat, ut quadrupedes cum uiridi pabulo di-
stentæ

A stentæ sunt, sanguinis detractione curantur. & sic ad cibos uiribus confer-
uandis idoneos redeunt, ita sibi quoq̄ tenuandos adipos, & quicquid hu-
moris corrupti contraxerit, emittendum, si esse sanus, ac robustus uolet.
Alioqui tumor ille inanis, primo cuiuscunq̄ ueri operis conatu deprehen-
detur. Totum autem declamandi opus, qui diuersum omnino à forē sibus cau-
sis existimant, hi profectò ne rationē quidē, qua ista exercitatio inuēta sit,
peruident. Nam si foro nō preparat, aut scenicæ ostentationi, aut furiosæ
uociferationi similimū est. Quid enim attinet iudicē preparare, qui nullus
est: narrare quod oēs sciant falsum? probationes adhibere causæ, de qua
nemo sit pronunciaturus? Et hæc quidē otiosa tantū. Affici uero ira, uel
luctu permouere, cuius est ludibrii? nisi pugnae cuiusdā simulacris ad ue-
rum discrimen aciemq̄ iustam consuescimus. Nihil ergo inter forense ge-
nus dicendi, atq̄ hoc declamatorium intererit? Si profectus gratia dici-
mus, nihil. Utinamq̄ adijci ad consuetudinem posset, ut nominibus utere-
mur & perplexe magis, & longioris aliquando actus controuersia fin-
geretur, & uerba in usu quotidiano posita minus timeremus, & iocos in-
serere moris esset, quæ nos quamlibet per alia in scholis exercitati sumus,
tyrones in foro inueniunt: Si uero in ostentationem comparetur declama-
tio, sanè paululum aliquid inclamare ad uoluptatem audientium debemus.
Nā & his actionibus, quæ in aliqua sine dubio ueritate uersantur, sed sunt
B ad popularē aptatæ delectationē, quales legimus Panegyricos, totumq̄
hoc demonstrationū genus, permittitur adhibere plus cultus, omnemq̄
artem, quæ latere plerunq̄ in iudicijs debet, & non confiteri modò, sed
ostentare etiam hominibus in hoc aduocatis. Quare declamatio, quoniā
est iudiciorum, consiliorumq̄ imago, similis esse debet ueritati, quoniam
autem aliquid in se habet *επιεικής*, nō nihil sibi nitoris assumere, quod fa-
ciunt actores comici, qui nec ita prorsus ut nos uulgo loquimur, pronun-
tiant, quod esset sine arte, nec tamen procul à natura recedunt, quo uicio pe-
ririt imitatio, sed morem communis huius sermonis decore quodam sce-
nico exornant. Sic quoq̄ aliqua nos incommoda ex his quas finxerimus
consequentur, in eo præcipue quod multa in his relinquuntur incerta, quæ
sumimus, ut uidentur ætates, facultates, liberi, parentes, urbium ipsarum
uires, iura, mores, alia his similia. Quin aliquando etiam argumenta ex
ipsis positionum uitijs ducimus. Sed hæc suo quæq̄ loco. Quamuis enim
omne propositum operis à nobis destinati eò spectet, ut orator institua-
tur, tamen ne quid studiosi requirant, etiam siquid erit, quod ad scholas
pertineat proprie, in transitu non omittemus.

An artis necessaria cognitio sit. CAP. XII.



Am hinc ergo nobis inchoanda est ea pars artis, ex qua capere
initiū solent, qui priora omiserunt, quanquam uideo quosdam in
ipso statim limine obstaturos, qui nihil egere eiusmodi præce-
ptis eloquentiam putēt, sed natura sua, & uulgari modo, & scho-

Panegyric.

Clarū exercitatione cōtenti, rideant etiā diligentia nostrā, exemplo magni quoq; nominis professorū, quorū aliquis (ut opinor) interrogatus quid esset schema & noēma, nescire se quidē, sed si ad rem pertineret, esse in sua declamatione respōdit. Alius percōtanti, Theodorus an Apollodorus esset, ego, inquit, parmularius sum: Nec sanē potuit urbanus ex cōfessione ne inscitia suā elabi. Porro hi, quia & beneficio ingenij prāstātes sunt habitū, & multa etiā memoria digna exclamauerunt, plurimos habent similes negligentia suā, paucissimos naturā. Igitur impetu dicere se, & uiribus uti gloriantur. Nec enim opus esse probatione, aut dispositione in rebus fictis quoq;, sed cuius rei gratia plenum sit auditoriū, sententijs grandibus, quarū optima quāq; à periculo petatur. Quinetiam in cogitando, nulla ratione adhibita, aut tectum intuentes, magnum aliquid quod ultrò se offerat pluribus sēpe diebus expectāt, aut murmure incerto, uelut classico instincti, concitatissimum corporis motum nō enuntiandis, sed quærendis uerbis accommodant. Nonnulli certa sibi initia priusquam sensum inuenerint, destinant, quibus aliquid disertū subiungendū sit, eaq; diu se cum ipsi clareq; meditati, desperata connectendi facultate deserunt, & ad alia deinceps, atq; inde alia non minus cōmunia atq; nota diuertunt. Qui plurimum uidentur habere rationis, nō in causas tantum laborem suum, sed in locos intendunt, atque in his non corpori prospiciunt, sed abrupta quædam, ut forte ad manum uenere, iaculantur. Vnde fit, ut dissoluta & ex diuersis congesta oratio coherere non possit, similisq; sit cōmentarijs puerorū, in quos ea quæ alijs declamantibus laudata sunt, regerunt. Magnas tamen sententias, & res bonas (ita enim gloriari solent) elidunt, nam & barbari, & si hoc fat est, nulla est ratio dicendi.

Quare ineruditi ingeniosiores uulgo habeantur. CAP. XIII.



M hoc quidem negauerim, sequi plerunq; hanc opinionem, ut fortius dicere uideantur indocti. Primum, uitio male iudicantium, qui maiorem habere uim credunt ea, quæ nō habent artem, ut effringere quàm aperire, rumpere quàm soluere, trahere quàm ducere putant robustius. Nam & gladiator, qui armorū inscius in rixam ruit, & luctator, qui totius corporis nixu in id quod semel inuasit incumbit, fortior ab his uocatur, cum interim & hic frequenter suis uiribus ipse prosternitur, & illū uehementis impetus, excipit aduersarij mollis articulus. Sed sunt in hac parte quæ imperitos etiam naturaliter fallant: nam & diuisio cum plurimū ualeat in causis, speciem uirium minuit, & rudia politis maiora, & sparsa compositis numerosiora creduntur. Est præterea quædam uirtutum uitiorumq; uicinia, qua maledicus pro libero, temerarius pro forti, effusus pro copioso accipitur. † Maledicit autē ineruditus apertius, & sapius uel cū periculo suscepti litigatoris, frequenter etiam suo. Affert & ista res opinionem, quia libentissime homines audiunt ea, quæ dicere ipsi uoluissent. Illud quoq; alterum quod est in elocutione

A tione ipsa periculum, minus uitat, conaturq; perdit. Inde euenit nonnumquam, ut aliquid grande inueniat, qui semper quærit quod nimium est, uerum & raro euenit, & cætera uitia non pensat. Propter hoc quoq; interdum uidentur indocti copiam habere maiorem, quod dicunt omnia, doctis est electio & modus. His accedit, quod à cura † docendi quod intendunt, recedunt. Itaq; illud quæstionum & argumentorum apud corrupta iudicia frigus euitant, nihilq; aliud quàm quo uel prauis uoluptatibus aures assistentium permulceant, quærunt. Sententiæ quoq; ipsæ, quas solas petunt, magis eminent, cum omnia circa illas sordida & abiecta sint, ut lumina nō inter umbras, quemadmodū Cicero dicit, sed planē in tenebris clariora sint. Itaq; ingeniosi uocentur, ut libet, dum tamen constet, contumeliose sic laudari disertū. Nihilominus confitendū est etiā detrudere doctrinā aliquid, ut limā rudibus, & cotes hebetibus, & uino uetustatē, sed uitia detrahāt, atq; eo solo minus est, quod literæ perpolierūt, quo melius. Verū hi pronuntiatione quoq; famā dicendi fortius quærūt. Nam & clamāt ubiq;, & omnia leuata, ut ipsi uocant, manu emugiūt, multo discursu, anhelitu, iactatione, gestu, motu capitis furentes. Iam collidere manus, terere pedē incutere, scemur, pectus, frontē cedere, mire ad pullatū circulū facit, cū ille eruditus, ut in oratione multa submittere, uariare, disponere: ita etiā in pronuntiatione suū cuiq; eorū, quæ dicet colori accommodare actū sciat, & si quid sit perpetua obseruatione dignū, modestus esse & uideri malit. At illi hanc uim appellant, quæ est potius uolentia. Cū interim nō actores modò aliquos inuenias, sed, quod est turpius, præceptores etiam qui breuem dicendi exercitationem consecuti, omiſsa ratione, ut tulit impetus, passim tumultuētur, eosq; qui plus honoris literis tribuerunt, ineptos & ieunos, & trepidos, & infirmos, ut quodq; uerbum contumeliosissimū occurrit, appellent. Verum illis quidem gratulemur, sine labore, sine ratione, sine disciplina disertis. Nos quando præcipiendū munus & iam pridem deprecati sumus, & in foro quoq; dicendi, quia honestissimū finem putabamus, desinere dum desideraremur, inquirendo scribendoq; talia, consolemur ocium nostrū, quæ futura usui bonæ mentis iuuenibus arbitramur, nobis certe sunt uoluptati.

Quis modus sit in arte. CAP. XIII.



Emo autem à me exigat id præceptorum genus, quod est à peritisq; scriptoribus artium traditum, ut quasi quasdam leges immutabili necessitate † cōstrictas studiosis dicendi feram. Vtq; † proœmium, & id quale, proxima huic narratio, quæ lex deinde narrandi, propositio post hanc, uel ut quibusdā placuit, excursio, tum certus ordo quæstionum, cæteraq; uelut si aliter facere fas nō sit, quidam tanquam iussi sequuntur. Erat enim Rhetorice res prorsus facilis ac parua, si uno & breui præscripto contineretur. Sed mutantur plerq; causis, temporibus, necessitate, occasione. Atq; ideo res in oratore præcipua con-

C silium est, quia uarie, & ad rerum momenta conuertitur. Quid? si enim præcipias Imperatori, quoties aciem instruit, dirigat frontem, cornua utrinque promoueat, equites pro cornibus locet. Erit hæc quidem rectissima fortasse ratio, quoties licebit, sed mutabitur natura loci, si mons occurrat, si flumen obstabit, collibus, syluis, alia uel asperitate prohibebitur. Mutabitur hostium genus, mutabit præsentis conditio discriminis, nunc acie directa, nunc cuneis, nunc auxilijs, nunc legione pugnabitur, nonnunquam terga etiam dedisse simulata fuga proderit. Ita, proæmiũ necessarium an superuacuum, breue an longius, ad iudicem omni sermone directo, an aliquando auerso per aliquam figuram, dicendum sit, constricta an latius fusã narratio, continua an diuisa, recta an ordine permutato, causæ docebunt. Itemque de quæstionum ordine, cum in eadem controuersia aliud alij parti propius quæri frequenter expediat. Necque enim rogationibus plebis uel scitis sancta sunt ista præcepta, sed hoc quicquid est, utilitas excogitauit. Non negabo autem sic utile esse plerumque, alioqui nec scriberem: uerum si eadem illa nobis suadebit utilitas, hanc, relictis magistrorum auctoritatibus, sequemur. Equidem id maxime præcipiam, ac repetens iterumque iterumque monebo. Res duas in omni actu spectet orator, quid deceat, quid expediat. Expediat autem sæpe mutare ex illo constituto, traditoque ordine aliqua, & interim decet, ut in statuis atque picturis uidemus, uariari habitus, uultus, status. Nam recti quidem corporis uel minima gratia est. Nempe enim aduersa sit facies, & demissa brachia, & iuncti pedes, et à summis ad ima rigens opus, flexus ille, & ut sic dixerim, motus dat actum quendam efficitis. Ideo nec ad unum modum formatae manus, & in uultu mille species. Cursum habent quædam & impetum, sedent alia, uel incumbunt, nuda hæc, illa uelata sunt, quædam mixta ex utroque. Quid tam distortum & elaboratum, quam est ille Discobolos Myronis? Si quis tamen ut parum rectum improbet opus, nonne ab intellectu artis abfuerit, in qua uel præcipue laudabilis est illa ipsa nouitas ac difficultas? Quam quidem gratiam & delectationem asserunt figure, quæque in sensibus, quæque in uerbis sunt. Mutant etiam aliquid à recto, atque hanc præ se uirtutem ferunt, quod à consuetudine uulgari recesserunt. Habet in pictura speciem tota facies. Apelles tamen imaginem Antigoni latere tantum altero ostendit, ut amissi oculi deformitas lateret. Quid? non in oratione operienda sunt quædam, siue ostendi non debent, siue exprimi pro dignitate non possunt? ut fecit Timantes, ut opinor, Cithnius in ea tabula, qua Coloten Teium uicit. Nam cum in Iphigeniæ immolatione pinxisset tristem Calchantem, tristitorem Vlysssem addidisset, Menelao quem summum poterat ars efficere mœrorem, consumptis affectibus non reperiens quo digne modo patris uultum posset exprimere, uelauit eius caput, & suo cuique animo dedit æstimandum. Nonne huic est illud simile Sallustianum: Nam de Carthagine tacere satius puto, quam parum dicere? Propter quæ mihi semper moria

† omisi

A moris fuit quamminime alligare me ad præcepta, quæ καθολικά uocant, id est (ut dicamus quomodo possumus) uniuersalia, uel perpetualia. Raro enim reperitur hoc genus, ut non labefactari parte aliqua, & subruui possit. Sed de his plenius suo quicque loco tractabimus. Interim nolo se iuuenes satis instructos, si quem ex his qui breues plerumque circumferuntur, artis libellum edidicerint, & uelut decretis technicorum tutos putent: Multo labore, assiduo studio, uaria exercitatione, pluribus experimentis, altissima prudentia, præsentissimo consilio constat ars dicendi. Sed adiuuatur his quoque, si tamen rectam uiam, non unam orbitam monstrent, à qua declinare qui crediderit nefas, patiatum necesse est illam per funes ingredientium tarditatem. Itaque & stratum militari labore iter sæpe deferimus compendio ducti, & si rectum litem rapti torrentibus pontes inciderrint, circuire cogemur, & si ianua tenebitur incendio, per parietem exibimus. Late fuissem opus est, & multiplex, & propè quotidie nouum, & de quo nunquam dicta erunt omnia. Quæ sunt tamen tradita, quid ex his optimum, & si qua mutari, adijci, detrahi melius uidebitur, dicere experiar.

Diuisio totius operis. CAP. XV.



Rhetoricen in latinum transferentes, tum Oratoriam, tum Oratricem nominauerunt. Quos equidem non fraudauerim debita laude, quod copiam Romani sermonis augere tentauerunt. Sed non omnia nos ducentes ex graeco sequuntur, sicut ne illos quidem, quoties suis utique uerbis signare nostra uoluerunt, & hæc interpretatio non minus dura est, quam illa Plauti, essentia atque entia. Sed ne propria quidem: nam oratoria sic efferetur, ut elocutoria, oratrix, ut elocutrix. Illa autem de qua loquimur rhetorica talis est, qualis eloquentia. Nec dubie apud Graecos quoque duplicem intellectum habet. Namque uno modo fit appositum ars rhetorica, ut nauis piratica: altero, nomen rei, qualis est philosophia, amicitia. Nos ipsam nunc uolumus significare substantiam, ut grammatice literatura est non literatrix, quemadmodum oratrix, nec literatoria quemadmodum oratoria, uerum in rhetorice non fit. Non pugnemus igitur, cum præsertim plurimis alioqui Graecis sit utendum. Nam certe & Physicos, Musicos & Geometras dicam, ne uim afferam his nominibus indecora in latinum sermonem mutatione. Denique cum M. Tullius etiam ipsis librorum, quos hac de re primum scripserat, titulis Graeco nomine utatur, profecto non est uerendum, ne temere uideamur oratori maximo de nomine artis suæ credidisse. Igitur rhetorice (iam enim sine metu cauillationis utemur hac appellatione) sicut opinor optime diuidetur, ut de arte, artifice, de opere dicamus. Ars erit quæ disciplina percipi debet, ea est bene dicendi scientia. Artifex est qui præcipit hanc artem, id est orator, cuius est summa bene dicere. Opus quod efficitur ab artifice, id est bona oratio. Hæc omnia rursus diducuntur in species. Sed illa sequentia suo loco, nunc quæ de prima parte tractanda sunt, ordiar.

ars
artifex
opus

C Quid sit Rhetorice, & quis eius finis. CAP. XVI.



Nte omnia quid sit rhetorice, quæ finitur quidē uarie, sed quæ
stionem habet duplicem: aut enim de qualitate ipsius rei, aut
de comprehensione uerborum dissensio est. Prima, ac præci-
pua opinionum circa hæc differentia, quod alij malos quoque
ueros posse oratores dici putant: Alij (quorū nos sententiæ accedimus)
nomen hoc, artemq; de qua loquimur, bonis demum tribui uolunt. Eorū
autē, qui dicendi facultatem à maiore, ac magis expetenda uitæ laude se-
cernunt, Quidam rhetoricen uim tantum, quidam scientiam, sed non uir-
tutem, quidam usum, quidam artem quidem, sed à scientiā, & uirtute seiun-
ctam, quidam etiam prauitatem quandam artis, id est κακοτεχνίαν nomina-
uerunt. Hi autem ferè in persuadendo, aut in dicendo apposite ad persua-
dendum, positum orandi munus sunt arbitrati: id enim fieri potest ab eo
quoque, qui uir bonus non sit. Est igitur frequentissimus finis rhetoricæ
uis persuadendi. Quod ego uim appello, pleriq; potestatem, nonnulli fa-
cultatem uocant: quæ res ne quid afferat ambiguitatis, uim dico τὴν δύνα-
μιν. Hæc opinio originem ab Isocrate (si tamen re uera ars quæ circumfer-
tur, eius est) duxit. Qui cum longe sit à uoluntate infamantiū oratoris of-
ficia, finem artis temere cōprehendit, dicens esse rhetoricen persuadendi
opificem, id est, τὴν ἀρτέα διμυστολογίαν. Neq; enim mihi permiserim eadem uti de-
claratione, qua Ennius M. Cethegū Suadæ medullā uocat. Apud Plato-
nem quoq; Gorgias in libro, qui nomine eius inscriptus est, idem ferè di-
cit, sed hanc Plato illius opinionem uult accipi, nō suam. Cicero pluribus
locis scripsit, oratoris officiū esse, dicere apposite ad persuadendū. In rhe-
toricis etiā, quos sine dubio ipse non probat, finem facit persuadere. Verū
& pecunia persuadet, & gratia, & autoritas dicentis, & dignitas, postre-
mo aspectus etiam ipse sine uoce, quo uel recordatio meritorum cuiusq;, uel
facies aliqua miserabilis, uel formæ pulchritudo sententiā dicat. Nā
& M. Aquilius defendens Antonius, cum scissa ueste cicatrices quas is
pro patria pectore aduerso suscepisset, ostendit, non orationis habuit fidu-
tiam, sed oculis populi Romani attulit uim, quem illo ipso aspectu, maxi-
me motum in hoc ut solueret reum, creditū est. Seruium quidem Galbam
miseratione sola, qua non suos modò liberos paruulos in concionem pro-
duxerat, sed Galli etiam Sulpitij filium suis ipse manibus circūtulerat, elap-
sum esse, cum aliorum monumentis, tum Catonis oratione testatum est.
Et Phrynen nō Hyperidis actione quanquam admirabili, sed conspectu
corporis, quod illa speciosissimum alioqui, diducta nudauerat tunica, pu-
tant periculo liberatam. Quæ si omnia persuadent, non est hic, de quo lo-
cuti sumus, idoneus finis. Ideoq; diligentiores sunt uisi sibi, qui cum de rhe-
torice idem sentirent, existimarūt eam uim dicendo persuadendi. Quem
finem Gorgias in eodem, de quo supra diximus libro, uelut coactus à So-
crate facit. A quo non dissentit Theodectes, siue ipsius id opus est, quod
de

bonis tribuit

minus

finis

Alias uim di-
cere malim

officium

M. Aquilius

Seruius Galba

Rhetoricæ

finis
Aristotelis libri
Plat. ad Theodecten.

A de rhetorice nomine eius inscribitur, siue, ut creditum est, Aristotelis, in
quo est, finem esse rhetorices, ducere homines dicendo in id quod actor
uelit. Sed ne hoc quidem satis est comprehensum. Persuadent enim dicen-
do, uel ducunt in id quod uolunt alij quoq;, ut meretrices, adulatores, cor-
ruptores. At contrā non persuadet semper orator, ut interim non sit pro-
prius hic finis eius, interim sit cōmunis cum his qui ab oratore procul ab-
sunt. Atqui non multum ab hoc fine abest Apollodorus, dicens, iudicialis
orationis primum & super omnia esse, persuadere iudici, & sententiā eius
ducere in id quod uelit. Nam & ipse oratorem fortunæ subiicit, ut si non
persuaserit, nomen suum retinere non possit. Quidā recesserunt ab euen-
tu, sicut Aristoteles, qui dicit, Rhetorice est uis inueniendi omnia in ora-
tione persuasibilia. Qui finis & illud uitium, de quo supra diximus, habet,
& insuper quod nisi inuentionem cōplectitur, quæ sine elocutione nō est
oratio. Hermagorę, qui finē eius esse ait persuasibiliter dicere, & alijs qui
eandem sententiā nō isdem tantum uerbis explicant, ac finem esse de-
monstrant, dicere quæ oporteat omnia ad persuadendū, satis responsum
est, cum persuadere non tantum oratoris esse cōuicimus. Addita sunt his
alia uarie. Quidā enim circa res omnes, quidā circa ciuiles modò uersari
rhetoricen putauerunt, quorum uerius utrū sit, in eo loco, qui huius quæ-
stionis proprius est, dicam. Omnia subiecisse oratori uidetur Aristoteles,
cum dixit, uim esse dicendi, quid in quacq; re possit esse persuasibile. Et Pa-
trocles, qui non quidē adijcit in quacq; re, sed nihil excipiendo idem osten-
dit, uim enim uocat inueniendi quod sit in oratione persuasibile, qui fines
& ipsi solam amplectuntur inuentionem. Quod uitium fugiens Theodo-
rus, uim putat inueniendi & eloquendi cū ornatu credibilia in omni ora-
tione. Sed cum eodem modo credibilia, quo persuasibilia non orator inue-
niat, adijciendo in omni oratione, magis quā superiores concedit scele-
ra quoq; suadentibus, pulcherrimæ rei nomen. Gorgias apud Platonem
suadendi se artificem in iudicijs & alijs cœtibus esse ait. De iustis quoque
& iniustis tractare, cui Socrates persuadendi, non docendi concedit facul-
tatem. Qui uero non omnia subiiciebant oratori, sollicitius ac uerbosius,
ut necesse erat, adhibuerunt discrimina, quorum fuit Ariston, Critolai Pe-
ripatetici discipulus, cuius hic finis est: scientia uidendi & agendi in quæ-
stionibus ciuilibus per orationem popularis persuasionis. Hic scientiā,
quia Peripateticus est, nō ut Stoici, uirtutis loco ponit, popularem autem
comprehendendo persuasionem, etiam cōtumeliosus est aduersus artem
orandi, quam nihil putat doctis persuasuram. Illud de omnibus qui circa
ciuiles demum quæstiones oratorem iudicant uersari, dictum sit, excludi
ab his plurima oratoris officia, illā certe laudatiuam totam, quæ est rhe-
torices pars tertia. Cautius Theodorus Gadargus, ut iam ad eos ueniamus,
qui artem quidem esse eam, sed non uirtutē putauerunt: Ita enim dicit (ut
ipsis eorum uerbis utar, qui hoc ex græco transtulerūt) Ars inuentrix, &
h 3

finis Arist.
male.

Apollodorus

Hermagorę

Materia. Arist.

Patrocles

Theodorus

operatione

ut non uerba.

C iudicatrix, & enunciatrice, decore ornata secundū mentionē eius, quod in quoque potest sumi persuasibile in materia ciuili. Itemque Cornelius Celsus qui finem rhetorices ait, dicere persuasibiliter in dubia uel ciuili materia. *Quibus sunt non dissimiles, qui ab alijs traduntur, qualis est & ille: Vist dicendi & eloquendi de rebus ciuilibus subiectis sibi, cum quadam persuasione, & quodam corporis habitu, & eorum quae dicet pronuntiatione. Mille alia, sed aut eadem, aut ex hisdem composita, quibus item cum de materia rhetorices dicendum erit, respondebimus. Quidam eam neque uim, neque scientiam, neque artem putauerunt, sed Critolaus usum dicendi. Nam hoc τριβή significat. Athenæus fallendi artē. Plerique autem dum pauca ex Gorgia Platonis à prioribus imperite excerpta, legere contenti, neque hoc totum, neque alia eius uolumina euoluunt, in maximū errorem inciderunt, creduntque eum in hac esse opinione, ut rhetoricen non artem, sed peritiam quandam gratiae ac uoluptatis existimet: & alio loco, ciuilitatis particulam simulacrum, & quartam partem adulationis, quod duas partes ciuilitatis corpori assignet, medicinam, & quam interpretantur exercitatricem: duas animo, legalem atque iustitiam: Adulationem autem medicinae, uocet coquorum artificium, & exercitatricis mangonum, qui colorem furo, & uerum robur inani sagina mentiantur, legalis cauillatricem, iustitiae rhetoricen. Quae omnia sunt quidem scripta in hoc libro, dictaque à Socrate, cuius persona uidetur Plato significare quid sentiat. Sed alij sunt eius sermones ad coarguendos, qui contra disputant eoppositi, quos ἐπιχειρήσεις uocant, alij ad praecipiendum, qui δογματικοί appellantur. Socrates autem, seu Plato, eam quidem, quae tum exercebatur, rhetoricen talem putat, nam & dicit his uerbis: τὸ πρῶτον τὴν τριβήν, ὅτι ἡμεῖς πολιτείας εἰσὶν. Non ueram autem & honestam intelligit. Itaque disputatio illa contra Gorgiam ita clauditur: οὐκ εἰς ἀνὰ γὰρ τὴν ῥητορικὴν δίκαιον εἶναι, τὸ δὲ δίκαιον βέλτερόν ἐστι δίκαιον, ἢ πρῶτον. Ad quod ille quidem conticescit, sed sermonem suscipit Polus iuuenili calore inconsideratior, contra quem illa de simulacro & adulatione dicuntur. Tum Calicles adhuc concitator, qui tamen ad hanc perducitur clausulam, τὴν μὲλλοντα ὄρεσθαι εἰς ῥητορικὴν ἰστέον, δίκαιον ἄρα εἶναι καὶ ἐπισήμονα τὴν δίκαιον, ut appareat Platoni non rhetoricen uideri malum, sed eam ueram, nisi iusto ac bono non contingere. Adhuc autem in Phaedro manifestius facit, hanc artem consummari citra iustitiae quoque scientiam non posse, cui opinioni nos quoque accedimus. An aliter defensionem Socratis, & eorum qui pro patria ceciderant laudem scripsisset: quae certe sunt oratoris opera. Sed in illud hominum genus, quod facultate dicendi male utebatur, inuectus est. Nam & Socrates inhonestam sibi credidit orationem, quam ei Lysias reo composuerat, & tum maxime scribere litigatoribus quae illi pro se ipsi dicerent, erat moris, atque ita iuri, quo non licebat pro altero agere, fraus adhibebatur. Doctores quoque eius artis, parum idonei Platoni uidebantur, qui rhetoricen à iustitia separarent, & ueris incredibilia praeferebant. Nam id quoque dicit*

Corn. Celsus

uidendi

error est quod
Platonē traduntur
a velle

Socratis persona
in Platone

rhetorice
in hunc
modo

italiano

in

A in Phaedro. Consensisse autem illis superioribus uideri potest etiam Cornelius Celsus, cuius haec uerba sunt: Orator simile tantum ueri petit. Deinde paulo post: Non enim bona conscientia, sed uictoria litigantis est premium. Quae si uera essent, pessimorum hominum foret, haec tam perniciofa nocentissimis moribus dare instrumenta, & nequitiam praecipis adiuuare. Sed illi rationem opinionis suae uiderint. Nos autem ingressi formare perfectum oratorem, quem in primis esse bonum uirum uolumus, ad eos, qui de hoc opere melius sentiunt, reuertamur. Rhetoricen autem quidam eandem ciuilitatem esse iudicauerunt. Cicero scientiae ciuilis partem uocat: ciuilis autem scientia idem quod sapientia est. Quidam etiam philosophiae, quorum est Isocrates. Huic substantiae maxime conuenit finitio, rhetoricen esse bene dicendi scientiam. Nam & orationis omnes uirtutes semel complectitur, & protinus mores etiam oratoris, cum bene dicere non possit, nisi bonus. Idem ualeat Chryssippi finis ille ductus à Cleante, scientia recte dicendi. Sunt plures eiusdem, sed ad alias quaestiones magis pertinent. Idem sentiret finis hoc modo comprehensus, persuadere quod oporteat, nisi quod artem ad exitum alligat. At bene artis, dicere secundum uirtutem orationis. Excludunt à rhetorice malos, & illi qui scientiam ciuiliu officiorum eam putauerunt, si scientiam uirtutem iudicant, sed anguste intra ciuiles quaestiones coercent. Albutius non obscurus professor atque autor, scientiam bene dicendi esse consensit, sed exceptionibus peccat, adiciens do circa ciuiles quaestiones, & credibiliter, quarum iam utriusque responsum est. Probabilis & illi uoluntatis, qui recte sentire & dicere rhetorices putauerunt. Hi sunt ferè fines maxime illustres, & de quibus praecipue disputatur. Nam omnes quidem persequi nec attinet, nec possum, cum prauum quoddam, ut arbitror, studium circa scriptores artium extiterit, nihil hisdem uerbis, quae prior aliquis occupasset finiendo, quae ambitio procul aberit à me. Dicam enim non utique quae inuenero, sed quae placebunt, sicut hoc, rhetoricen esse bene dicendi scientiam, cum reperto quod est optimum, qui quaerit aliud, peius uelit. His approbatis, simul manifestum est illud quoque, quem finem, uel quid summum & ultimum habeat rhetorice, quod τέλοσ dicitur, ad quod omnis ars tendit. Nam si est ipsa bene dicendi scientia, finis eius & summum est, bene dicere.

uero gladium
dare.

orator uir
improbus debet

Ciuilis scientia

optima rhetorice
descriptio

Albutius.

uide tam uerum
est

officiū et finis
rhetorice

An utilis sit Rhetorice. CAP. XVII.



Equitur quaestio, an utilis Rhetorice: nam quidam uehementer in eam inuehi solent, & quod sit indignissimum, in accusationem orationis utuntur orandi uiribus, eloquentiam esse, quae poenis eripiat scelestos, cuius fraude damnentur interim boni, consilia ducantur in peius, nec seditiones modo, turbaeque populares, sed bella etiam inexpliabilia excitentur, cuius denique tum maxime sit usus, cum pro falsis contra ueritatem ualeat. Nam & Socrati obijciunt comici, docere eum quomodo peiorē causam meliorē faciat, & contra Thyssiam,

inexpugnabilia
Lysiam

C & Gorgiam similia dicit polliceri Plato. Et his adijciunt exempla Græcorum Romanorumque, & enumerant, qui pernicioſa non ſingulis tantum, ſed rebus etiam publicis, uſi eloquentia, turbauerint ciuitatum ſtatus, uel euerterint, eoſque & Lacedæmoniorum ciuitate expulſam, & Athenis quoque, ubi actor mouere affectus uetabatur, uelut recuſam orandi poteſtatē. Quo quidem modo nec duces erunt utiles, nec magiſtratus, nec medicina, nec denique ipſa ſapiētia. Nam & dux Flaminius, & Gracchi, Saturnini, Glauciae magiſtratus, & in medicinis uenena, & in his qui philoſophorum nomine male utuntur, grauiffima nonnunquam flagitia deprehenſa ſunt. Cibos aſpernemur, attulerunt ſæpe ualeitudinis cauſas, nunquam tecta ſubeamus, ſuper habitantes aliquando procumbunt. Non fabricetur militi gladius, poteſt uti eodem ferro latro. Quis neſcit, ignes, aquas, ſine quibus nulla ſit uita. & (ne terrenis immorer) ſolem lunamque præcipua ſiderum, aliquando etiam nocere? Num igitur negabitur deformem Pyrrhi pacem Cæcus ille Appius dicendi uiribus diremiſſe? Aut non diuina M. Tullij eloquentia, & contra leges Agrarias popularis fuit? & Catilinæ fregit audaciā? & ſupplicationes, qui maximus honor uictoribus bello ducibus datur, in toga meruit? Nonne perterritos militum animos frequenter à metu reuocat oratio? & tot pugnandi pericula ineuntibus, laudē uita potioreſſe perſuadet? Nec uero me Lacedæmonij, aut Athenienſes magis mouerint, quam populus Romanus, apud quē ſumma ſemper oratoribus dignitas fuit. Equidem nec urbiū conditores reor aliter effecturos fuiſſe, ut uaga illa multitudo coiret in populos, niſi docta uoce comota: nec legum repertores ſine ſumma ui orandi conſecutos, ut ſe ipſi homines ad ſeruitutem iuris aſtringerent. Quin ipſa uitæ præcepta, etiam ſi natura ſunt honeſta, plus tamen ad formandas mentes ualent, quoties pulchritudinem rerum, claritas orationis illuminat. Quare etiam ſi in utraque partem ualent arma facundiæ, non tamen eſt æquum id haberi malū, quo bene uti licet. Verum hæc apud eos forſitan quærantur, qui ſummam rhetorices ad perſuadendi uim retulerunt. Si uero eſt bene dicendi ſcientia, quem nos ſinem ſequimur, ut ſit orator in primis uir bonus, utilem certe eſſe eam conſtitendum eſt. Et hercle deus ille princeps, parens rerum, fabricatorque mundi, nullo magis hominē ſeparauit à cæteris, quæ quidem mortalia eſſent, animalibus, quam dicendi facultate. Nam corpora quidem magnitudine, uiribus, firmitate, patientia, uelocitate præſtantiora in illis mutis uidemus, eadem minus egere acquiſitæ extrinſecus opis. Nam & ingredi citius, & paſci, & tranare aquas, citra docentem natura ipſa ſciūt. Et pleraque contra frigus ex ſuo corpore ueſtiuntur, & arma his ingenita quædam, & ex obuio ferè uictus, circa quæ omnia multus hominibus labor eſt. Rationem igitur nobis præcipuam dedit, eiusque nos ſocios eſſe cum dijs immortalibus uoluit. Sed ipſa ratio neque tam nos iuuaret, neque tam eſſet in nobis manifeſta, niſi quæ concepiffemus mente, promere etiā loquendo

optima ratio
arguta ab
iſta reſponſi

oratoris uis
in uelocitate

oratoris uis
ad iſta perſe

ſi ſolum eſſe

homo uiribus
ſeparat.

ſi uelocitate

A do poſſemus, quod magis deſſe cæteris animalibus, quam intellectū & cogitationem quandam uidemus. Nam & moliri cubilia, et nidos texere, & educare foetus, & excludere, quin etiā reponere in hyemem alimenta, opera quædam nobis inimitabilia, qualia ſunt cerarum, ac mellis efficere, non nullius fortaſſe rationis eſt: ſed quia carent ſermone quæ id faciunt, muta atque irrationabilia uocantur. Denique homines, quibus negata uox eſt, quantulum adiuuat animus ille cœleſtis? Quare ſi nihil à dijs oratione melius accepimus, quid tam dignum eſſe cultu ac labore ducamus, aut in quo malimus præſtare hominibus, quam quo ipſi homines cæteris animalibus præſtent? Eo quidem magis, quod nulla in parte plenius labor gratiam refert. Id adeo manifeſtum erit, ſi cogitauerimus unde, & quouſque iam prouecta ſit orandi facultas, & adhuc augeri poteſt. Nam ut omittam defendere amicos, regere conſilij ſenatum, populum, exercitum in quæ uult ducere, quam ſit utile, conueniatque bono uiro, nonne pulchrum uel hoc ipſum eſt, ex cōmuni intellectu uerbisque, quibus utantur omnes, tantum aſſequi laudis & gloriæ, ut non loqui & orare, ſed quod Pericli contigit, fulgurare, ætonare uidearis?

An Rhetoricæ ſit ars. CAP. XVIII.

B Inis non erit ſi expatiari parte in hac, & indulgere uoluptati uelim. Tranſeamus igitur ad eam quæſtionem quæ ſequitur, an rhetorice ars ſit. Quod quidem adeo ex his qui præcepta dicendi tradiderunt, nemo dubitauit, ut etiam ipſis librorum titulis teſtatum ſit, ſcriptos eos de arte rhetorica: Cicero uero etiam eam, quæ rhetorice uocetur, eſſe artiſticiſſimam eloquentiam dicat. Quod non oratores tantum uendicauerunt, ut ſtudijs aliquid ſuis præſtitiffiſſe uideantur, ſed cum his philoſophi, & Stoici, & Peripatetici plerumque conſentiunt. Ac me dubitaſſe cōfiteor, an hanc partem quæſtionis tractandam putarē. Nam quis eſt adeo non ab eruditione modo, ſed à ſenſu remotus hominis, ut fabricandi quidem & texendi, et è luto uafa diducendi artem putet: rhetorice autem, maximū ac pulcherrimum, ut ſupra diximus, opus in tam ſublime ſtigiū exiſtinet ſine arte ueniſſe? Equidem illos, qui contra diſputarunt, non tam id ſenſiſſe quod dicerent, quam exercere ingenia materiæ difficultate credo uoluiffiſſe, ſicut Polycratem cum Buſirim laudaret, & Clytemneſtram: quanquam is, quod his diſſimile non eſſet, cōpoſuiſſe orationem, quæ eſt habita contra Socratē, dicitur. Quidam naturalē eſſe rhetorice uolunt, & tamen adiuuari exercitatione non diſſitentur, ut in libris Ciceronis de Oratore dicit Antonius, obſeruationem quandam eſſe, non artem. Quod non ideo, ut pro uero accipiamus, eſt poſitum, ſed ut Antonij perſona ſeruetur, qui diſſimulator artis fuit. Hanc autem opinionem habuiſſe Lyſias uidetur, cuius ſententiæ talis deſenſio eſt, quod indocti & barbari, & ſerui pro ſe cum loquuntur, aliquid dicant ſimile principio, narrent, probent, reſutent, & (quod uim habeat epilogi) deprecent. Deinde

oratio rationis
ex uoluntate

Antonij perſona
na apud Cice
ronem.

C adijciunt illas uerborum cauillationes, nihil quod ex arte fiat, ante artem fuisse, atq; dixisse homines pro se, & in alios semper, doctores artis sero iam, & circa Thyriā & Coraca primū repertos: orationē igitur ante artē fuisse, eoq; artem nō esse. Nos porrò quando cœperit huius rei doctrina, non laboramus exquirere, quanquā apud Homerū etiam præceptorem Phœnicē, tum agendi, tum et loquendi, & oratores plures, & omne in tribus ducibus orationis genus, & certamina quoq; proposita eloquentiæ inter iuuenes inuenimus. Quin in cælatura clypei Achillis, & lites sunt, & actores. Illud enim admonere satis est, omnia quæ ars consummarit à natura initia duxisse, aut tollatur medicina, quæ ex obseruatione salubriū atq; his contrariorū reperta est: & ut quibusdā placet, tota constat experimentis. Nam & uulnus deligauit aliquis, antequā hæc ars esset, & febrē quiete & abstinentia, non quia rationē uidebat, sed quia id ualetudo ipsa coegerat, mitigauit. Nec fabrica sit ars, casus enim primi illi sine arte fecerunt. Nec musica, cantatur ac saltatur per omnes gentes aliquo modo. Ita si rhetorice uocari debet sermo quicumq;, fuisse eam antequā esset ars, confitebor. Si uero non quisquis loquitur orator est, & tamen non tanquam oratores loquebantur, necesse est oratorē factū arte, nec ante artē fuisse fateantur. Quo illud quoq; excluditur, quod dicunt, non esse artis id quod faciant qui non didicerint, dicere autē homines, & qui nō didicerint. Ad cuius rei confirmationē afferunt Demadē remigē & Aeschinē hypocriten oratores fuisse, falso. Nam neq; orator esse qui non didicit, potest, & hos sero potius, quam nunquā didicisse quis dixerit: quanquā Aeschines ab initio sit uersatus in literis, quas pater eius etiā docebat. Demadē neq; nō didicisse certū sit, & cōtinua dicēdi exercitatio potuerit tantum, quantum tuncq; postea fuit, fecisse. Nā id potentissimū dicēdi genus est. Sed adhuc præstantiorē, si didicisset, futurū fuisse dicere licet. Neq; em̄ orationes scribere est ausus, ut eū multū ualuisse in dicendo sciamus. Aristoteles, ut solet, querēdi gratia quædam subtilitatis suæ argumēta excogitauit in Gryllo, sed idē & de arte rhetorica tres libros scripsit, & in eorū primo nō artē solū eam fatei, sed ei particulā ciuilitatis, sicut dialecticis, assignat. Multa Critolaus cōtrā, multa Rhodius Athenodorus. Agnon quidē detraxit sibi in inscriptione ipsa fidē, qua rhetorices accusationē professus est. Nā de Epicuro, q̄ disciplinas oēs fugit, nihil miror. Hi cōplura dicūt, sed ex paucis locis ducta. Itaq; potētissimis eorū breuiter occurā, ne in infinitū quæstio euadat. Prima his argumētatio ex materia est: Omnes em̄ artes habere aiūt habere materiā, quod est uerū, rhetorices nullā esse propriā, quod esse falsum in sequētibus probabo: altera est calūnia, nullā artē falsis assentire opinionibus, quia cōstitui sine præceptione nō possit, quæ semper uera sit, rhetorices assentiri falsis, nō esse igitur artē. Ego rhetorices nō nunq; dicere falsa pro ueris cōfitebor, sed nō idco in falsa quoq; esse opinione cōcedā, quia lōge diuersum est ipsi quid uideri, et ut alij uideat efficere. Nam

&

A & imperator falsis utitur sæpe, ut Hannibal, cū inclusus à Fabio, sarmen-
tis circū cornua bouum deligatis, incensisq; per noctem in aduersos mon-
tes agens armenta, speciem hosti abeuntis exercitus dedit, sed illum fefel-
lit, ipse quid uerum esset non ignorauit. Nec uero Theopompus Lacedæ-
monius, cum permutato cum uxore habitu, è custodia ut mulier euasit, fal-
sam de se opinionem habuit, sed custodibus præbuit. Item orator cum
falso utitur pro uero, scit falsum esse, eoq; se pro uero uti: non ergo falsam
habet ipse opinionem, sed fallit alium. Nec Cicero cum se tenebras offu-
disse iudicibus in causā Cluentij gloriatus est, nihil ipse uidit. Et pictor
cum ui artis suæ efficit, ut quædam eminere in opere, quædam recessisse
credamus, ipse ea plana esse non nescit. Aiunt etiam omnes artes habere
finem aliquem propositum ad quem tendunt, hunc modò nullum esse in
rhetorice, modò non præstari eum qui promittatur, mentiuntur. Nos
enim esse finē iam ostendimus, & quis esset diximus, præstabit hunc sem-
per orator, semper enim bene dicet. Firmū autem hoc quod opponitur,
aduersus eos fortasse sit, qui persuadere finem putauerūt. Noster orator,
arsq; à nobis finita non sunt posita in euentu. Tendit quidem ad uictoriā
qui dicit, sed cum bene dixit, etiam si non uineat, id quod arte continetur
efficit. Nam & gubernator uult salua naue in portum peruenire, si tamen
tempestate fuerit abreptus, non ideo minus erit gubernator, dicetq; notū
B illud, dum clauum rectum teneam. Et medicus sanitatem ægri petit, si ta-
men aut ualitudinis ui, aut intemperantia ægri, alioue quo casu summa nō
contigit, dum ipse omnia secundum rationem fecerit, medicinæ sine non
excidit. Ita oratori bene dixisse finis est. Nam est ars ea, ut post paulū cla-
rius ostendemus, in actu posita, non in effectu. Ita falsum erit illud quoq;
quod dicitur, artes scire quando sint finem cōsecutæ, rhetorices nescire.
Nam se quisq; bene dicere intelligit. Vti etiam uitis rhetorices, quod ars
nulla faciat criminantur, quia & falsum dicat, & affectus moueat. Quorū
neutrum est turpe, cum ex bona ratione profiscitur, ideoq; nec uitium.
Nam & mendacium dicere etiam sapienti aliquando concessum est: &
affectus, si aliter ad æquitatem perducere iudex non poterit, necessariò mo-
uebit orator. Imperiti enim iudicant, & qui frequenter in hoc ipsum fal-
lendi sunt, ne errent. Nam si mihi sapientes iudices dentur, sapientū con-
ciones, atq; omne concilium, nihil inuidia ualeat, nihil gratia, nihil opinio
præsumpta, falsiq; testes, perquam sit exiguus eloquentiæ locus, & pro-
pè in sola delectatione ponatur. Sin & audientium mobiles animi, & tot
malis obnoxia ueritas, arte pugnandum est, & adhibenda quæ profunt:
neq; enim qui recta uia depulsus est, reduci ad eam, nisi alio flexu potest.
Plurima uero ex eo contra rhetorices cauillatio est, quod ex utraq; causæ
parte dicatur. Inde hoc, nullā esse artem sibi cōtrariā. Nullā artē destrue-
re quod effecerit, accidere hoc rhetorices operi. Itē, aut dicenda eam doce-
re, aut nō dicenda, ita uel per hoc nō esse artem, quod non dicenda præci-

i 2

esse artem

exercitatio

Epicurus disci-
plinas fugit.

finis

Dum clauum
rectum teneā.diuersimode
apud diuersos
dicendum.

Cpiat, uel per hoc, quod cū dicenda præceperit, etiā contraria his doceat. Quæ omnia apparet de ipsa rhetorice dici, quæ sit à bono uiro, atque ab ipsa uirtute seiuncta, alioqui ubi iniusta causa est, ibi rhetorice nō est, adeo ut uix ex admirabili quodā casu possit accidere, ut ex utraq; parte orator, id est uir bonus, dicat: tamen quoniā hoc quoq; in rerū naturam cadit, ut duos sapientes aliquando iuste causæ in diuersum trahant, quandoq; etiā pugnatos inter se eos, si ratio ita duxerit, credūt, respondebo propositis, atq; ita quidem, ut appareat hæc aduersus eos quoq; frustra excogitata, qui malis moribus nomen oratoris indulgent. Nam rhetorice non est contraria sibi, causa enim cum causa, nō illa secum ipsa cōponit. Nec si pugnent inter se qui idem didicerint, idcirco ars, quæ utriq; tradita est, non erit: alioqui nec armorū, quia sæpe gladiatores sub eodem magistro eruditi inter se cōponuntur, nec gubernandi, quia naualibus prælijs gubernator est gubernatori aduersus, nec imperatoria, quia Imperator cum imperatore cōtendit. Item nō euerit opus rhetorice quod efficit: neq; enim positū à se argumentū soluit orator, sed ne rhetorice quidem. Quia apud eos, qui in persuadendo finem putant, aut si quis, ut dixi, casus, duos inter se bonos uiros cōposuerit, uerisimilia quærentur. Non autē si quid est altero credibilius, id ei contrariū est, quod fuit credibile. Nam ut candido candidius, & dulci dulcius non est aduersum, ita nec probabili probabilius. Nec præcipit unquam non dicenda, nec dicendis contraria, sed quæ in quac; causa dicenda sunt. Nō semper autē, etiamsi frequentissime ueritas tuenda erit, sed aliquando exigit cōmunis utilitas, ut etiam falsa defendantur. Ponuntur hæc quoq; in secundo Cic. de Orat. lib. contradictiones, artem earū rerū esse quæ sciuntur, oratoris omnem actionē opinionem nō scientia contineri, quia & apud eos dicat, qui nesciant, & ipse dicat aliquid quando quæ nesciat. Ex his alterū, id est, an sciat iudex de quo dicatur, nihil ad oratoris artem, alteri respondendū. Ars earū rerum est, quæ sciuntur, rhetorice est ars bene dicendi, bene autē dicere scit orator. Sed nescit an uerū sit, quod dicit. Ne hi quidem, qui ignem, aut aquam, aut quatuor elementa, aut corpora infecabilia esse, ex quibus res omnes initium duxerunt, tradunt: nec qui interualla siderū, & mensuras solis, ac terræ colligunt, disciplinā tamen suam artem uocāt. Quod si ratio efficit, ut hæc nō opinari, sed propter uim probationū scire uideantur, eadem ratio idem præstare oratori potest. Sed an causa uera sit, nescit. Ne medicus quidē, an dolorē capitis habeat, qui hoc se pati dicet, curabit tamen tanquam id uerū sit, & erit ars medicina. Quid? quod rhetorice non utiq; propositū habet semper uera dicendi, sed semper uerisimilia, scit autē esse uerisimilia quæ dicit. Adijciunt hi qui contra sentiunt, quod sæpe quæ in alijs litibus impugnarūt actores causarū, eadem in alijs defendant, quod nō artis, sed hominis est uitiū. Hæc sunt præcipua, quæ contra rhetorice dicantur, alia & minora, & tamen ex his fontibus deriuata. Confirmatur autē eam esse

A esse artem breuiter. Nam siue, ut Cleanthes uoluit, ars est potestas, uia, id est ordine efficiens esse certā uiam atq; ordinē in bene dicendo, nemo dubitauerit: siue ille ab omnibus ferè probatus finis obseruatur, artē cōstare ex præceptionibus cōsentientibus, & cōexercitatis ad finē utilem uitæ, iam ostendimus nihil nō horum in rhetorice inesse. Quid? quod & inspectione, & exercitatione, ut artes ceteræ, constat. Nec potest ars nō esse, si est ars dialectice, quod ferè cōstat, cum ab ea specie magis quam genere differat. Sed nec illa omittenda sunt, qua in re alius se inartificialiter, alius artificialiter gerat, in ea esse artē, & in eo quod qui didicerit, melius faciat quam qui nō didicerit, esse artem. Atqui nō solū doctus indoctū, sed etiā doctior doctū in rhetorico opere superabit, nec essent eius aliter tam multa præcepta, tamq; magni qui docerent, id quod cū omnibus confitendū est, tum nobis præcipue qui rationē dicendi à bono uiro non separamus.

Generalis diuisio artium, & ex quibus sit Rhetorica. CAP. XIX.



Cum sint autē artium alia positæ in inspectione, id est cognitione & estimatione rerū, qualis est astrologia, nullū exigens actū, sed ipso rei, cuius studiū habet, intellectu cōtenta, quæ uocatur: Alia in agendo, quarum in hoc finis est, & ipso actu perficit, nihilq; post actū operis relinquit, quæ practice dicitur, qualis est saltatio: Alia in effectu, quæ operis (quod oculis subiicit) cōsummatione finē accipiunt, quæ poëticen appellamus, qualis est pictura, ferè iudicandū est, rhetorice in actu cōsistere. Hoc enim quod est officij sui perficit, atq; ita ab omnibus dictū est. Mihi autē uidetur etiā ex illis ceteris artibus multū assumere. Nam & potest aliquando ipsa res per se inspectione esse cōtenta. Erit enim rhetorice in oratore etiā tacente, & si desierit agere, uel proposito, uel aliquo casu impeditus, nō magis desinet esse orator, quam medicus, qui curandi fecerit finē. Nam est aliquis, ac nescio an maximus etiā ex secretis studijs fructus, ac tum pura uoluptas literarū, cum ab actu id est opere recesserunt, & contemplatione sui fruuntur. Sed effectiue quoque aliquid simile scriptis orationibus, uel historijs, quod ipsum opus in parte oratoria merito ponimus, consequet. Si tamen una ex tribus artibus habenda sit, quia maximus eius usus actu cōtinetur, atq; est in eo frequentissime, dicat actiua, uel administratiua. Nā & hoc eiusdē rei nomen est.

Vtrum plus conferat eloquentiæ ars, an natura. CAP. XX.



Scio quæri etiam, naturā ne plus ad eloquentiā conferat, an doctrina. Quod ad propositū quidē nostri operis nihil pertinet: nec enim consummatus orator, nisi ex utroq; fieri potest, plurimū tamen referre arbitror, quam esse quæstionē in hoc loco uelimus. Nam si parti utrilibet omnino alteram detrahas, natura etiā sine doctrina multū ualebit, doctrina nulla esse sine natura poterit. Sin ex pari coeant, in mediocribus quidē utriq; maius adhuc naturæ credā esse momentum, cōsummatos autem plus doctrinæ debere, quam naturæ putabo.

C Sicut terræ nullam fertilitatem habenti, nihil optimus agricola profuerit, è terra uberi utile aliquid etiã nullo colente nascetur. At in solo fecundo plus cultor, quàm ipsa per se bonitas soli efficiet. Et si Praxiteles signũ aliud quod ex molari lapide conatus esset exculpere, Parium marmor mallem rude. At si illud idem artifex expolisset, plus in manibus fuisset, quàm in marmore. Denicq; natura materiæ, ars doctrinæ est. Hæc fingit, illa fingitur. Nihil ars sine materia. Materiæ etiam sine arte pretium est. Ars summa, materia optima melior.

An uirtus sit rhetorica. CAP. XXI.



Lla quæstio est maior, an ex medijs artibus, quæ neq; laudari per se, neq; uituperari possunt, sed utiles, aut secus secundũ mores utentium fiunt, habenda sit rhetorice, an sit, ut cõpluribus etiam philosophorũ placet, uirtus? Equidem illud quod in studijs dicendi pleriq; exercuerunt & exercent, aut nullã artem, quæ ἀρετή nominatur, puto (multos enim uideo sine ratione, sine literis, qua uel impudentia, uel fames duxit, ruentes) aut malam quasi artem, quã κακοτεχνία dicimus. Nam & fuisse & esse nonnullos existimo, qui facultatem dicendi ad hominum perniciem conuerterunt. ματαιοτεχνία quoq; est quædam, id est superuacua artis imitatio, quæ nihil sanè nec boni nec mali habeat, sed uanum laborem, qualis illius fuit, qui grana ciceris ex spatio distante missa, in acum continuò, & sine frustratione inferebat. Quem cū spectasset Alexander, donasse dicitur eiusdem leguminis modio. Quod quidem præmium fuit illo opere dignissimũ. His ego comparandos existimo, qui in declamationibus, quas esse ueritati dissimilimas uolunt, ætatem multo studio ac labore consumunt. Verum hæc quam instituere conamur, & cuius imaginem animo concepimus, quæ bono uiro cõuenit, quæq; est uera rhetorice, uirtus erit. Quod philosophi quidem multis & acutis conclusionibus colligunt, mihi uero etiam planiore hac proprieq; nostra probatione uidetur esse perspicuum. Ab his hæc dicuntur: Si consonare sibi in faciendis, ac nõ faciendis uirtutis est, quæ pars eius prudentia uocatur, eadem in dicendis, ac nõ dicendis erit. Et si uirtutes sunt, ad quas nobis etiã antequam doceremur, initia quædam, ac semina sunt concessa natura, ut ad iustitiã, cuius rusticis quoq; ac barbaris apparet aliqua imago, nos certe sic esse ab initio formatos, ut possemus orare pro bonis, etiã si non perfecte, tamẽ ut inessent quædã, ut dixi, semina eius facultatis, manifestũ est. Non eadem autem his natura artibus est, quæ à uirtute sunt remotæ. Itaq; cum duo sint genera orationis, altera perpetua, quæ rhetorice dicitur, altera concisa, quæ dialectice: quas quidem Zenon ad eò coniunxit, ut hanc cõpressæ in pugnum manus, illam explicitæ diceret similem, etiam disputatrix uirtus erit, ad eò de hac quæ speciosior, atq; apertior tanto est, nihil dubitabitur. Sed plenius hoc idem, atq; apertius intueri ex ipsis operibus uolo. Nam quid orator in laudando faciet, nisi honestorũ, ac turpium peritus?

Aritus? Aut in suadendo nisi utilitate perspecta? aut in iudicijs, si iustitiæ sit ignarus? Quid? non fortitudinem postulat res eadem, cum sæpe contra turbulentas populi minas, sæpe cum periculosa potentium offensa, nonnunquam, ut iudicio Miloniano, inter circumfusa militum arma dicendum sit: ut si uirtus non est, nec perfecta quidem esse possit oratio. Quod si ea in quoq; animalium est uirtus, qua prestat cætera, uel pleracq;, ut in leone impetus, in equo uelocitas: hominem porrò ratione atq; oratione excellere cæteris certũ est. Cur nõ tam in eloquentia, quàm in oratione uirtutem eius esse credamus? Recteq; hoc apud Ciceronẽ differit Crassus: Est em̄ eloquentia una de summis uirtutibus. Et ipse Cicero sua persona, cum ad Brutum in epistolis, tum etiam alijs locis, uirtutẽ eam appellat. At pro cœmium aliquando, & narrationem dicit malus homo, & argumenta, sic ut nihil sit in his requirendum. Nam & latro pugnabit acriter, uirtus tamen erit fortitudo, & tormenta sine gemitu feret malus seruus, tolerãtia tamen doloris laude sua non carebit. Multa fiunt eadem, sed aliter. Sufficiant igitur hæc, quia de utilitate supra tractauimus.

Quæ sit materia Rhetorices. CAP. XXII.



Materia Rhetorices quidam dixerunt esse orationem, qua in sententia ponitur apud Platonem Gorgias: Quæ si ita accipitur, ut sermo quacuncq; de re cõpositus dicatur oratio, non materia, sed opus est, ut statuarij, statua: nam & oratio efficitur arte, sicut statua. Sin hac appellatione uerba ipsa significari putamus, nihil hæc sine rerum substantia faciunt. Quidam argumenta per suasibilia, quæ & ipsa in parte sunt operis, & arte fiunt, & materia egent. Quidam ciuiles quæstiones, quorũ opinio non qualitate, sed modo errauit. Est enim hæc materia rhetorices, sed non sola. Quidam, quia uirtus sit rhetorice, materiam eius totam uitam uocant: Alij, quia nõ omnium uirtutum materia sit tota uita, sed pleracq; earum uersentur in partibus, sicut iustitia, fortitudo, continentia, proprijs officijs & suo fine intelliguntur: rhetorice quoq; dicunt in una aliqua parte ponendam, eiq; locum in ethice negotialem assignant, id est πραγματικόν. Ego, neq; id sine autoribus, materiam esse rhetorices iudico omnes res, quæcuncq; ei ad dicendum subiectæ erunt. Nam Socrates apud Platonem dicere Gorgie uidet, non in uerbis esse materiã, sed in rebus. Et in Phædro, palàm nõ in iudicijs modo et cõcionibus, sed in rebus etiam priuatis, ac domesticis rhetorice esse demonstrat. Quo manifestum est, hanc opinionẽ ipsius Platonis fuisse. Et Cicero quodam loco materiam rhetorices uocat res, quæ subiectæ sunt ei, sed certas deum putat esse subiectas: alio uero de omnibus rebus oratori dicendum arbitratur, his quidem uerbis: Quanquam uis oratoris, professioq; ipsa bene dicendi hoc suscipere ac polliceri uideatur, ut omni de re, quæcuncq; sit proposita, ornate ab eo copioseq; dicatur. Atq; adhuc alibi: Verũ enim oratori, quæ sunt in hominum uita (quandoquidem in ea uersatur orator,

De Orat. 1.

De Orat. 9.

C atque ea est ei subiecta materia) omnia quæ sita, audita, lecta, disputata, tractata, agitata esse debent. Hanc autem, quam nos materiã uocamus, id est res subiectas, quidam modo infinitas, modo non proprias rhetorices esse dixerunt, eamq; artem circũcurrentem uocauerũt, quod in omniũ materia diceret, cum quibus mihi minima pugna est. Nam de omni materia dicere eam fatentur, propriam habere materiam, quia multiplicem habeat, negant. Sed neq; infinita est, etiamsi est multiplex, & aliã quoq; artes minores habent multiplicem materiam, uelut architectonice. Nam ea in omnibus quæ sunt in ædificio utilia, uersatur: Et cælatura, quæ auro, argento, ære, ferro, opera efficit. Nam sculptura etiam lignum, ebur, marmor, uitrum, gemmas, præter ea quæ supra dixi, complectitur. Nec protinus nõ est materia rhetorices, si in eadem uersatur & alius. Nam si quæram,

† *sculptoris*

ram, quæ sit materia statuarij, dicetur æs: si quæram quæ sit excusoris, id est eius fabricæ, quam Græci uocant χαλκοβουλιμη, similiter æs esse respondeant. Atqui plurimũ statuis differunt uasa. Nec medicina ideo nõ erit ars, quia unctio & exercitatio cum palæstrica, ciborũ uero qualitas etiam cum coquorũ ei sit arte cõmunis. Quod uero de bono, utili, iusto differere, philosophiã officium esse dicunt, nõ obstat. Nam cum philosophũ dicunt, hoc accipi uolunt, uirũ bonũ. Cur igitur oratorem, quem à bono uiro nõ separo, in eadẽ materia uersari mirer? Cum præsertim primo libro iam ostenderim, philosophos omisam hanc ab oratoribus partem occupasse, quæ rhetorices propria semper fuisset, ut illi potius in nostra materia uersentur. Deniq; cum sit dialectices materia de rebus subiectis disputare, sit autem dialectices oratio concisa, cur non eadem perpetuã quoq; materia uideatur? Solet à quibusdam & illud poni: Omniũ igitur artium peritus erit orator, si de omnibus ei dicendum est. Possẽm hic Ciceronis respondere uerbis, apud quem hæc inuenio: Mea quidem sententia, nemo esse poterit omni laude cumulatus orator, nisi erit omnium rerum magnarum, atq; artium scientiã consecutus. Sed mihi satis est, eius esse oratorem rei, de qua dicit, non inscium. Neq; enim omnes causas nouit, & debet posse de omnibus dicere. De quibus ergo dicit? de quibus didicit. Similiter de artibus quoq; de quibus dicendũ erit, interim discet, & de quibus didicerit, dicet. Quid ergo, non faber aut de fabrica melius, aut de musice musicus? Si nesciat orator quid sit, de quo quærat planẽ melius. Nam & litigator rusticus illiteratusq; de causa sua melius quã orator, qui nesciet quid in lite sit. Sed accepta à musico, à fabro, sicut à litigatore, melius orator, quã ipse qui docuerit. Verum & faber cum de fabrica, & musicus cum de musica, si quid confirmationem desiderauerit, dicet, non erit quidem orator, sed faciet illud quasi orator. Sicut cum uulnus imperitus deligabit, non erit medicus, sed faciet ut medicus. An huiusmodi res, nec in laudem, nec in deliberationem, nec in iudicium ueniunt? Ergo cum de faciendo portu Hostiensis deliberatũ est, non debuit dicere sententiam orator: atqui opus erat

† *Hæc clausula non erat in ueteri exemplari.*

A erat ratione architectorum. Liuores & tumores in corpore, cruditatis, an ueni signa sint, non tractat orator: At est id ex ratione medicinæ. Circa mensuras, & numeros non uersabitur: Dicamus has geometriæ esse partes. Equidem omnia credo posse ferẽ casu aliquo uenire in officium oratoris, quod si non accidet, non erunt ei subiecta. Ita sic quoq; recte diximus materiã rhetorices, esse omnes res ad dicendum ei subiectas. Quod quidem probat etiam sermo communis. Nam cum aliquid de quo dicamus accepimus, positam nobis esse materiam frequenter etiam præfatione testamur. Gorgias quidem adẽ rhetori de omnibus putauit esse dicendũ, ut se in auditorijs interrogari pateretur, qua quisq; de re uellet. Hermagoras quoq; dicendo materiam esse in causa, & in quæstionibus, omnes res subiectas erat cõplexus. Sed quæstiones si neget ad rhetoricen pertinere, dissentit à nobis. Si autem ad rhetoricen pertinet, ab hoc quoq; adiuuamur. Nihil est enim, quod nõ in causam, aut in quæstionẽ cadat. Aristoteles tres faciendo partes orationis, iudicialem, deliberatiuam, demonstratiuam, penẽ & ipse oratori subiecit omnia, nihil enim non in hæc cadit. Quæsitum à paucissimis etiam de instrumento est. Instrumentum uoco, sine quo formari materia, & in id quod uelimus effici opus non possit. Verum hoc ego artem non credo egere, sed artificem. Neq; enim scientia desiderat instrumentum, quæ potest esse consummata, etiam si nihil faciat, sed ille opifex, ut cælator cælũ, & pictor penicilla. Itaq; hæc in eum locum, quo de oratore dicturi sumus, differamus.

Libri secundi finis.

M. FABII QVINTILIANI DE INSTITVTIONE ORATORIA, LIBER TERTIVS.

De scriptoribus artis Rhetoricæ. CAP. I.



QVONIAM in secundo libro quæsitum est quid esset Rhetorice, & quis finis eius, artem quoq; esse eam, & utilem, et uirtutem, ut uires nostræ tulerũt, ostendimus, materiãq; ei res omnes de quibus dicere oporteret, subiecimur, iam hinc unde cœperit, quibus constet, quo quæq; in ea modo inuenienda, atq; tractanda sint, exequar. Intra quẽ modũ pleriq; scriptores artium cõstiterunt, adẽ ut Apollodorus contentus solis iudicialibus fuerit. Nec sum ignarus hoc à me præcipue, quod hic liber inchoat opus, studiosos eius desiderasse, ut inquisitione opinionum, quæ diuersissimæ fuerunt, longe difficilimũ, ita nescio, an minime legentibus futurũ uoluptati, quippe quod propẽ nudam præceptorum traditionem desideret. In cæteris enim admiscere tentauimus aliquid nitore, non iactandi inge-

k

C nñ gratia (nancq; in id eligi materia poterat uberior) sed ut hoc ipso allice-
remus magis iuuentutem ad cognitionem eorum, quæ necessaria studijs
arbitrabamur, si ducti iucunditate aliqua lectionis libentius discerent ea,
quorum ne ieiuna, atq; arida traditio auerteret animos, & aures (præfer-
tim tam delicatas) raderet, uerebamur. Qua ratione se Lucretius dicit
præcepta philosophiæ carmine esse complexum. Nancq; hac, ut est notū,
similitudine utitur: Ac ueluti pueris absinthia tetra medentes

Cum dare conantur, prius oras pocula circum

Aspirant mellis dulci flauoq; liquore.

Et quæ sequuntur. Sed nos ueremur, ne parum hic liber mellis, & absin-
thij multum habere uideatur, sitq; salubrior studijs, quàm dulcior. Quin
etiā hoc timeo, ne ex eo minore gratiā ineat, quod pleraq; nō inuenta per
me, sed ab alijs tradita continebit, habeat etiā quosdā qui contrā sentiant,
& aduersentur, propterea quod plurimi autores, quamuis eodem tende-
rent, diuersas tamen uias † munierunt, atq; in suam quisq; induxit sequen-
tes. Illi autē probant qualescūq; ingressi sunt iter: nec facile inculcatas pue-
ris persuasiones mutaucris, quia nemo nō didicisse mauult, quàm discere.

Est autē, ut procedente libro patebit, infinita dissensio autorum, primo ad
ea quæ rudia atq; imperfecta adhuc erant, adijciētibus quod inuenissent
scriptoribus, mox, ut aliquid sui uiderētur asferre, etiā recta mutantibus.
Nam primus post eos quos Poëtæ tradiderunt, mouisse aliqua circa rhe-
toricem Empedocles dicitur. Artiū autem scriptores antiquissimi Corax
& Thyſias Siculi, quos insecutus est uir eiusdem insulæ Gorgias Leonti-
nus, Empedoclis, ut traditur, discipulus. Is beneficio longissimæ ætatis
(nam centū & nouem uixit annos) cū multis simul floruit. Ideoq; & illo-
rum, de quibus supra dixi, fuit æmulus, & ultra Socratem usq; durauit.

Thrasymachus Chalcedonius cum hoc, & Prodicus Chius, & Abderi-
tes Protagoras, à quo decem milibus denariorū didicisse artē quā edidit.

† Euathlus dicitur, & Hippias Elæus, & quem Palameda Plato appellat,
Alcidamas Eleates. Antiphon quoq; & primus omniū orationē scripsit,
& nihilominus artē & ipse composuit, & pro se dixisse optime est cre-
ditus. Etiam Polycrates, à quo scriptam in Socratem diximus orationem.

† Logododali. Et Theodorus Byzantius, ex his & ipse, quos Plato appellat λογοδο-
ταί. Horum primi communes locos tractasse dicuntur, Protagoras, Gor-
gias, Prodicus & Thrasymachus. Cicero in Bruto negat ante Periclem
scriptum quicquam, quod ornatum oratorium habeat, eius aliqua ferri.
Equidem non reperio quicquam tantæ eloquentiæ fama dignum. Ideo
que minus miror, esse qui nihil ab eo scriptum putent, hæc autem quæ
feruntur, ab alijs esse composita. His successere multi, sed clarissimus
Gorgiæ auditor Isocrates, quanquam de præceptore eius inter autores
non conuenit. Nos autem Aristoteli credimus. Hinc uelut diuersæ se-
cari cœperunt uia. Nam & Isocratis præstantissimi discipuli fuerunt

in

A in omni studiorum genere, eoq; iam seniore (octauum enim & nonagesi-
mum impleuit annū) pomeridianis scholis Aristoteles præcipere artē
oratoriā cœpit, noto quidem illo, ut traditur, uersu ex Philocteta frequen-
ter usus:

Αἰσχρὸν σιωπᾶν, καὶ ἰσοκράτῳ ἔαρ λέγειν.

Turpe esse tacere, & Isocratem pati dicere. Ars est utriusq;, sed pluri-
bus eam libris Aristoteles complexus est. Eodem tempore Theodectes
fuit, de cuius opere supra dictū est. Theophrastus quoq; Aristotelis disci-
pulus, de rhetorice scripsit, atq; hinc uel studiosius philosophi quàm rhe-
tores, præcipue Stoicorum atq; Peripateticorum principes. Fecit deinde
uelut propriam Hermagoras uiam, quam plurimi sunt secuti, cui maxime
par, atq; æmulus uidetur Athenæus fuisse. Multa post Apollonius Mo-
lon, multa Areus, multa Cæcilius, & Halicarnassæus Dionysius. Præci-
pue tamen in se conuerterūt studia Apollodorus Pergamenus, qui præce-
ptor Apolloniæ Cæsaris Augusti fuit, & Theodorus Gadareus, qui se di-
ci maluit Rhodiū, quem studiose audisse, cum in eam insulā secessisset, dici-
tur Tyberius Cæsar. Hi diuersas opiniones tradiderunt, appellatiq; inde

Apollodori, & Theodori, ad morē certas in philosophiā sectas sequen-
di. Sed Apollodori præcepta magis ex discipulis cognoscas, quorum di-
ligentissimus in tradendo latine fuit C. Valgius, græce Atticus. Nam
ipsius sola uidetur ars edita ad Matium, quia cæteras, missa ad Domitium

B epistola nō agnoscit. Plura scripsit Theodorus, cuius auditorem Herma-
goram sunt qui uiderint. Romanorū primus, quantum ego quidē sciam,
cōdidit aliqua in hac materia M. Cato ille Censorius, post M. Antonius
inchoauit. Nam hoc solum opus eius atq; idipsum imperfectum manet.

Secuti minus celebres, quorum memoriā si quo loco res poscet, non omit-
tam. Præcipuum uero lumen sicut eloquentiæ, ita præceptis quoq; eius
dedit unicū apud nos specimen orandi, docēdiq; oratorias artes M. Tuli-
us, post quem tacere modestissimū foret, nisi & rhetoricos suos ipse ado-
lescenti sibi elapsos diceret, & in Oratorijs hæc minora, quæ pieriq; desi-
derant, sciens omisisset. Scripsit de eadem materia nō pauca Cornificius,
aliqua Stertinius, nonnihil pater Gallio, accuratius uero priores Gallione
Celsus, & Lenas, & ætatis nostræ Verginius, Plinius, † Rutilius. Sunt † Rutilius.
& hodie clari eiusdem operis autores, qui si omnia complexi erant, consu-
lissent labori meo, sed parco nominibus uiuentium. Veniet eorum laudi
suum tempus, ad posteros enim uirtus durabit, non perueniet inuidia.
Non tamen post tot tantos scriptores pigebit meam quibusdam locis po-
suisse sententiam. Neq; enim me cuiusquam sectæ uelut quadam lupersti-
tione imbutus, addixi, & electuris quæ uolent facienda copia fuit. Sicut
ipse plurimum in unum confero inuenta, ubicunq; ingenio non erat locus,
curæ testimonium meruisse contentus.

k 2

C



Ec diu nos moretur quæstio, quæ rhetorices origo sit. Nam cui dubiū est, quin sermonē ab ipsa rerum natura geniti protinus homines acceperint? quod certe principium est eius rei. Huic studium & incrementum dederit utilitas: summā, ratio & exercitatio? Nec uideo quare curam dicendi putant quidam inde cœpisse, quod hi qui in discrimen aliquod uocabantur, accuratius loqui defendendi sui gratia instituerint. Hæc enim ut honestior causa, ita nō utiq; prior est, cum præsertim accusatio præcedat defensionem, nisi quis dicit etiam gladium fabricatū ab eo prius, qui ferrum in tutelam sui, quàm qui in perniciem alterius compararit. Initium ergo dicendi dedit natura, initium artis obseruatio. Homines enim sicut in medicina cum uiderent alia salubria, alia insalubria, ex obseruatione eorum effecerunt artem: ita cum in dicendo, alia utilia, alia inutilia deprehenderent, notarunt ea ad imitandum uitandumq; & quædam secundum rationem eorum adiecerunt ipsi quoque, hæc confirmata sunt † usu, tum quæ sciebat quisque docuit. Cicerone quidem initium orandi conditoribus urbium, ac legumlatoribus dedit, in quibus fuisse uim dicendi necesse est, cur tamen hanc primam originem putet, non uideo, cum sint adhuc quædam uagæ, & sine urbibus, ac sine legibus gentes, & tamen qui sunt in his nati, & legationibus fungantur, & accusent aliqua, ac defendant, & denique alium alio melius loqui credant.

D

Quinque esse partes Rhetoricæ. CAP. III.

† oratores



Mnis autem orandi ratio, ut plurimi maximiq; † autores tradiderunt, quinque partibus cōstat, inuentione, dispositione, elocutione, memoria, pronunciatione, siue actione: utroque enim modo dicitur. Omnis enim sermo, quo quidē uoluntas aliqua enunciatur, habeat necesse est rem & uerba. Ac si est breuis, & una conelusione finitus, nihil fortassē ultra desideret. At oratio longior plura exigit. Non enim tantum refert, quid, & quomodo dicamus, sed etiam quo loco. Opus ergo est & dispositione. Sed neq; omnia quæ res postulat, dicere, neq; suo quæq; loco poterimus, nisi adiuuante memoria. Quapropter ea quoq; pars quarta erit. Verum hæc cuncta corrumpit, ac prope modum perdit indecora uel uoce, uel gestu pronunciatio. huic quoq; tribuendus est necessariō quintus locus. Nec audiendi quidam, quorum est Albutius, qui tris modo primas esse partes uolunt, quia memoria atq; actio natura, non arte contingant, quarum nos præcepta suo loco dabimus, licet Thrasimachus quoque idem de actione crediderit. His adiecerunt quidam sextam partem, ita ut inuentioni iudicium subnecterent, quia primum esset inuenire, deinde iudicare. Ego porrō ne inuenisse quidem credo eum, qui non iudicauit, nec enim contraria, communia, stulta inuenisse dicitur quisquam, sed non uitasse. Et Cicero quidem in Rhetoricis,

A ricis, iudicium subiecit inuentioni. Mihi autem adeo primis tribus partibus uidetur esse permixtum, nam neq; dispositio sine eo, neque elocutio fuerit, ut pronunciationem quoq; uel plurimum ab eo mutuari putem. Quod hoc audacius dixerim, quod in partitionibus oratoris ad easdem, de quibus supra dictum est, quinque peruenit partes: Nam cum dupliciter primum diuisisset in inuentionem atq; elocutionem, res ac dispositionem inuentioni, uerba & pronunciationem elocutioni dedit, quintā quoque constituit communem, ac uelut custodem omnium, memoriam. Idem in Oratore, quinque rebus constare eloquentiam dicit, in quibus postea scriptis certior eius sententia est. Non minus mihi cupidi nouitatis alicuius uidentur fuisse, qui adiecerunt ordinem, cum dispositionem dixissent, quasi aliud sit dispositio, quàm rerū in ordinem optima collocatio. Dion inuentionem modō & dispositionem tradidit, sed utranq; duplicem, rerū ac uerborum, ut sit elocutio inuentionis, pronunciatio dispositionis: his quinta pars memoria accedat. Theodorci ferē inuentionem duplicē, rerū atq; elocutionis, deinde tris partes cæteras. Hermagoras, iudiciū, partitionem, ordinē: quæq; elocutionis sunt, subiecit Oeconomix, quæ græce appellata ex cura rerum domesticarum, & hic per abusionem posita, nomine latino caret. Est & circa hoc quæstio, quod memoriam in ordine partium quidam inuentioni, quidam dispositioni subiunxerunt, nobis quartus eius locus placet. Non enim tantum inuenta tenere ut disponamus, nec disposita, ut eloquamur, sed etiā uerbis formata, memoriæ mandare debemus. Hac enim omnia quæcunq; in orationem collata sunt, continentur. Fuerunt etiam in hac opinione non pauci, ut has non rhetorices partes esse existimarent, sed opera oratoris. Eius enim esse, inuenire, disponere, eloqui, & cætera. Quod si accipimus, nihil arti relinquemus. Nam bene dicere est oratoris: rhetorice tamen erit bene dicēdi sciētia: Vel, ut alij putant, artificis est persuadere, uis autem persuadendi artis: ita inuenire quidem & disponere oratoris, inuentio autem & dispositio rhetorices propria uideri potest. In eo plures dissenserunt, utrum ne hæc partes essent rhetorices, an eiusdem opera, an (ut Athenæus credit) elementa, quæ uocant σοιχῆα. Sed neq; elementa † recte quis dixerit, alioqui tantum initia erunt, ut mundi, uel humor, uel ignis, uel materia, uel corpora infecabilia, nec operum recte nomen accipiant, quæ non ab alijs perficiuntur, sed aliud ipsa perficiunt. Partes igitur. Nam cum ex his rhetorice, fieri non potest, ut totum ex partibus constet, quæ non sint partes totius, ex quibus constet. Videntur autem mihi, qui hæc opera dixerunt eo quoque moti, quod in alia rursus diuisione nollent in idem nomen incidere, partes enim rhetorices esse dicebant laudatiuam, deliberatiuam, iudicalem. Quæ si partes sunt, materiæ sunt potius, quàm artis. Namq; in his singulis rhetorice tota est, quia & inuentionem, & dispositionem, & elocutionem, & memoriam, & pronunciationem quæcunq; earum

C desiderat. Itaq; quidam genera ea tria rhetorices dicere maluerunt, optime autem hi, quos secutus est Cicero qui genera causarum.

Tria esse genera causarum. CAP. IIII.



Ed tria, an plura sint, ambigitur: nec dubie prope omnes utiq; summæ apud antiquos autoritatis scriptores, Aristotelē secuti, qui nomine tantū alio concionalem pro deliberatiua appellat, hac partitione contenti fuerunt. Verum & tunc leuiter est tentatum, tum apud Græcos quosdā, tum apud Ciceronem in libris de Orat. & nunc maxime tempore nostrorū autorū propē impulsū, ut nō modo plura hæc genera, sed penē innumerabilia uideantur. Nam si laudandi ac uituperandi officiū in parte tertia ponimus, in quo genere uersari uidebimur, si querimur, consolamur, mitigamus, cōcitamus, terremus, confirmamus, præcipimus, obscure dicta interpretamur, narramus, deprecamur, gratias agimus, gratulamur, obiurgamus, maledicimus, describimus, mandamus, renunciamus, optamus, opinamur: & plurima alia, ut mihi in illa uetere perſuasiōe permanenti, uelut petenda sit uenia, quærendumq; quo moti priores, rem tam late fusam, tam breuiter astrinxerint. Quos qui errasse putant, hoc secutos arbitrantur, quod in his ferē uersari tum oratores uidebāt. Nam & laudes, & uituperationes scribebantur, & ἐπιταλις dicere erat moris, & plurimum in consilijs ac iudicijs insumebatur

D operæ, ut scriptores artium pro solis comprehenderint frequentissima. Qui uero defendunt, tria faciunt genera auditorum: unum quod ad delectationem conueniat, alterū quod consiliū accipiat, tertium quod de causis iudicet. Mihi cuncta rimanti, talis quædā ratio succurrit, quod omne oratoris officium, aut in iudicijs est, aut extra iudicia. Eorū de quibus iudicio quæritur, manifestum genus est: ea quæ ad iudicem nō ueniunt, aut præcritum habent tempus, aut futurum: Præterita laudamus, aut uituperamus; de futuris deliberamus. Item omnia, de quibus dicendum est, aut certa sint necesse est, aut dubia: Certa, ut cuiq; est animus, laudat, aut culpatur: ex dubijs partim nobis ipsis ad electionem sunt libera, de his deliberatur, partim aliorum sententiæ cōmissa, de his lite contenditur. Anaximenes iudicialē & concionalē generales partes esse uoluit. Septem autē species hortandi, dehortandi, laudandi, uituperandi, accusandi, defendendi, exquirendi, quod & ἡγετασικόν dicitur, quarū duæ primæ deliberatiui, duæ sequentes demonstratiui, tres ultimæ iudicialis generis sunt partes. Protagoram transeo, qui interrogandi, respondendi, mandandi, precandi, quod εὐχαλις dixit, partes solas putat. Plato in Sophiste, iudiciali, et concionalī tertiam adiecit προσομιλιτικὴν, quam sanē permittamus nobis dicere sermocinatricem, quæ à forensi ratione disiungitur, & est accommodata priuatis disputationibus, cuius uis eadem profectō est, quæ dialecticæ. Isocrates in omni genere ineffe laudē ac uituperationē existimauit. Nobis autē & tutissimū est autores plures sequi, & ita uidetur ratio dictare. Est

igitur

A igitur, ut dixi unum genus, quo laus ac uituperatio continetur, sed est appellatum à parte meliore laudatiuum, idem aliq; demonstratiuum uocant, utrunq; nomen ex græco creditur fluxisse. Nam & ἐγκωμιστικόν & ἐπιδικαστικόν dicunt. Sed mihi ἐπιδικαστικόν nō tam demonstrationis uim habere, quàm ostentationis uidetur, & multum ab illo ἐγκωμιστικόν differre: nam ut continet laudatiuum in se genus, ita non intra hoc solum consistit. An quisquam negauerit Panegyricos ἐπιδικαστικόν esse? Atqui formam suadendi habent, & plerunq; de utilitatibus Græciæ loquuntur, ut causarum quidem genera tria sint, sed ea tum in negotijs, tum in ostentatione posita. Nisi forte non ex græco mutuantes demonstratiuum uocant, uerum id sequuntur, quod laus ac uituperatio quale sit quicq; demonstrat: Alterum est deliberatiuum, tertium iudiciale. Cæteræ species in hæc tria incidunt genera. Nec inuenietur ex his ulla, in qua nō laudare aut uituperare, suadere aut dissuadere, intendere quid uel depellere debeamus. Illa quoq; sunt communia, conciliare, narrare, docere, augere, minuere concitandis, cōponendis uel affectibus animos audientium fingere. Ne his quidem accesserim, qui laudatiuam materiam honestorū, deliberatiuam utilium, iudicialē iustorū, quæstione cōtineri putant, celeri magis, ac rotūda usi distributione quàm uera. Stant enim quodāmodo mutuis auxilijs omnia. Nam & in laude iustitiae, utilitasq; tractantur, & in consilijs honestas, & raro iudicialē inuenis causam, cuius nō parte aliquid eorū, quæ supra diximus, reperiāt.

Quibus constitutatur omnis ratio dicendi. CAP. V.



Mnis autem oratio constat, aut ex his quæ significantur, aut ex his quæ significant, id est rebus & uerbis. Facultas orandi consummatur natura, arte, exercitatione, cui quartam partem adijciunt quidam imitationis, quam nos arti subijcimus. Tria sunt item quæ præstare debeat orator, ut doceat, moueat, delectet. Hæc enim clarior diuisio, quàm eorū qui totum opus in res, & in affectus partuntur. Non semper autem omnia, in eam quæ tractabitur materiam cadent. Erunt enim quædam remotæ ab affectibus, qui ut non ubique habent locum, ita quocunq; irruerint, plurimum ualent. Præstantissimis autoribus placet, alia in rhetorica esse, quæ probationem desiderent, alia quæ non desiderent, cum quibus ipse consentio. Quidam uero, ut Celsus, de nulla re dicturum oratorem, nisi de qua quæritur existimant, cui cum maxima pars scriptorum repugnet, tum etiam ipsa partitio, nisi forte laudare, quæ constet esse honesta, & uituperare, quæ ex confesso sunt turpia, non est oratoris officium. Illud iam omnes fatentur, esse quæstiones aut in scripto, aut in nō scripto: in scripto, sunt de iure, in nō scripto, de re: illud legale, hoc rationale genus. Hermagoras, atq; eum secuti, uocant νομιστικόν & λογικόν. Idem sentiunt, qui omnem quæstionem ponunt in rebus & in uerbis. Item conuenit quæstiones esse aut infinitas, aut finitas. Infinitæ sunt, quæ remotis personis, & temporibus, & locis, cæterisque similibus

Quæ uisificatur
art. dicendi

Imitatio arti
subiecta.

tria ut sunt sunt
consequatur sunt.

retorica tum circa
res certas quam debet
uifaber.

duo quæstionum genera

infinita
C in utranq; partem tractantur, quod Græci *θεσις* dicunt, Cicero propositū, alij quæstiones uniuersales ciuiles, alij quæstiones philosopho conuenientes. Athenæus partē causæ appellat. Hoc genus Cicero scientia & actione distinguit, ut sit scientiæ, an prouidentia mundus regatur: Actionis, an accedendū ad rempub. administrandā. Prius trium generū: an sit, quid sit, quale sit, omnia enim hæc ignorari possunt: Sequens duorum, quomodo adipiscamur, quomodo utamur. Finitæ autem sunt ex cōplexu rerū, personarū, temporū, cæterorumq; hæc *υποθεσις* à Græcis dicuntur, causæ à nostris: In his omnis quæstio uidetur circa res, personasq; consistere. Amplior est semper infinita, inde enim finita descendit. Quod ut exemplo pateat, infinita est, an uxor ducenda: finita, an Catoni ducenda. Ideoq; esse suaforia potest. Sed etiam remotæ à personis proprijs, ad aliquid referri solent. Est enim simplex, an respub. administranda. Refertur ad aliquid, an in tyrannide administranda. Sed hic quoq; subest uelut latens persona, tyrannus enim geminat quæstionem, subestq; & temporis, & qualitatis tacita uis, nondum tamen hoc proprie dixeris causam. Hæc autem quas infinitas uoco, & generales appellantur, quod si est uerum, finitæ speciales erunt. In omni autem speciali utiq; inest generalis, ut quæ sit prior. Ac nescio, an in causis quoq; quicquid in quæstionem uenit uelut qualitatis, generale sit: Milo Clodiū occidit: iure occidit insidiatorem. Nonne hoc quæritur, an sit ius insidiatorem occidendi? Quid in coniecturis? non illa generalia, an causa sceleris odium, cupiditas: an tormentis credendū, testibus, an argumentis maior fides habenda? Nam finitione quidem comprehendendi, nihil non in uniuersum certum erit. Quidam putant etiam eas posse thesīs aliquando nominari, quæ personis causisq; contineantur, aliter tantummodo positas, ut causa sit cū Orestes accusatur: Thesis, an Orestes recte sit absolutus. Cuius generis est, an Cato recte Martiam Hortensio tradiderit. Hi thesīm à causa sic distinguūt, ut illa sit spectatiuæ partis, hæc actiuæ: Illic enim ueritatis gratia tantum disputari, hic negotiū agi. Quanquam inutiles quidam oratori putant uniuersales quæstiones, quia nihil profit quod constet ducendam esse uxore, uel administrandā rempub. si quis uel ætate, uel ualetudine impediatur. Sed nō in omnibus eiusmodi quæstionibus sic occurri potest, ut illis, sit ne uirtus finis: regatur ne mundus prouidentia. Quinetiam in his, quæ ad personam referuntur, ut non est satis generalem tractasse quæstionem, ita perueniri ad speciem, nisi illa prius excussa, non potest. Nam quomodo an sibi uxor ducenda sit deliberabit Cato, nisi constiterit uxores esse ducendas? Et quomodo an ducere debeat Martiam quæretur, nisi Catoni ducenda uxor est? Sunt tamen inscripti nomine Hermagore libri, qui confirmant illam opinionem, siue falsus est titulus, siue alius hic Hermagoras fuit. Nam eiusdem esse quomodo possunt, qui de hac arte mirabiliter multa composuit? Cum sicut ex Ciceronis quoq; Rhetorico primo manifestū est, materiam rhetorices

A rices in thesīs, & causas diuiserit. Quod reprehēdit Cicero, ac thesīm nihil ad oratorem pertinere contendit, totumq; hoc genus quæstionis ad philosophos uocat ac refert. Sed me liberauit reprehendendi uerecūdia, & quod ipse hos libros improbat, & quod in Oratore scripsit, & Topicis præcipit, ut à proprijs personis atq; temporibus auocemus cōtrouersiam, quia latius liceat dicere de genere, quàm de specie, & quod in uniuerso probatum est, id in parte probatum esse necesse sit. Status autem in hoc omne genus materiæ ijdem, qui in causas cadunt. Adhuc adijcitur, alias esse quæstiones in rebus ipsis, alias quæ ad aliud referantur: Illud, an uxor ducenda: hoc, an seni ducenda. Illud, an fortis: hoc, an fortior, & similia. Causam finit Apollodorus, ut interpretatione Valgij discipuli eius utar, ita: Causa est negotiū [omnibus suis partibus spectans ad quæstionem: aut, causa est negotium] cuius finis est cōtrouersia. Ipsum deinde negotium sic finit: Negotium est congregatio personarū, locorum, temporū, causarum, modorum, casuum, factorū, instrumentorum, sermonū, scriptorum & non scriptorum. Causam nunc intelligimus *υποθεσις*, negotium *θεσις*. Sed ipsam causam quidam similiter finierunt, ut Apollodorus negotium. Isocrates causam esse ait quæstionem finitam, ciuilem, aut rerum cōtrouersiam in personarū finitarum complexu. Cicero his uerbis: Causa certis personis, locis, temporibus, actionibus, negotijs cernitur, aut in omnibus, aut in plerisq; eorum.

Hæc uicis inclusa non habetur in ueteri exemplari.

Quid sit Status. CAP. VI.

Rgo cum omnis causa contineatur aliquo statu, prius quàm dicere aggrediar, quomodo genus quodq; causæ sit tractandū, id quod commune est omnibus, quid sit Status, & unde ducatur, & quot, & qui sint, intuendum puto, quanquam id nonnulli ad iudiciales tantum pertinere materias putauerunt. Quorum inscientiam, cū omnia tria genera fuero executus, res ipsa deprehendet. Quod nos Statum, id quidam constitutionem uocant, alij quæstionem, alij quod ex quæstione appareat. Theodorus generale caput, id est *κεφάλαιον γενικότατον*, ad quod referuntur omnia. Quorum diuersa appellatio, uis eadem est, nec interest discuntium, quibus quidq; nominibus appelletur, dum res ipsa manifesta sit. Statum Græci *στάσις* uocant, quod nomen primum ab Hermagora traditum putant, sed alij ab Eucrate Isocratis discipulo, alij à Zopyro Clazomenio. Quanquā uidetur Aeschines quoq; in oratione contra Ctesiphontem uti hoc uerbo, cum à iudicibus petit, ne Demostheni permittant euagari, sed eum dicere de ipso causæ statu cogant. Quæ appellatio dicitur ducta uel ex eo, quod ibi sit primus causæ congressus, uel quod in hoc causa consistat. Et nominis quidem hæc origo. Nunc quid sit. Statum quidam dixerunt primā causarum conflictionem, quos recte sensisse, parum elocutos puto. Non enim est status prima conflictio, fecisti, non feci, sed quod ex prima conflictione nascitur, id est ge-

C nus quaestiois, fecisti, non feci, an fecerit: Hoc fecisti, non hoc feci, quid fecerit, quia ex his apparet: illud coniectura, hoc finitione quaerendum, atque in quo pars utraque insistit, erit quaestio coniecturalis, uel finitiui status. Quid? si enim dicat quis, sonus est duorum corporum inter se conflictio, erret, ut opinor: non enim sonus est conflictio, sed ex conflictione. Et hoc leuius: intelligitur enim utcumque dictum, inde uero ingens male interpretantibus innatus est error, qui quia primam conflictionem legerant, crediderunt statum semper ex prima quaestione ducendum, quod est uitiolissimum: nam quaestio nulla non habet utique statum, constat enim ex intentione & depulsione, sed aliae sunt propriae causarum, de quibus ferenda sententia est, aliae adductae extrinsecus, aliquid tamen ad summam causae conferentes, uelut auxilia quaedam, quo fit, ut in controuersia una plures quaestiones esse dicantur. Harum porro plerunque leuissima quaeque primo loco fungitur. Nam & illud frequens est, ut ea quibus minus confidimus, cum tractata sint, omittamus, interim sponte nostra uelut donantes, interim ad ea quae sunt potentiora gradum ex his fecisse contenti. Simplex autem causa etiamsi uarie defenditur, non potest habere plus uno de quo pronuncietur, atque inde erit status causae, quod & orator praecipue sibi obtinendum, & iudex spectandum maxime intelligit. In hoc enim causa consistet. Caeterum quaestionum possunt esse diuersi. Quod ut breuissimo pateat exemplo, cum dicit reus, etiamsi feci, recte feci, qualitatis utitur statu: cum adicit, sed non feci, coniecturam mouet. Semper autem firmitus est non fecisse. Ideoque statum esse in eo iudicabo, quod dicerem, si mihi plus quam unum dicere non liceret. Recte igitur est appellata causarum prima conflictio, non quaestionum. Nam & pro Rabirio Posthumo Cicero prima parte orationis in hoc intendit, ut actionem competere in equitem Romanum neget: Secunda, nullam ad eum pecuniam peruenisse confirmat. Statum tamen dicam in eo fuisse, quod est potentius. Nec ante in causa Milonis circa primas quaestiones, quae sunt post prooemium positae, iudicabo conflixisse causam, sed ubi totis uiribus insidiator Clodius, ideoque iure interfectus ostenditur. Et hoc est quod ante omnia constituere in animo suo debeat orator, etiam si pro causa plura dicturus est, quid maxime liquere iudici uelit. Quod tamen ut primum cogitandum, ita non utique primum dicendum erit.

Vnde ducatur status, & reus, an actor statum faciat. CAP. VII.

in Topicis.



Lij statum crediderunt primam eius, cum quo ageretur, deprecationem uel depulsionem. Quam sententiam his uerbis Cicero complectitur: In quo primum insistit, quasi ad repugnandum congressa defensio. Vnde rursus alia quaestio, an eum semper is faciat, qui respondet. Cui rei praecipue repugnat Cornelius Celsus, dicens non a depulsione sumi, sed ab eo qui propositionem suam confir-

A confirmet, ut si hominem occisum reus negat, status ab accusatore nascatur, quia is uelit probare, si iure occisum reus dicit, translata probationis necessitate idem a reo fiat, & sit eius intentio. Cui non accedo equidem: nam est uero propius quod contra dicitur, nullam esse litem, si is cum quo agitur nihil respondeat, ideoque fieri statum a respondente. Mea tamen sententia uariū id est, & accidit pro conditione causarum, quia uideri potest propositio aliquando statum facere, ut in coniecturalibus causis, utitur enim coniectura magis qui agit. Quo moti quidam, eundem a reo inficialē esse dixerunt, & in syllogismo tota ratiocinatio ab eo est qui intendit. Sed quia uidetur illis quoque necessitatem hos status exequendi facere qui negat (is enim si dicat non feci, coget aduersarium coniectura uti, & si dicat, non habet legem, syllogismo) concedamus ex depulsione nasci statum, nihilominus enim res eō reuertetur, ut modo is qui agit, modo is cum quo agitur, statum faciat. Sit enim accusatoris intentio, hominem occidisti, si neget reus, faciet statum qui negat. Quod si confitetur, sed iure a se aduulterum dicit occisum: nempe legem esse certum est, quae permittat, nisi aliquid accusator ei respondeat nulla lis est. Non fuit, inquit, aduulter. Ergo depulsio incipit esse actoris, ille statum faciet. Ita erit quidem status ex prima depulsione, sed ea fiet ab accusatore, non a reo. Quid? quod eadem quaestio potest eundem uel accusatorem facere, uel reum. Qui artem ludicram exercuerit, in quatuordecim primis ordinibus ne sedeat: qui se Praetori in hortis ostenderit, neque erat productus, sedit in quatuordecim ordinibus. Nempe intentio est, artem ludicram exercuisti: depulsio, non exercuitur artem ludicram: quaestio, quid sit artem ludicram exercere. Si accusabitur theatri lege, depulsio erit rei: si excitatus fuerit de spectaculis, & aget iniuriarum, depulsio erit accusatoris. Frequentius tamen illud accidet, quod est a pluribus traditum. Effugerunt has quaestiones, qui dixerunt statum esse id quod appareat ex intentione & depulsione, ut fecisti, non feci, aut recte feci. Viderimus tamen, utrum id sit status, an in eo status. Hermagoras statum uocat, per quem subiecta res intelligatur, & ad quem probationes etiam partium referantur. Nostra opinio semper haec fuit, cum essent frequenter in causa diuersi quaestionum status, in eo credere statum causae, quod esset in eo potentissimum, & in quo maxime res uerteretur. Id si quis generalem quaestionem, uel caput generale dicere malit, cum hoc mihi non erit pugna, non magis quam si aliud adhuc, quo idem intelligatur, eius rei nomen inuenerit, quanquam tota uolumina in hanc disputationem impendisse multos sciam, nobis statum dici placet. Sed cum in alijs omnibus inter scriptores summa dissentio est, tum in hoc uidetur mihi praecipuum studium quoque diuersa tradendi fuisse, adeo nec qui sit numerus, nec quae nomina, nec qui generales, qui uel speciales sint status conuenit. Ac primum Aristoteles elementa decem constituit, circa quae uer-

Decem Elementa Aristotelis.

C sanè aliud est eius nomen latinum. Sed ea quæritur, an sit. Qualitatem, cuius apertus intellectus est. Quantitatem, quæ dupliciter à posterioribus diuisa est, quàm magnum & quàm multum sit. Ad aliquid, unde ductæ translatio, & comparatio. Post hæc, ubi, et quando: deinde facere, pati, habere, quod est quasi armatū esse, & uestitum esse: nouissime συγκατά, quod est compositum esse quodammodo, ut calefacere, stare, irasci. Sed ex his omnibus prima quatuor ad status pertinere, cætera ad quosdam locos argumentorū uidentur. Alij nouem elementa posuerunt: Personam, qua de animo, corpore, extra positis quærat, quod pertinere ad coniecturæ & qualitatis instrumenta uideo: Tempus, quod χρόνος uocant, ex quo quæstio, an is, quem dum addicta est mater peperit, seruus sit natus: Locus, unde cōtrouersia uidetur, an fas fuerit tyrannū in templo occidere: an exulauerit, qui domi latuit: Tempus iterum, quod καιρός appellant, hanc autē uideri uolunt speciem illius temporis, ut æstatem, uel hyemem. Huic subiicitur ille in pestilentia comessor: Actum, id est πράξις, quod eò referunt, sciens cōmiserit, an insciens: necessitate, an casu, et talia: Numerum, qui cadit in speciem quantitatis, an Thrasybulo triginta præmia de beantur, qui tot tyrannos sustulerit: Causam, cui plurimæ subiacent lites, quoties factum non negatur, sed quia iusta ratione sit factum defenditur: πρόπορ, cum id quod alio modo fieri licet, alio dicitur factum, hinc est adulter loris cæsus, uel fame necatus: Occasionem factorum, quod est ἀφορμὰς ἐξ ἧς uocant. Hi quoque nullam quæstionē extra hæc putant. Quidam detrahunt duas partes, numerum & occasionem, & pro illo quem dixi actu subiiciunt res, id est πράγματα. Quæ ne præterisse uiderer, satis habui attingere. Cæterum his nec status satis ostendi, nec omnes contineri locos credo, quod apparebit diligentius legentibus, quæ de utraque re dicam. Erunt enim plura multò, quàm quæ his elementis comprehenduntur. Apud plures legi placuisse quibusdam, unum omnino statum esse coniecturalem. Sed quibus placuerit, neque illi tradiderunt, neque ego usquam reperire potui. Rationem tamen hanc secuti dicuntur, quod res omnibus signis colligeretur quomodolibet, qualitatis quoque solū statū faceret, quia ubique qualis sit cuiusque rei natura queri potest, sed utrocumque modo, sequetur summa confusio. Neque interest unū quis statū faciat, an nullum, si omnes causæ sint conditionis eiusdem. Coniectura est à coniectu, id est directione quadam rationis ad ueritatem, unde etiam somniorum, atque ominum interpretes, coniectores uocamus. Appellatum tamen est hoc genus uarie, sicut in sequentibus apparebit.

Quot, & qui Status. CAP. VIII.



Verunt, qui duos status facerēt. Archidemus coniecturalem & finitiuum, exclusa qualitate, quia sic de ea queri existimabat, quid esset iniquū, quid iniustum, quid dicto audientē non esse, quod uocat de

Coniectura
unde.

A de eodem, & alio. Huic diuersa sententia eorum fuit, qui duos quidem status esse uoluerunt, sed unum inficialem, alterum iuridicalem. Inficialis, quem nos dicimus coniecturalem, cui ab inficiendo nomen, alij in totum dederunt, alij in partem, quia accusatorem coniectura, reum inficiatione uti putauerunt: iuridicalis est, qui δικαιολογικός græce dicitur. Sed quemadmodum ab Archidemo qualitas exclusa est, sic ab his repudiata finitio. Nam subiiciunt eam iuridicali, quærendumque arbitrantur, iustum ne sit sacrilegium appellari, quod obijciatur, uel furtum, uel amentiam. Qua in opinione Pamphilus fuit: sed qualitatem in plura partitus est. Plurimi deinceps, mutatis tantum nominibus, in rem, de qua non constet, & in rem, de qua constet. Nam est uerum, nec aliter fieri potest, quàm aut ut certum sit factum esse quid, aut non sit: si non est certum, coniectura sit: si certum est, reliqui status. Nam idem dicit Apollodorus, cum quæstionem aut in rebus extra positis, quibus coniectura explicatur, aut in nostris opinionibus existimat positam, quorū illud πραγματικόν, hoc περί εννοίας uocat: idemque ἀπορορ ή προληπτικόν dicitur, quo dubium, & præsumptum significatur, de quo liquet. Item Theodorus, qui de eo an sit, & de accidentibus ei, quod esse constat, id est περι ουσίας, ή συμβεβηκότων existimat queri. Nam in his omnibus prius genus coniecturam habet, sequens reliqua. Sed hæc reliqua Apollodorus duo uult esse, qualitatem, & de nomine, id est finitiuam.

B Theodorus, quid, quale, quantum, ad aliquid. Sunt & qui de eodem, & de alio, modò qualitatem esse, modò finitionem uelint. In duo & Posidonius diuidit, uocem & res. In uoce queri putat, an significet quicquā multa, quomodo rebus coniecturā, quod κατάσασιν uocat, & qualitatem, & finitionem, cui nomen dat κατ' εννοιας, & ad aliquid. Vnde & alia diuisio est, alia esse scripta, alia inscripta. Celsus Cornelius duos & ipse fecit status generales, an sit, quale sit. Priori subiicit finitionem, quia æque quærat, an sit sacrilegus, qui nihil se sustulisse de templo dicit, & qui priuatam pecuniam contitetur se sustulisse. Qualitatem in rem, & scriptum diuidit. Scripto quatuor partes legales, exclusa translatione: quantitatem, & mentis quæstionem coniecturæ subiicit. Est etiā alia in duos diuidendi status ratio, quæ docet aut de substantia controuersia esse, aut de qualitate. Ipsam porò qualitatem, aut in summo genere consistere, aut in succedentibus. De substantia est coniectura. Quæstio enim tractatur rei, an facta sit, an fiat, an futura sit. Interdū etiā mentis, idque melius, quàm quod his placuit, qui statum eundem facti nominauerunt, tanquam de præterito tantum, & tantum de facto quæreretur. Pars qualitatis, quæ est de summo genere, raro in iudiciū uenit, quale est, id ne sit honestum, quod uulgò laudatur. Succedentiū autem alia de cōmuni appellatione, ut sit ne sacrilegus, qui pecuniam priuatā ex templo furatus est, aut de re denominata, ubi & factū esse certum est, nec dubitatur quid sit, quod factum est. Cui subiacent omnes de honestis, iustis, utilibus quæstiones. His etiā cæteri status contineri dicuntur, quia &

C quantitas modò ad coniecturã referatur, ut maior ne sol quàm terra: modò ad qualitatem, quanta pœna quempiam, quantòue præmio sit affici iustum: & translatio uersetur circa qualitatem, & definitio pars sit translationis. Quin et cõtrarię leges, & ratiocinatiuus status, id est syllogismus, & plerunq; scripti, & uoluntatis, æquo nitantur, nisi quod hic tertius aliquando coniecturam accipit, quid senserit legis constitutor. Ambiguitatem uero semper coniectura explicari necesse sit, quia eum sit manifestũ, uerborum duplicem esse intellectum, de sola quæritur uoluntate. A plurimis tres sunt facti generales status, quibus & Cicero in Oratore utitur. Et omnia, quæ aut in controuersiam, aut in contentionem ueniant, contineri putat, sit ne, quid sit, quale sit, quorũ nomina apertiora sunt, quàm ut docenda sint. Idem Patrocles sentit. Tres fecit & M. Antonius his quidẽ uerbis: Pauca res sunt, quibus ex rebus omnes orationes nascuntur, factum, non factum: ius, iniuria: bonum, malum. Sed quoniam quod iure dicimur fecisse, non hunc solum intellectum habet, ut lege, sed illum quoq;, ut iuste fecisse uideamur, secuti Antonium apertius uoluerunt eisdem status distinguere. Itaq; dixerunt coniecturalem, legalem, iuridicalem. Qui & Virgilio placent. Horum deinde fecerunt species, ita ut legali subijcerent finitionem, & alios qui ex scripto dicuntur legum contrariarũ, quæ ἀνόμοια dicitur, & scripti, & sententiæ, uel uoluntatis, id est κατά ξητόν, ἢ διά νοίαν, & μεταλλάξιν, quam nos uarie translatiuam, transpositam uocamus, συλλογισμὸν, quem accipimus ratiocinatiuũ uel collectiuum ambiguitatis, quæ ἀμειβολία nominatur. Quos posui, quia & ipsi à plerisque status appellantur, quibusdam legales potius quæstiones eas dici placuit.

Idem Quatuor fecit Athenæus, προτροπικὴν εἰσαίτησιν, uel παρανευτικὴν, id est exhortatiuum, qui suaforiæ est proprius, σωπελικὴν, qua coniecturam significari magis ex his quæ sequuntur, quàm ex ipso nomine apparet, ὑπολλακτικὴν, ea finitio est, mutatione enim nominis constat, iuridicalem, eadem appellatione græca qua cæteri usus. Nam est, ut dixi, multa in nominibus differentia. Sunt qui ὑπολλακτικὴν translationẽ esse existiment, secuti hanc mutationis significationem. Fecerunt alij totidem status, sed alios, an sit, quid sit, quale sit, quantũ sit, ut Cæcilius & Theon. Aristoteles in Rhetoricis etiã sic omne opus diuidit in ueritatem, & petenda ac fugienda, quod est suaforiæ, & de eodem, atq; alio partiendo ad hoc peruenit, ut an sit, quid, quale, quantum, & quàm multum sit, quærendum putet. Quodam tamen loco finitionis quoque uim intelligit, quo dicit quædã sic defendi: Sustuli, sed non furtum feci: percussi, sed non iniuriam feci. Posuerat & Cicero in libris Rhetoricis, facti, nominis, generis, actionis, ut in facto cõiectura, in nomine finitio, in genere qualitas, in actione ius intelligeretur, iuri subiecterat translationem. Verum hic legales quoque quæstiones alio loco tractat, ut species actionis. Fuerunt qui facerent quinque, coniecturam, finitionem, qualitatem, quantitatem, ad aliquid. Theodorus quoque, ut dixi,

Idem

A Idem generalibus capitibus utitur, an sit, quid sit, quale sit, quantum sit, ad aliquid. Hoc ultimum maxime in comparatiuo genere uersari putat, quoniam melius ac peius, maius ac minus, nisi aliò relata, non intelliguntur. Sed in illas quoq; translatiuas, ut supra signaui, quæstiones incidunt, an huic ius agendi sit, uel facere aliquid conueniat, an contra hunc, an hoc tempore, an sic. Omnia enim ista referri ad aliquid necesse est. Alij sex scilicet status putant, coniecturã, quam ἡδύεσις uocant, & qualitatem, & proprietatem, id est ἰδιότητα, quo uerbo finitio ostenditur, & quantitatem, quam ἀξίαν dicunt, & comparisonem, & translationem, cuius adhuc nouum nomen inuentum est μετασάσις, nouum inquam in statu, alioqui ab Hermagora inter species iuridicales usitatum. Alijs septem esse placuit, à quibus nec translatio, nec quantitas, nec comparatio recepta est. Sed in horum trium locum subditæ quatuor legales, adiectæq; illis tribus rationalibus. Alij peruenerunt usq; ad octo, translatione ad septem superiores adiecta. A quibusdã deinde diuisa ratio est, ut status rationales appellarent quæstiones, quemadmodum supra dixi, legales, in illis de re, in his de scripto quæreretur. Quidam in diuersum, hos status esse, illas quæstiones maluerunt. Sed alij rationales tres putauerunt, an sit, quid sit, quale sit. Hermagoras solum quatuor, coniecturam, proprietatem, translationem, qualitatem, quam per accidentia, id est κατά συμβεβηκός uocat, hac interpretatione, an illi accidat uiro bono esse, uel malo. Hanc ita diuidit, de appetendis, & fugiendis, quæ est pars deliberatiua, de persona, ea ostenditur laudatiua, negotialem, quã πραγματικὴν uocat, in qua de rebus ipsis quæritur remoto personarũ cõplexu, ut sit ne liber, qui est in assertionem: an diuitię superbiam pariant, an iustum quid, an bonum sit, iuridicalem, in qua ferè eadem, sed certis destinatisq; personis quærantur, an ille iuste hoc fecerit, uel bene. Nec me fallit in primo Cicronis Rhetorico, aliam esse loci negotialis interpretationem, cum ita scriptũ sit: Negotialis est, in qua quid iuris ex ciuili more, & æquitate sit consideratur, cui diligentia præesse apud nos iureconsulti existimantur. Sed quod ipsius de his libris iudicium fuerit, supra dixi. Sũt enim uelut res regestræ in hos cõmentarios, quos adolescens deduxerat schola: & si qua est in his culpa, tradentis est. Siue eum mouit, quod Hermagoras prima in hoc loco posuit exempla ex quæstionibus iuris, siue quod Græci πραγματικὸν uocant iuris interpretes. Sed Cicero quidem his pulcherrimos illos de Oratore substituit, ideoq; culpari tanquã falsa præcipiat, non potest. Nos ad Hermagoram. Translationem hic primus omnium tradidit, quanquam femina eius quædam citra nomen ipsum, apud Aristotelem reperiuntur. Legales autem quæstiones has fecit, scripti & uoluntatis, quam ipse uocat κατά ξητόν, καὶ ὑπολλάξιν, id est dictum, & exceptionem, quorum prius ei cum omnibus commune est, exceptionis nomen minus usitatum, ratiocinatiuũ, ambiguitatis, legum contrariarum. Albutius eadem diuisione usus detrahit translationem, subij-

C
ciens eam iuridiciali. In legalibus quoque quæstionibus nullū putat esse, qui dicatur ratiocinatus. Scio plura inuenturos adhuc, qui legere antiquos studiosius uolent. Sed ne hæc quoque excefferint modum, uereor. Ipse me paulum in alia quàm prius habuerim opinione, nunc esse confiteor. Et fortasse tutissimum erat famæ modò studentī, nihil ex eo mutare, quod multis annis non sensissem modò, uerum etiam approbasssem. Sed non sustineo esse conscius mihi dissimulanti in eo præsertim opere, quod ad bonorum iuuenum aliquam utilitatem componimus, in ulla parte iudicij mei. Nam & Hippocrates clarus arte medicinæ, uidetur honestissime fecisse, quod quosdam errores suos, ne posterī errarent, confessus est. Et M. Tullius non dubitauit aliquos iam editos libros, alijs postea scriptis ipse damnare. Sicut Catulū atq; Lucillum, & hos ipsos, de quibus modò ^{si fuerit} sum locutus, artis rhetorices. Etenim superuacuum [†] foret in studijs longior labor, si nihil liceat melius inuenire præteritis. Neq; tamen ex his quicquam, quæ tum præcepi, superuacuum fuit. Ad easdem enim particulas hæc quoque, quæ nunc præcipiam, reuertentur. Ita neminem didicisse pœniteat. Colligere tantum eadem, ac disponere paulò significantius conor. Omnibus autem satisfactum uolo, non me hæc serius demonstrare alijs, quàm mihi ipsi demonstrauerim ac persuaserim. Secundū plurimos autores seruabam trīs rationales status, coniecturam, finitionem, qualitatem, unum legalem. Hi mihi status generales erant. Legalem in quinque species partiebar, scripti, & uoluntatis, legum contrariarum collectiuum, ambiguitatis, translationis: nunc quartum ex generalibus intelligo posse remoueri. Sufficit enim prima diuīsiō, qua diximus alios legales, alios rationales esse, ita non erit status, sed quæstionum genus, alioquī & rationalis status esset. Ex his etiā quos speciales uocabam, remouī translationem, frequenter quidem (sicut omnes qui me secuti sunt, meminisse possunt) testatus, & in ipsis etiam illis sermonibus, me nolente uulgatis, hoc tamen complexus, uix in ulla controuersia translationis statum posse reperiri, ut non & alius in eadem re recte dici uideretur, ideoq; à quibusdā eum exclusum. Neq; ignoro multa transferri, cum in omnibus ferè causis, in quibus cecidisse quis formula dicitur, hæc sint quæstiones, an huic, an cū hoc, an hac lege, an apud hunc, an hoc tempore liceat agere, & si qua sunt talia. Sed personæ, tempora, actiones, cæteraq; propter aliquam causam transferuntur. Ita nō est in translatione quæstio, sed in eo, propter quod transferuntur. Non debes apud Prætorem petere fidei commissum, sed apud Consules, maior enim prætorā cognitione summa est. Quæritur, an maior summa sit, facti controuersia est. Non licet tibi agere mecum, cognitor enim fieri non potuisti: iudicatio, an potuerit. Non debuisti interdicare, sed petere, an recte interdictum sit, ambigitur. Quæ omnia succedunt legitimis quæstionibus. An non præscriptiones etiam in quibus maxime uidetur manifesta translatio, easdem omnes species habent, quas eæ leges, quibus

A
quibus agitur, ut aut de nomine, aut scripto, & sententia, uel ratiocinatione quæretur, deinde status ex quæstione oritur. Translatio non habet quæstionem, de qua contendit orator, sed [†] per quā contendit. Hoc aper- ^{† propter} tius: Occidisti hominē, Non occidi. Quæstio, an occiderit. Status, coniectura non est. Tale: Habeo ius actionis, non habes, ut sit quæstio, an habeat, & inde status. Accipiat enim actionē nec ne, ad euentū pertinet, nō ad causam, & ad id quod pronunciat iudex, nō id, propter quod pronunciat. Hoc illi simile est, puniendus es, nō sum, uidebit iudex an puniendus sit. Sed non hic erit quæstio, nec hic status. Vbi ergo: puniendus es, hominem occidisti, non occidi, an occiderit. Honorandus sum, non es, num statum habet: non ut puto. Honorandus sum, quia tyrannum occidi, non occidisti, quæstio, & status. Similiter, non recte agis, recte ago, non habet statum. Vbi est ergo: non recte agis ignominiosus, quæritur an ignominiosus sit, aut an agere ignominioso liceat, & quæstio est, & status. Ergo translatiuum genus causæ, ut comparatiuum, & mutux accusationis. At enim simile est illi, ius habeo, non habes, occidisti, recte occidi, nō nego. Sed ne hæc res statū facit. Non enim sunt hæc propositiones, alioqui causa non explicabitur, sed cum suis rationibus. Scelus cōmisit Horatius, sororem enim occidit, non cōmisit, debuit enim occidere eam, quæ hostis morte mœrebat, quæstio, an hæc iusta causa. Ita qualitas: At similiter in translatione, non habes ius abdicandi, quia ignominioso nō est actio, habeo ius, quia abdicatio actio non est, quæritur quid sit actio, finiemus, nō licet abdicare filios, syllogismus. Item cætera per omnes, & rationales, & legales status. Nec ignoro fuisse quosdam, qui translationem in rationali quoq; genere ponerent, hoc modo, hominē occidi, iussus ab imperatore, dona templi cogenti tyranno dedi, deserui tempestatibus, fluminibus, ualitudine impeditus, id est non per me stetit, sed per illa. A quibus etiā liberius dissentio. Non enim actio transfertur, sed causa facti, quod accidit penè in omni defensione. Deinde is, qui tali utitur patrociniō, nō recedit à forma qualitatis, dicit enim se culpa uacare, ut magis qualitatis duplex ratio facienda sit, altera qua & factum defenditur, altera qua tantū reus. Credendum est igitur his, quorum autoritatem secutus est Cicero, tria esse, quæ in omni disputatione quærantur, an sit, quid sit, quale sit. Quod ipsa nobis etiam natura præscribit. Nam primū oportet iube esse aliquid, de quo ambigitur, quod, quid sit, & quale sit, certe non potest extimari, nisi prius esse constiterit. Ideoq; ea prima quæstio, sed non statim quod esse manifestū, etiam quid sit apparet. Hoc quoq; constituto, nouissima qualitas superest, nec his exploratis aliud est ultra. His infinitæ quæstiones, his finitæ continentur. Horum aliqua in demonstratiua, deliberatiua, iudiciali materia utiq; tractantur. Hæc rursus iudiciales causas, & rationali parte, & legali continet. Nec enim ulla iuris disceptatio, nisi finitione, qualitate, coniectura potest explicari. Sed instituentibus rudes, non erit

Inutilis latius primo fusa ratio, etsi nō statim rectissima linea tensa, facilior tamen & apertior uia. Discant igitur ante omnia quadripertitā in omnibus causis esse rationē, quā primā intueri debeat, qui acturus est. Nam ut a defensore potissimū incipiā, longe fortissima tuendi se ratio est, si quod obijcitur, negari potest. Proxima, si non id quod obijcitur, factū esse dicitur. Tertia honestissima, qua recte factū defendit. Quibus si deficiamus, ultima quidē, sed iam sola superest salus, aliquo iuris adiutorio elabēdi ex crimine, quod nec negari, nec defendi potest, ut non uideatur iure actio intendi. Hinc illæ quæstiones siue actionis, siue translationis. Sunt enim quædā nō laudabilia natura, sed iure concessa, ut in XII tabulis debitoris corpus inter creditores diuidi licuit, quā legē mos publicus repudiavit. Est aliquid æquū, sed prohibitū iure, ut libertas testamentorū. Accusatori nihilo plura intuenda sunt, quā ut probet, factū esse, hoc esse factū, nō recte factū, iure se intendere. Ita circa species eadē lis omnis uersabitur, translatis tantū aliquando partibus, ut in causis, quibus de præmio agatur, recte factum petitor probat. Hæc quatuor uelut proposita formæ actionis, quæ tum generales status uocabam, in duo, ut ostendi, genera descendūt, rationale & legale. Rationale simplicius est, quia ipsius tantū naturæ contemplatione constat. Itaque in eo satis est ostendisse coniecturam, finitionem, qualitatem. Legalium plures sint species necesse est, propterea quod multæ sunt leges, & uarias habent formas: alia est cuius uerbis nitimur, alia cuius uoluntate: alias nobis, cum ipsi nullā habemus, adiungimus, alias inter se comparamus, alias in diuersum interpretamur. Sic nascuntur hæc ueluti simulacra ex illis tribus, interim simplicia, interim & mixta, propriam tamen faciem ostendentia, ut scripti, & uoluntatis, quæ sine dubio, aut qualitate, aut coniectura continentur, & syllogismus, qui est maxime qualitatis, & legis cōtrariæ, quæ ipsidem, quibus scriptum, & uoluntas constat, & ἀμφιβολία, quæ semper coniectura explicatur. Finitio quoque utriusque generi, quodque rerū, quodque scripti contemplatione constat, communis est. Hæc omnia etiam si in illos tres status ueniunt, tamen quia, ut dixi, habent aliquid uelut propriū, uidentur demonstranda discentibus, & permittendum ea dicere uel status legales, uel quæstiones, uel capita quædam minora, dum sciant, nihil ne in his quidem, præter tria, quæ prædiximus, quæri. At quantum, & quā multū, & ad aliquid, & ut nonnulli putauerunt, comparatiuos, non eandem rationem habent. Sunt enim hæc non ad uarietate iuris, sed ad solam rationē referenda. Ideoque semper in parte aut coniecturæ, aut qualitatis ponenda sunt, ut qua mente, & quo tempore, & quo loco. Sed de singulis dicemus quæstionibus, cū tractare præcepta diuisionis cœperimus. Hoc inter omnes conuenit, in causis simplicibus singulos status esse causarū, quæstionū aut quæ uelut subiacentes, & ad illud quo iudiciū cōtinetur, referuntur, sæpe in unam cadere plures posse. Etiam credo aliquando dubitari, quo statu sit utendum,

Autendum, cum aduersus unam intentionem plura opponuntur, & sicut in colore dicitur narrationis, eum esse optimū, quem actor optime tueatur: ita hic quoque posse dici, eum statum esse faciendum, in quo tuendo plurimum adhibere uirium possit orator. Ideoque pro Milone aliud Ciceroni agenti placuit, aliud Bruto, cum exercitationis gratia cōponeret orationem, cum ille iure tanquam insidiatorem occisum, & tamen non Milonis consilio dixerit, hic etiam gloriatus sit, occiso malo ciue. In cōiunctis uero posse duos uel tres inueniri, uel diuersos, ut si quis aliud se nō fecisse, aliud recte fecisse defendat, uel generis eiusdē, ut si quis duo crimina, uel omnia neget. Quod accidit etiam si de una re queratur aliqua, sed eam plures petant, uel eodem iure, ut proximitatis, uel diuerso, ut cum hic testamento, ille proximitate nitatur. Quoties autem aliud aliū petitori opponitur, dissimiles esse status necesse est, ut in illa controuersia: Testamenta legibus facta, rata sint. Intestatorum parentum liberi hæredes sint. Abdicatus, ne quid de bonis patris capiat. Nothus ante legitimum natus, legitimus si filius sit, post legitimum natus tantum ciuis. In adoptionem dare liceat. In adoptionem dato redire in familiā liceat, si pater naturalis sine liberis decesserit. Qui ex duobus legitimis alterum in adoptionem dederat, alterū abdicauerat, sustulit nothum, instituto hærede abdicato decessit. Tres omnes de bonis contendunt, νόθος, qui non sit legitimus, Græci uocant, latinum rei nomen, ut Cato quoque in oratione quadam testatur, non habemus, ideoque utimur peregrino. Sed ad propositū. Heredi scripto opponitur lex, abdicatus ne quid de bonis patris capiat, sit status scripti, et uoluntatis, an ullo modo capere possit, an ex uoluntate patris, an hæres scriptus. Notho duplex fit quæstio, quod post legitimos natus sit, & quod non sit ante legitimos natus. Prior syllogismū habet, an pro nō natis sint habēdi qui a familia sunt alienati: altera scripti, & uoluntatis. Nō enim esse hunc natū ante legitimum conuenit, sed uoluntate legis se tuebitur, quā dicet talē fuisse, ut legitimus esset nothus, tum natus, cum alius legitimus in domo non esset. Scriptum quoque legis excludet dicens, non utique si postea legitimus natus non sit, notho nocere, uteturque hoc argumento: finge solū natū nothum, cuius conditionis erit: tantū ciuis: atqui non erit post legitimum natus, filius, atqui non erit ante legitimos natus, quare si uerbis legis stari non potest, uoluntate standum est. Nec quenquā turbet, quod ex una lege duo status fiant, duplex est, ita uim duarū habet. Redire in familiā uolenti dicitur ab altero: Primū, ut tibi redire liceat, hæres sum, idem status, qui in petitione abdicati: quæritur enim, an possit esse hæres abdicatus. Ad iijcitur cōmuniter a duobus, redire tibi in familiā non licet, nō enim pater sine liberis decessit. Sed in hoc propria quisque eorū quæstione nitetur. Alter enim dicet, abdicatū quoque inter liberos esse, & argumentū ducet ex ipsa, qua repellitur lege. Superuacuum enim fuisse prohiberi patris bonis abdicatū, si esset numero alienorū, nunc quia filij iure futurus fuerit inte-

Bruti oratio
pro Milone.

Nothus.

C Stati hæres, oppositã esse legẽ, quæ tamen id nõ efficiat, ne filius sit, sed ne hæres. Status finitiuus, quid sit filius. Rursus nothus eisdem colligit argumentis, nõ sine liberis patrẽ decessisse, quibus in petitione usus est, ut probaret se esse filiũ, nisi forte & hic finitionẽ mouet, an liberi sint etiam nõ legitimi. Cadẽt ergo in unam controuersia, uel specialiter duo legitimi status, scripti, & uoluntatis, et syllogismus, et præterea finitio, uel tres illi, qui natura soli sunt, cõiectura in scripto, & uoluntate, qualitas in syllogismo, & quæ per se est aperta finitio. Causa quoq; & iudicatio, & cõtineans est in omni genere causarũ. Nihil cõ dicitur, cui nõ insit ratio, & quod iudiciũ referat, & quod rem maxime cõtineat. Sed quia magis hæc uariant in litibus, et ferẽ tradita sunt ab his, qui de iudicialibus causis aliqua cõposuerunt in illã partẽ differant. Nũc quia in tria genera causas diuisi, ordinẽ sequar.

De Demonstratiuo, quod constat laude & uituperatione. CAP. IX.



C potissimũ incipiam ab ea quæ constat laude ac uituperatione. Quod genus uidetur Aristoteles, atq; eum secutus Theophrastus, à parte negotiali, hoc est *πραγματικῆς* remouisse, totãq; ad solos auditores relegasse, & id eius nominis, quod ab ostentatione ducitur, propriũ est. Sed mos Romanus, etiã negotijs hoc munus inseruit. Nam & funebres laudationes pendent frequenter ex publico aliquo officio, atq; ex senatuscõsulto magistratibus sæpe mandantur, & laudare testẽ, uel contrã pertinet ad momentũ iudiciorũ, & ipsis etiã reis dare laudatores licet, & editi in cõpetitores, in L. Pisonem, in Clodiũ & Curionem libri, uituperationem continent, & tamen in senatu loco sunt habitententia. Neq; inficias eo, esse quasdam ex hoc genere materias ad solam cõpositas ostentationẽ, ut laudes deorũ, uirorumq;, quos priora tempora tulerunt. Quo soluitur quæstio supra tractata, manifestumq; est errare eos, qui nunquam oratorẽ diciturũ, nisi de re dubia, putauerunt. An laudes Capitolini Iouis, perpetua sacri certaminis materia, uel dubie sunt, uel non oratorio genere tractantur. Vt desiderat autẽ laus, quæ negotijs adhibetur, probationem, sic etiam illa quæ ostentationi componitur, habet interim aliquam speciem probationis. Vt qui Romulũ Martis filium, educatũq; à lupa dicat, in argumentũ cœlestis ortus utatur his, quod abiectus in profluentẽ non potuerit extinguĩ, quod omnia sic egerit, ut genitũ præside bellorũ deo incredibile non sit, quod ipsum quoq; cœlo receptũ temporis eius homines non dubitauerint. Quædã uero etiã in defensionis specie cadẽt, ut si in laude Herculis, permutatũ cum regina Lydiæ habitum, & imperata, ut traditur, pensa orator excuset. Sed propriũ laudis est res amplificare, & ornare, quæ materia præcipue quidẽ in deos & homines cadit, est tamen & aliorum animalũ, & carentiũ anima. Verum in deis, generaliter primũ maiestatem ipsius eorum naturæ uenerabimur, deinde propriã uim cuiusq;, & inuenta, quæ utile aliquid hominibus attulerunt. Vis ostenditur, ut in Ioue, regundorum hominũ; in Marte, belli; in Neptu-

† rege omnium
deorum

A Neptuno, maris: Inuenta, ut artiũ in Minerua: Mercurio, literarũ: medicinarũ, Apolline: Cerere, frugũ: Libero, uini. Tũ si qua ab his acta uetustas tradidit cõmemoranda. Addunt etiã dijs honorẽ parentes, ut si quis sit filius Iouis, Addit antiquitas, ut his qui sunt ex *†*chao. Progenies quoq;, ut Apollo, ac Diana Latonæ. Laudandũ in quibusdã, quod geniti immortales, in quibusdã, quod immortalitatẽ uirtute sint cõsecuti, quod pietas principis nostri, presentũ quoq; temporũ decus fecit. Magis est uaria laus hominũ. Nam primũ diuiditur in tẽpora, quodq; ante eos fuit, quoq; ipsi uixerũt. In his aut qui fato sunt functi, etiã quod est insecutũ. Ante hominẽ patria ac parẽtes, maioresq; erũt, quorũ duplex tractatus est. Aut enim respondisse nobilitati pulchrũ erit, aut humilium genus illustrasse factis. Illa quoq; interim ex eo quod ante ipsum fuit, tẽpore trahent, quæ responsis uel augurijs futurã claritatẽ promiserũt. Vt eũ, qui ex Thetide natus esset, maiorẽ patre suo futurũ cecinisse dicunt oracula. Ipsius uero laus hominis ex animo & corpore, & extra positis peti debet. Et corporis quidẽ fortuitorũq; cũ leuior, tũ nõ uno modo tractanda est. Nã & pulchritudinẽ interim roburq; prosequimur, honore uerborũ, ut Homerus in Agamẽnone atq; Achille. Interim cõfert admirationi multũ etiã infirmitas, ut cũ idem Tydea paruũ, sed bellatorẽ dicit fuisse. Fortuna uero, tũ dignitatẽ affert, ut in regibus principibusq; nãq; est hæc materia ostendendæ uirtutis uberior, tũ quo minores opes fuerũt, eo maiorẽ benefactis gloriã parit. Sed oĩa quæ extra nos bona sunt, quæq; hominibus forte obtigerũt, nõ ideo laudant, quod habuerit quis ea, sed quod *†*his honeste sit usus. Nã diuitiæ, & potẽtia, & gratia, cũ plurimũ uiriũ dent in utranq; partẽ, certissimũ faciunt morũ experimentũ, aut em̄ meliores propter hæc, aut peiores sumus. Animi uero semper uera laus. Sed nõ una per hoc opus uia ducit. Nanq; aliã gradus gestarũq; rerũ ordinẽ sequi speciosius fuit, ut in primis annis laudaret indoles, tũ disciplinæ, post hoc operũ, id est factorũ dictorũq; cõtextus. Aliã in species uirtutũ diuidere laudẽ fortitudinis, iustitiæ continentia, cæterarũq;, ac singulis assignare, quæ secundũ quantũ carũ gesta erũt. Vtra sit aut harũ uia utilior, cũ materia deliberabimus, dũ sciamus gratiora esse audiẽtibus, quæ solus quis, aut primus, aut certe cũ paucis fecisse dicit: si qd præterea supra spem, aut expectationẽ, præcipue qd aliena potius causa, quàm sua. Tẽpus quod finẽ hominis insequit, nõ semper tractare cõtigit, nõ solũ quod uiuẽtes aliquando laudamus, sed quod rara hæc occasio est, ut referri possint diuini honores, & decreta, ut publicæ statuæ cõstitutæ. Inter quæ enumerauerim ingeniorũ monumẽta, quæ seculis probarent. Nã quidã, sicut Menander, iustiora posterorũ, quàm suæ ætatis iudicia sunt cõsecuti. Afferũt laudẽ liberi parẽtibus, urbes cõditoribus, leges latoribus, artes inuẽtoribus, nec nõ instituta quoq; autoribus, ut à Numa traditũ deos colere, à Publicola fasces populo submittere. Qui omnis etiã in uituperatione ordo cõstabit, tamen in diuersum. Nã

Hominis laus.

† quis

C & turpitudine generis opprobrium multis fuit, & quosdam claritas ipsa notiores circa uitia, & inuisos magis fecit, & in quibusdam, ut in Paride traditum est, praedicta pernicies & corporis, & fortunae: quibusdam mala, contemptum, ut Therisae: At uero quibusdam bona uitij corrupta odium attulerunt: ut Nirea imbellem, Plistinem impudicum, a Poetis accepimus. Et animi totidem uitia, quot uirtutes sunt, nec minus quam in laudibus, duplici ratione tractantur. Et post mortem adiecta quibusdam ignominia est, ut Melio, cuius domus solo aequata: Marcoque Manlio, cuius praenomen e familia in posterum exemptum est. Et parentes malorum odimus, & est conditoribus urbium infamiae, contraxisse aliquam perniciosam caeteris gentem, qualis est primus Iudaicae superstitionis autor, & Gracchorum leges inuisae. Et si quod est exemplum deforme posteris traditum, quale libidinis uir Perses, in muliere Samia instituere ausus dicitur primus. Sed in uentibus quoque iudicia hominum uelut argumenta sunt morum, & honos aut ignominia, ueram esse laudem, uel uituperationem probat. Interesse tamen Aristoteles putat, ubi quisque laudetur, aut uituperetur. Nam plurimum refert, qui sint audientium mores, quae publice recepta persuasio, ut illa maxime quae probant esse in eo qui laudabitur, credant, aut in eo contra quae dicemus, ea quae oderunt, ita non dubium erit iudicium, quod orationem praecesserit. Ipsorum etiam iudicium permiscenda laus semper. Nam id beneuolos facit. Quoties autem fieri poterit, cum materiae utilitate iungenda. Minus Lacedaemone studia literarum, quam Athenis honoris merebuntur: plus patientia, fortitudo. Rapto uiuere quibusdam honestum, alijs cura legum. Frugalitas apud Sybaritas forsitan odio foret, ueteribus Romanis summum luxuria crimen. Eadem in singulis differentia. Maxime fauet iudex, qui sibi dicentem assentari putat. Idem praecipit illud quoque, quod mox Cornelius Celsus prope supra modum inuasit, quia sit quaedam uirtutibus ac uitij uicinitas, utendum proxima deriuatione uerborum, ut pro temerario fortem, prodigo liberalem, auaro parcum uocemus, quae eadem etiam contra ualent, quod quidem orator, id est, uir bonus nunquam faciet, nisi forte communi utilitate ducatur. Laudantur autem urbes similiter atque homines. Nam pro parente est conditor, & multum autoritatis affert uetas, ut his qui terra dicuntur orti, & uirtutes, ac uitia circa res gestas, eademque in singulis. Illa propria, quae ex loci positione, aut munitione sunt. Ciues illis, ut hominibus liberi, decori. Est laus & operum, in quibus honor, utilitas, pulchritudo, autor spectari solet. Honor, ut in templis: Utilitas, ut in muris: Pulchritudo uel autor, utrobique. Est & locorum, qualis Siciliae apud Ciceronem, in quibus similiter speciem, & utilitatem intuemur, speciem maritimis, planis, amoenis: utilitatem, salubribus, fertilibus. Erit etiam dictorum honestorum, factorumque laus generalis, erit & rerum omnis modi. Nam & somni, & mortis scriptae laudes, & quorundam a medicis ciborum. Itaque ut non consensu hoc laudatium genus circa solam uersari

A uersari honesti quaestionem, sic qualitate maxime contineri puto, quam omnes tres status cadere in hoc opus possint, ijsque usum C. Caesarem in uituperando Catone notauerit Cicero. Totum autem habet aliquid simile suauis, quia plerumque eadem illic suaderi, hic laudari solent.

De suauis, seu deliberatiua, & prosopopeia. CAP. X.



Deliberatiuas quoque miror a quibusdam sola utilitate finitas. Ac si quid in his unum sequi oporteret, potior fuisset apud me Ciceronis sententia, qui hoc materiae genus, dignitate maxime contineri putat. Nec dubito quin hi, qui sunt in illa priore sententia, secundum opinionem pulcherrimam, ne utile quidem, nisi quod honestum esset, existimarint. Et est haec ratio uerissima, si consilium contingat semper bonorum, atque sapientum. Verum apud imperitos, apud quos frequenter dicenda sententia est, populumque praecipue, qui ex pluribus constat indoctis, discernenda sunt haec, & secundum communes magis intellectus loquendum. Sunt enim multi, qui etiam quae credunt honesta, non tamen satis eadem utilia quoque existiment, quae turpia esse dubitare non possunt, utilitatis specie ducti probent, ut foedus Numantinum, iugumque Caudinum. Ne qualitatis quidem statu, in quo & honestorum, & utilium quaestio est, complecti eas satis est. Nam sequenter in his etiam coniecturae locus est. Nonnunquam etiam tractatur aliqua finitio. Aliquando etiam incidere possunt legales tractatus in priuata maxime consilia, si quando ambigit, an liceat. De coniectura paulo post pluribus. Interim est finitio apud Demosthenem, de Halonesum Philippus an reddat. Apud Ciceronem in Philippicis, quid sit tumultus. Quid non illa similis iudicialium quaestio, de statua Seruii Sulpitij: an his demum ponenda sit, qui in legatione ferro sunt interempti: Ergo pars deliberatiua, quae eadem suauis dicitur, de tempore futuro consultans, quaerit etiam de praeterito, officijs constat duobus, suadendi & dissuadendi. Prooemio, quale est in iudicialibus, non ubique eget, quia conciliatus est ei quisque quem consulit. Initium tamen quodcumque debet habere aliquam prooemii speciem, nec enim abrupte, nec unde libuit incipiendum, quia est aliquid in omni materia naturaliter primum. In senatu, & utique in concionibus eadem ratio, quae apud iudices acquirendae sibi plerumque eorum apud quos dicendum sit beneuolentiae. Nec mirum, cum etiam in Panegyricis petatur audientium fauor, ubi emolumentum non utilitate aliqua, sed in sola laude consistit. Aristoteles quidem, nec sine causa putat & a nostra, & ab eius qui dissentiet, persona duci frequenter in consilij exordium, quasi mutuantibus haec nobis a iudiciali genere, nonnunquam etiam, ut minor res maior uideatur. In demonstratiuis uero prooemia esse maxime libera existimat. Nam & longe a materia duci, ut in Helenes laude Isocrates fecerit, & ex aliqua rei uicinia, ut idem in Panegyrico, cum quaeritur plus honoris corporum, quam animorum uirtutibus dari. Et Gorgias in Olympico laudas eos, qui primi tales

C instituerunt cōuentus. Quos secutus uidelicet Crispus Sallustius in bello Iugurthino & Catilinario, nihil ad historiam pertinentibus principijs orsus est. Sed nunc ad suasoriā, in qua etiā cum procemio utemur, breuiore tamen, & uelut quodam capite tantū, & initio debemus esse contenti. Narrationem uero nuncq; exiget priuata deliberatio, eius duntaxat rei de qua dicenda sententia est, quia nemo ignorat id de quo consulit. Extrinsecus possunt pertinentia ad deliberationem multa narrari. In concionibus sæpe est etiā illa, quæ ordinem rei docet, necessaria, ad affectus, ut quæq; maxime postulabit. Nam & concitanda, & lenienda frequenter est ira, & ad metum, cupiditatem, odium, conciliationem impellendi animi. Nonnunquam etiā mouenda miseratio, siue ut auxilium obsessis feratur, suadere oportebit, siue sociæ ciuitatis euerisionem deslebimus. Valet autem in consilijs autoritas plurimum. Nam & prudentissimus esse haberiq; & optimus debet, qui sententiæ suæ de utilibus atq; honestis credere omnes uelit. In iudicijs enim uulgò fas habetur indulgere aliquid studio suo, consilia nemo est qui neget secundum mores dari. Græcorum quidem plurimi omne hoc officium concionale esse iudicauerunt, & in sola Reipublice administratione posuerunt. † Quin & Cicero in hac maxime parte uersatur. Ideoq; suasuris de pace, bello, copijs, opibus, uectigalibus, hæc duo præcipue nota esse uoluit, uires ciuitatis, & mores, ut ex natura tū ipsarū rerū, tum audientū ratio suadendi duceretur. Nobis maior in re uidetur uarietas: nam & consultantū, & consiliorū plurima sunt genera. Quare in suadendo & dissuadendo tria primū spectanda erunt: Quid sit de quo deliberetur, qui sint qui deliberent, qui sit qui suadeat. Rem de qua deliberatur, aut certū est posse fieri, aut incertū. Si incertū, hæc erit questio sola, aut potentissima: sæpe enim accidet, ut prius dicamus, ne si possit quidem fieri, esse faciendum, deinde fieri non posse. Cum autem de hoc quæritur, coniectura est, an Isthmos intercidi, an sicari palus Pontina an portus fieri Hostiæ possit, an Alexander terras ultra Oceanum sit inuenturus. Sed in his quoq; quæ constabit posse fieri, cōiectura erit aliquando, ut si quæ ratur, an utiq; futurum sit, ut Carthaginem superent Romani, ut redeat Hannibal, si Scipio exercitū in Africam transtulerit, ut seruent fidem Samnites, si Romani arma deposuerint. Quædā & fieri posse, & futura esse credibile est, sed aut alio tempore, aut alio loco, aut alio modo. Vbi coniecturæ nō erit locus, alia sunt intuenda. Et primū, aut propter ipsam rem, de qua sententiæ rogantur, consultabitur, aut propter alias interuenientes extrinsecus causas. Propter ipsam deliberant P. C. an stipendium militi constituent. Hæc materia simplex erit. Accedunt causæ, aut faciendi, ut deliberat P. C. an Fabios dedant Gallis bellum minitantibus: aut non faciendi, ut deliberat C. Cæsar, an perseueret in Germaniam ire, cum milites passim testamenta facerent. Hæc suasoriæ duplices sunt. Nam & illic causa deliberandi est, quod bellum Galli minitentur, esse tamen questio potest

Sallustij pro
uini.

† Quoniam

In suadendo
quæ sint spe
ctanda.

A potest, dedendū ne fuerint etiā citra hanc denunciationē, qui cōtra fas, cum legati missi essent, prælium inierint, regemq; ad quem mandata acceperant, trucidarint. Et hic nihil Cæsar sine dubio deliberet, nisi propter hanc militum perturbationem, est tamen locus quærendi, an citra hunc quoq; casum penetrandū in Germaniā fuerit. Semper autem de eo prius loquemur, de quo deliberari, etiam detractis sequentibus posset. Partes suadendi quidam putauerunt honestum, utile, necessarium. Ego non inuenio huic tertiæ locum. Quantalibet enim uis ingruat, aliquid fortasse pati necesse sit, nihil facere, de faciendo autem deliberatur. Quod si hanc uocant necessitatem, in quam homines grauiorū metu coguntur, utilitatis erit quæstio: Vt si obsessi, & impares, & aqua ciboq; defecti, de facienda ad hostem deditione deliberent, & dicatur, necesse est, nempe sequitur ut hoc subijciatur, alioqui pereundū est, ita propter id ipsum non est necesse, quia perire potius licet. Deniq; non fecerunt Saguntini, nec in rate Opitergina circūuenti. Igitur in his quoq; causis, aut de sola utilitate ambigetur, aut quæstio inter utile atq; honestum consistet. At enim si quis liberos procreare uolet, necesse habeat uxore ducere, quis dubitat: sed ei qui pater uult fieri, liqueat necesse est uxorem esse ducendam. Itaq; mihi ne consiliū quidē uidetur, ubi necessitas est, nō magis quā ubi constat quid fieri omnino non posse. Omnis enim deliberatio de dubijs est. Melius igitur, qui tertiā partē dixerunt *δυνατόν*, quod nostri possibile nominant, quæ ut dura uideatur appellatio, tamen sola est. Quas partes non omnes in omnē cadere suasoriā, manifestius est quā ut docendū sit. Tamē apud plerosq; earū numerus augetur, à quibus ponuntur ut partes, quæ species sunt partiū: Nā fas, iustū, piū, æquū, mansuetū quoq; sic em̄ sunt interpretati τὸ ἡμῶν, & si qua adhuc adijcere quis eiusdē generis uelit, subijci possunt honestati. An sit autē facile, magnū, iucundū, sine periculo, ad quæstionē pertinet utilitatis, qui loci oriuntur ex cōtradictione: est quidē utile, sed difficile, paruū, iniucundū, periculosum. Tamen quibusdā uidetur esse nonnunquā de iucunditate sola consultatio, ut si de ædificando theatro, instituendis ludis, deliberetur. Sed neminē adeo solutū luxu puto, ut nihil in causa suadēdi sequatur præter uoluptatē. Præcedat enim semper aliquid necesse est, ut in ludis honor deorū, in theatro nō utilis laborū remissio, deformis & incōmoda turbæ: si id non sit, cōsuetudo, & nihilominus eadem illa religio, cū theatrū ueluti quoddā illius sacri templū uocabimus. Sæpe uero & utilitatem despiciendam esse dicimus, ut honesta faciamus, ut cū illis Opiterginis damus consilium, ne se hostibus dedant, quanquā perituri sint, nisi fecerint, & utilia honestis præferimus, ut cum suademus ut bello Punico serui armentur. Sed tamen neq; hoc planē concedendum est, esse id inhonestum. Liberos enim natura omnes, & ipsdem constare elementis, & fortasse antiquis etiam nobilibus ortos dici potest. Et illic, ubi manifestum periculum est, opponēda alia, ut crudelius etiam

C perituros affirmemus, si se dediderint, † siue hostis non seruauerit fidem, siue Cæsar uicerit, quod est uero similis. Hæc aut, quæ tantū inter se pugnant, plerunq; nominibus desecti solent. Nam & utilitas ipsa expugnatur ab his, qui dicunt non solum potiora esse honesta, quàm utilia, sed ne utilia quidem esse, quæ non sunt honesta: & contra, quod nos honestum, illi uanum, ambitiosum, stolidū, uerbis quàm re probabilius uocant. Nec tantum inutilibus comparantur utilia, sed inter se quoq; ipsa, ut si è duobus eligamus, in altero quid sit minus. Crescit hoc adhuc. Nam interim triplices etiam suasoriæ incidunt, ut cum Pompeius deliberauit, Parthos, an Africam, an Aegyptum peteret, ita non tantum utrū melius, sed quid sit optimū quæritur. Itemq; contra. Nec unquā incidet in hoc genere materiæ dubitatio rei, quæ undiq; secundū nos sit. Nam ubi contradictioni locus nō est, quæ potest esse causa dubitandi? Ita ferè omnis suasoria nihil est aliud, quàm cōparatio. Videndūq; quid consecuturi simus, & propter quid, ut æstimari possit, plus in eo, quod petimus, sit cōmodi, an uero in eo propter quod petimus, incōmodi. Est uero utilitatis & in tēpore quæstio. Expedi, sed non nunc. Et in loco, Non hic. Et in persona, Non nobis, non contra hos. Et in genere agendi, Non sic. Et in modo, Non tantum. Sed personam sæpius decoris causa intuemur, quæ & in nobis, & in his qui deliberant, spectanda est. Itaq; quāuis exēpla plurimū in consilijs possint, quia facillime ad cōsuetudīnē homines ducuntur experimentis, refert tamen, quorū autoritas, & quibus adhibeatur. Diuersi sunt em̄ deliberantiū animi, duplex conditio. Nam consultant aut plures, aut singuli, sed in utrisq; differentia, quia & in pluribus multū inter est, senatus sit, an populus, Romani an Fidenates, Græci an Barbari; Et in singulis, Catoni petēdos honores suadeamus, an C. Mario. De ratione belli Scipio prior an Fabius deliberet. Proinde intuentus sexus, dignitas, ætas. Sed mores præcipue discrimen dabunt. Et honesta quidē honestis suadere facillimū est, si uero apud turpes recta obtinere conabimur, ne uideamur exprobrare diuersam uitæ sectā cauendū est. Et animus deliberantis, nō ipsa honesti natura, quam ille nō respicit, permouendus, sed laude, uulgi opinione, & si parum proficiet hæc uanitas, secutura ex his utilitate: Aliquanto uero magis obijciendo aliquos, si diuersa fecerit, metus. Nam præter id quod his leuissimi cuiusq; animus facillime terretur, nescio an etiam naturaliter apud plurimos plus ualeat malorum timor, quàm spes bonorum, sicut facillior eisdem turpium, quàm honestorum intellectus est. Aliquando bonis quoq; suadentur parum decora, dantur parū bonis consilia, in quibus ipsorū qui consulunt, spectatur utilitas. Nec me fallit, quæ statim cogitatio subire possit legentem. Hoc ergo præcipis? & † hoc fas putas? Poterat me liberare M. Cicero qui ita scribit ad Brutū: Propositis plurimis quæ honeste suaderi Cæsari possent, Sim'ne bonus uir, si hoc suadem? minime. Suasoris enim est finis utilitas eius, cui quisque suadet.

At

A At recta sunt, quis negat? sed nō est semper rectis in suadendo locus. Sed quia est altior quæstio, nec tantū ad suasorias pertinet, destinatus est mihi hic locus duodecimo, qui summus futurus est, libro. Nec ego quicq; fieri turpiter uelim, uerum interim hæc uel ad scholarū exercitationes pertinere credantur: nam & iniquorum ratio noscenda est, ut melius æqua tueamur. Interim si quis bono inhonesta suadebit, meminerit non suadere tanquam inhonesta, ut quidam declamatores Sextum Pompeium ad piraticam, propter hoc ipsum, quod turpis ac crudelis sit, impellunt. Sed dandus illis deformibus color, idq; etiā apud malos: nec em̄ est quisquā tam malus, ut uideri uelit. Sic Catilina apud Sallustiū loquitur, ut rem sceleratissimam non malitia, sed indignatione uideatur audere. Sic Atreus apud Varum: Iam fero (inquit) infandissima, iam facere cogor. Quanto magis eis quibus fuit aliqua cura famæ, conseruandus est hic uel ambitus? Quare, & cum Ciceroni dabimus consilium, ut Antoniū roget, uel etiam ut Philippicas (ita uitam pollicente eo) exurat, non cupiditatem lucis allegabimus. Hoc enim si ualet in animo eius, tacentibus quoq; nobis ualet, sed ut se † Reipub. seruet, hortabimur. Hac illi opus est occasio: † Romano ne, ne eum talium precum pudeat. Et C. Cæsari suadentes regnum, affirmabimus stare iam Remp. nisi uno regente non posse. Nam qui de re nefaria deliberat, id solū quærit, quomodo quamminimū peccare uideatur.

B Multū refert etiam quæ sit persona suadentis, quia antea cta uita, si illustris fuit, aut clarius genus, aut ætas, aut fortuna, affert expectationem. Prouidendum est, ne quæ dicuntur, ab eo qui dicit, dissentiant. At his contraria summissiorem quendam modū postulant. Nam quæ in alijs libertas est, in alijs licentia uocatur. Et quibusdā sufficit autoritas, quosdam ratio ipsa ægre tuetur. Ideoq; longe mihi uidentur difficilimæ prosopopœiæ, in quibus ad reliquū suasoriæ laborem, accedit etiā personæ difficultas. Namq; idem illud aliter Cæsar, aliter Cicero, aliter Cato suadere debebit. Utillissima uero hæc exercitatio, uel quod duplicis est operis, uel quod Poëtis quoq; aut historiarū futuris scriptoribus plurimū confert. Verū & oratoribus necessaria. Nam sunt multæ à Græcis Latinisq; cōpositæ orationes, quibus alij uterentur, ad quorū conditionē uitamq; aptāda, quæ dicebantur, fuerūt. An eodem modo cogitauit, aut eandem personā induit Cicero, cum scriberet Cn. Pompeio, & cū C. Domitio, & Appio, cæteris uel, ac nō uniuscuiusq; eorū fortunā, dignitatē, res gestas intuitus, omnium quibus uocem dabat etiam imaginem expressit: ut melius quidem, sed tamen ipsi dicere uiderentur. Neq; enim minus uitiosa est oratio, si ab homine, quàm si à re, cui accōmodari debuit, dissidet. Ideoq; Lysias optime uideatur in his quæ scribebat indoctis, seruasse ueritatis fidem. Enimvero præcipue declamatoribus considerandum est, quid cuiq; personæ conueniat, qui paucissimas cōtrouersias ita dicūt, ut aduocati, plerunq; filij, patres, diuites, senes, asperi, lenes, auari, deniq; supersticiosi, timidi, derisores fiant,

n 2

C ut uix comcediarum actoribus plures habitus in pronunciando concipiendi sint, quàm his in dicendo, quæ omnia uideri possunt prosopopœiæ, quas ego suasorijs subieci, quia nullo alio ab his quàm persona distant. Quanquam hoc aliquando etiam in controuersias ducitur, quæ ex historijs compositæ, certis agentium nominibus continentur. Neque ignoro, plerumque exercitationis gratia poni & poëticas historias, ut Priami uerba apud Achillem, aut Syllæ dictaturam deponentis in concione. Sed hæc in partem cedent trium generum, in quæ causas diuisimus. Nam & rogare, indicare, rationem reddere, & alia de quibus supra dictum est, uarie, atque ut res uult, in materia iudiciali, deliberatiua, demonstratiua subijcere solentur. ^{tuero} Frequentissime tamen in his utimur ficta personarum, quas ipsi substituiimus, oratione, ut apud Ciceronem pro Cælio in Clodium, & Cæcus Appius, & Clodius frater, ille in castigationem, hic in rationem morum compositus alloquitur. Solent in scholis fingi materiæ ad deliberandum similiores controuersijs, & ex utroque genere comixtæ, ut cum apud C. Cæsarem consultatio de pœna Theodoti ponitur. Constat enim accusatione & defensione causæ, quod est iudicialium proprium. Permixa autem est & utilitatis ratio, an pro Cæsare fuerit occidi Pompeium, an timendum à rege bellum, si Theodotus sit occisus, an id minime opportunum hoc tempore, & periculosum, & certe longum sit futurum. Quæritur & de honesto, deceat ne Cæsarem ultio Pompeij, an sit uerendum ne peiorem faciat suarum partium causam, si Pompeium indignum morte fateatur. Quod genus accidere etiã ueritati potest. Non simplex autem circa suasorias error in plerisque declamatoribus fuit, qui dicendi genus in his diuersum, atque in totum illi iudiciali contrarium esse existimauerunt. Nam & principia abrupta, & concitatam semper orationem, & in uerbis effusiosem (ut ipsi uocant) cultum affectauerunt, & earum breuiores utique commentarios, quàm iudicialis materiæ facere elaborauerunt. ^{ilegalis} Ego porro ut proœmio uideo non utique opus esse suasorijs, propter quas dixi supra causas, ita cur initio furioso sit exclamandum non intelligo, cum proposita consultatione rogatus sententiã, si modo est sanus, non quæritet, sed quammaxime potest ciuili & humano ingressu, mereri assensum deliberantis uelit. Cur autem torrens, & utique æqualiter concitata sit in ea dicentis oratio, cum uel præcipue moderationem, rationemque consilia desiderent. Neque ego negauerim sæpius subsidere in controuersijs impetum dicendi proœmio, narratione, argumentis, quem si detrahas, id ferè supererit, quo suasoriæ constant. ^{tequalitatis} Verum id quoque tæqualius erit, non tumultuosius atque turbidius. Verborum autem magnificentia non ualidius est affectanda suasorias declamantibus, sed contingit magis. Nam & personæ ferè magne fingentibus placent, regum, principum, populi, senatus, & res ampliores, ita cum uerba rebus aptentur, ipso materiæ nitore clarescunt. Alia ueris consilij ratio est. Ideoque Theophrastus quammaxime remotum ab omni affecta-

A affectatione, in deliberatiuo genere uoluit esse sermonem, secutus in hoc autoritatem præceptoris sui, quanquam dissentire ab eo non timide solet. Namque Aristoteles idoneam maxime ad scribendum demonstratiuam proximamque ab ea iudicalem putauit, uidelicet, quoniam prior illa tota esset ostentationis, hæc secunda egeret artis, uel quod ad fallendum, si ita poposcisset utilitas, consilio, fide, prudentiaque constarent. Quibus in demonstratiua consentio. Nam & omnes alij scriptores idem tradiderunt. In iudicijs autem consilijque, secundum conditionem ipsius quæ tractabitur rei, accommodandam dicendi credo rationem. Nam & Philippicas Demosthenis ipsedem quibus habitas in iudicijs orationes, uideo eminere uirtutibus. Et Ciceronis sententiæ, & conciones, non minus clarum quam est in accusationibus ac defensionibus eloquentiæ lumen ostendunt. Dicit tamen de suasoria idem hoc modo: Tota autem oratio simplex & grauis, & sententijs debet esse ornatio, quam uerbis. Vsum exemplorum nulli materiæ magis conuenire, merito ferè omnes consentiunt, cum plerumque uideantur respondere futura præteritis, habeaturque experimentum, uelut quoddam rationis testimoniū. Breuitas quoque, aut copia non genere materiæ, sed modo constant. Nam ut in consilij plerumque simplicior quæstio est, ita sæpe in causis minor. Quæ omnia uera esse sciet, si quis non orationes modo, sed historias etiam (namque in his conciones ac sententiæ plerumque suadendi ac dissuadendi funguntur officio) legere maluerit, quam in commentarijs rhetorum consensescere. Inueniet enim nec in consilij abrupta initia, & concitatius sæpe in iudicijs dictum, & uerba aptata rebus in utroque genere, & breuiores aliquando causarum orationes quam sententiarum. Ne illa quidem in his uitia deprehendet, quibus quidam declamatores laborant, quod & contra sententibus inhumane conuiciantur, & ita plerumque dicunt, tanquam ab his qui deliberant, utique dissentiant. Itaque obiurgantibus, similiores sunt quam suadentibus. Hæc adulescentes sibi scripta sciãt, ne aliter quam dicturi sint exerceri uelint, & in desuescendis morentur. Cæterum cum aduocari cœperint in consilia amicorum, dicere sententiã in senatu, suadere si quid consulet princeps, quod præceptis fortasse non credunt, usu docebunt.

De partibus causarum iudicialium. CAP. XI.

Nunc de iudicali genere, quod est præcipue multiplex, sed officij constat duobus, intentionis ac depulsionis. Cuius partes ut plurimis autoribus placuit, quinque sunt, proœmium, narratio, probatio, refutatio, peroratio. His adiecerunt quidam partitionem, propositionem, excessum. Quarum priores duæ probationi succedunt: Nam proponere quidem quæ sit probaturus, necesse est, sed & concludere. Cur igitur si illa pars causæ est, non & hæc sit? Partitio uero dispositionis est species, ipsa dispositio pars rhetorices, & per omnes materias, totumque earum corpus æqualiter fusa, sicut inuentio & elocutio. Ideoque eam non orationis totius partem unam esse credendum est, sed

C quæstionū etiā singularū. Quæ nanq; est quæstio, in qua nō promittere possit orator, quid primo, quid secūdo, quid tertio sit loco dicturus: quod est proprium partitionis. Quā ergo ridiculum est, quæstionem quidem speciem esse probationis, partitionem autem quæ sit species quæstionis, partem orationis uocari? Egressio uero, uel, quod usitatus esse cœpit, excessus, siue est extra causam, non potest esse pars causæ, siue est in causa, adiutorium, uel ornamentum partium earum est, ex quibus egreditur. Nam si quicquid in causa est, pars causæ uocabitur, cur non argumentum, similitudo, locus communis, affectus, exempla, partes uocentur? Tamen neq; his assentior, qui detrahunt refutationem, tanquam probationi subiectā, ut Aristoteles. Hæc enim est quæ constituat, illa quæ destruat. Hoc quoque idem aliquatenus nouat, quod proœmio non narrationem subiungit, sed propositionem. Verum id facit quia propositio genus, narratio species uidetur, & hac nō semper, illa semper & ubiq; credit opus esse. Verum ex his, quas constitui partibus, non ut quicq; primum dicendum, ita primum cogitandum est. Sed ante omnia intueri oportet, quod sit genus causæ, quid in ea quærat, quæ prosint, quæ noceant, deinde quid confirmandum sit ac refellendum, tum quomodo narrandum. Expositio enim probationum est præparatio, nec esse utilis potest, nisi prius constiterit quid debeat de probatione promittere. Postremo intuentū, quem admodum iudex sit conciliandus. Neq; enim nisi totis causæ partibus diligenter inspectis, scire possumus, qualem nobis facere animum cognoscentis expediat, seuerum an mitem, concitatum an remissum, aduersum gratiæ, an obnoxium. Nec ideo tamen eos probauerim, qui scribendum quoque proœmiū nouissime putant. Nam ut conferri materiam omnem oportet, & quid quoque loco sit opus constare debet, ante quā dicere aut scribere ordiamur, ita incipiendū ab his que prima sunt. Nam nec pingere quisquā aut fingere cœpit à pedibus. Nec deniq; ars ulla consummatur ibi, unde oriendū est. Quid fiet alioqui si spaciū cōponendi orationem stylo non fuerit? nōne nos hæc inuersa consuetudo deceperit? Inspicienda igitur materia est, quo præcipimus ordine, scribenda quo dicimus.

De generibus iudicialium controuersiarum. CAP. XII.



Ceterum causa omnis, in qua pars altera agentis est, altera recusantis, aut unius rei controuersia constat, aut plurium. Hæc simplex dicitur, illa coniuncta. Vna controuersia est per se furti, per se adulterij. Plures aut eiusdem generis, ut in pecunijs repetundis: aut diuersi, ut si quis sacrilegij & homicidij simul accusetur, quod nunc in publicis iudicijs non accidit, quoniā Prætor certa lege sortitur, principum autem & senatus cognitionibus frequens est, & populi fuit. Priuata quoque iudicia, sæpe unum iudicem habere multis & diuersis formulis solent, nec aliæ species erunt, etiam si unus à duobus duntaxat eandem rem, atq; ex eadem causa petet, aut duo ab uno, aut plures à pluribus

A pluribus, quod accidere in hereditarijs litibus interim scimus, quia quamuis in multis personis, causa tamen una est, nisi conditio personarum quæstiones uariauerit. Diuersum his tertium genus, quod dicitur comparatiuum, cuius rei tractatus in parte causæ frequens est, ut cum apud Centū uiros post alia quæritur & hoc, uter dignior hæreditate sit. Rarum est autem, ut in foro iudicia propter id solum constituentur, sicut diuinationes, quæ fiunt de accusatore constituendo, & nonnunquam inter delatores, uter præmiū meruerit. Adiecerunt quidam numero mutuum accusatiōnem, quæ ἀνάντησις uocatur, alijs uidelicet succedere hanc quoque comparatiuo generi existimantibus, cui similis erit petitionum inuicem diuersarum, quod accidit uel frequentissime, id si & ipsum uocari debet ἀνάντησις, nam proprio caret nomine, duo erunt genera eius, alterum, quo litigatores idem crimen inuicem intentant: alterum, quo aliud atq; aliud, cui & petitionum conditio par est. Cum apparuerit genus causæ, tum intuebimur, negetur ne factum, quod intenditur, an defendatur, an alio nomine appelletur, an à genere actionis repellatur, unde sunt status.

Quid quæstio, & quæ sit ratio, iudicatio, continens, & quatenus necessaria. CAP. XIII.



Is inuentis, intuendum deinceps Hermagore uidetur, quid sit quæstio, ratio, iudicatio, continens, id est ὁμολογία, uel ut alij uocant, firmamentum. Quæstio latius intelligitur omnis, de qua in utranq; partem, uel in plures dici credibile potest. In iudiciali autem materia dupliciter accipienda est: altero modo, quo dicimus multas quæstiones habere controuersiam, quo etiā minores omnes complectimur: Altero, quo significamus summam illam, in qua causa uertitur, de hac nunc loquor, ex qua nunc nascitur status, an factū sit, quid factum, an recte factum sit. Has Hermagoras & Apollodorus, & alij plurimi scriptores proprie quæstiones uocant. Theodorus, ut dixi, capita generalia, sicut illas minores, aut ex illis pendentes, specialia. Nam & quæstionem ex quæstione nasci, & speciem in species diuidi cōuenit. Hanc igitur quæstionem ueluti principalem uocant ζήτησις. Ratio autem est, qua id quod factum esse constat, defenditur. Et cur nō utamur eodem, quo sunt usi ferè omnes exemplo? Orestes matrem occidit. Hoc constat. Dicit se iuste fecisse. Status erit qualitatis: Quæstio, an iuste fecerit. Ratio, quod Clytemnestra maritū suum, patrē Orestis occidit, hoc αἰτιον dicitur. κρινομένην Iudicatio autem iudicatio, an oportuerit uel nocentē matrem à filio occidi. Quidam diuiserunt αἰτιον & αἰτιον, ut esset altera propter quam iudicium constitutum est, ut occisa Clytemnestra: altera, qua factum defenditur, ut occisus Agamemnon. Sed tanta est circa uerba dissensio, ut alij αἰτιον causam iudicij, αἰτιον autem facti uocent: alij eadem in contrariū uertant. Latinorum quidam hoc initium, & rationem uocauerunt, quidam utranq; eodem nomine appellant. Causa quoque ex causa, id est αἰτιον ἢ αἰτιον nasci uidetur,

C quale est, occidit Agamemnonem Clytemnestra, quia ille filiā cōmunem immolauerat, & captiuam pellicem adducebat. Iidem putant & sub una quæstione plures esse rationes, ut si Orestes & alteram afferat causam matris necatę, quod responsis sit impulsus. Quot autem causas faciendi, totidem iudicationes. Nam & hæc erit iudicatio, an responsis parere debuerit. Sed & una causa plures habere quæstiones & iudicationes, ut ego arbitror, potest, ut in eo, qui cum adulteram deprehensam occidisset, adulterum qui iam effugerat, postea in foro occidit. Causa enim est una, adulter fuit, quæstiones & iudicationes, an illo tempore, an illo loco licuerit occidere. Sed sicut, cum sint plures quæstiones, omnesq; suos status habeant, causæ tamen status unus sit ad quem referuntur omnia, ita iudicatio maxime propria, de qua pronuntiatur. *Συμῆλον* autem quod, ut dixi, continens alij, firmamentū alij putant, Cicero firmissimā argumentationem defensoris, & appositissimam ad iudicationem, quibusdā id uidetur esse, post quod nihil quæritur, quibusdam id quod ad iudicationem firmissimum affertur. Causa facti non in omnes controuersias cadit. Nam quæ fuerit causa faciendi ubi factum negatur? At ubi causa tractatur, negant eodem loco esse iudicationem, quo quæstionem, idq; & in Rhetoricis Cicero, & in Partitionibus dicit. Nam & in coniectura est quæstio ex illo, factum, non factum, an factū sit, ibi ergo iudicatio, ubi quæstio: quia in eadem re prima quæstio, & extrema disceptatio. At in qualitate, matrem Orestes occidit, recte, non recte, an recte occiderit, quæstio, nec statim iudicatio, quando ergo? illa patrem meum occiderat. Sed non ideo tu matrem debuisti occidere: an debuerit, hic iudicatio. Firmamentum autem uerbis ipsius ponam: Si uelit Orestes dicere eiusmodi animum matris sue in patrem suum, in seipsum ac sorores, in regnum, in famam generis ac familiaris, ut ab ea pœnas liberi sui potissimum ptere debuerint. Utuntur alij & talibus exemplis: Qui bona paterna consumpserit ne concionetur: in opera publica consumpsit, quæstio, an quisquis consumpserit, prohibendus sit, iudicatio, an qui sic, uelut in causa militis Aruncij, qui Lusium Tribunum uim sibi inferentem interfecit, quæstio an iure fecerit, ratio, quod is uim afferebat, iudicatio, an indemnatum, an Tribunum à milite occidi oportuerit. Alterius etiam status quæstionē, alterius iudicationem putant. Quæstio qualitatē, an recte Clodiū Milo occiderit, iudicatio coniecturalis, an Clodius insidias fecerit. Ponunt & illud, sæpe causam in aliam quam rem dimitti, quæ nō sit propria quæstionis, & de ea iudicari. A quibus multū dissentio. Nam & illa quæstio, an omnes qui paterna bona consumpserint, cōcione sint prohibendi, habeat oportet suam iudicationem. Ergo non alia quæstio, alia iudicatio erit, sed plures quæstiones, & plures iudicationes. Quid? non in causa Milonis ipsa coniectura refertur ad qualitatē? Nam si est insidiatus Clodius, sequitur ut recte sit occisus. Cum uero in aliquam rem missa causa, est recessum à quæstione, quæ erat constituta

Firmamentum.

† aut ubi causa tractatur? Negant, & c.

A stituta quæstio ubi iudicatio est. Paulū in his scē etiā Cicero dissentit. Nā in Rhetoricis (quemadmodū supra dixi) Hermagorā est secutus, in Topicis ex statu effectā contentionē *κρηρόμενον* existimat, idq; Trebatio, qui iuris erat consultus, alludens, qua de re agitur appellat, quibus id cōtinea tur, continentia, quasi firmamenta defensionis, quibus sublatis defensio nulla sit. At in Partitionibus oratorij firmamentū, quod opponitur defensionis, quia cōtinens quod primū sit, ab accusatore dicatur, ratio à reo, ex rationis & firmamētī quæstione disceptatio sit iudicationū. Verius igitur & breuius qui statū, & cōtinens, & iudicationē, idem esse uoluerunt. Continens aut id esse, quo sublato, lis esse nō possit. Hoc mihi uideē utranque causam cōplecti, et quod Orestes matrē, & quod Clytemnestra Agamemnonē occiderit. Iidē iudicationē & statū consentire semper existimant. Neq; enim aliud eorū rationi conueniens fuisset. Verū hæc affectata subtilitas, circa nomina rerū, ambitioso labore à nobis in hoc assumpta solū, ne parū diligenter inquisisse de opere, quod aggressi sumus, uideremur. Simplicius autē instituenti non est necesse, per tam minutas rerum particulas rationē † dicendi concidere. Quo uitio multū quidē laborarūt, † docendi præcipue tamen Hermagoras, uir alioquī subtilis, & in plurimis admirandus, tantū diligentia nīmīū sollicitæ, ut ipsa eius reprehensio laude aliqua non indigna sit. Hæc aut breuior, & uel ideo lucidior multo uia, nec discentem per ambages fatigabit, nec corpus orationis in parua momenta diducendo consumeret. Nam qui uiderit quid sit quod in controuersiam ueniat, quid in eo, & per quæ uelit efficere pars diuersa, quid nostra (quod in primis est intuendum) nihil eorum ignorare, de quibus supra diximus poterit. Nec est ferè quisquā, modò non stultus, atq; ab omni prorsus usu dicendi remotus, quin sciat, & quid litē faciat, quod ab illis causa uel continens dicitur, & quæ sit inter litigantes quæstio, & de quo iudicari oporteat, quæ omnia idem sunt. Nam & de eo quæstio est, quod in controuersiam uenit, & de eo iudicatur, de quo quæstio est. Sed non perpetuò intendimus in hæc animū, & cupiditate laudis utcunq; acquirendæ, uel dicendi uoluptate euagamus, quādo uberior semper extra causam materia est, quia in cōtrouersia pauca sunt extra omnia, & hic dicit de his quæ accipi mus, illic de quibus uolumus. Nec tam hoc præcipiendū est, ut quæstionem, continens, iudicationē inueniamus: nam id quidē facile est, quā ut intueamur semper, aut certe si digressi fuerimus, saltē respiciamus, ne plausum affectantibus arma excidant. Theodori schola, ut dixi, omnia refert ad capita. His plura intelligūtur. Vno modo summa quæstio, item ut status: altero cæteræ, quæ ad summū referuntur: tertio propositio cum affirmatione, ut diximus. Caput rei est apud Menandrū, *κεφάλαιον ὄντι*. In uniuersum autem quicquid probandū est, erit caput, sed id maius aut minus. Et quoniam quæ de his erant à scriptoribus artium tradita, uerbosius etiā quā necesse erat exposuimus. Præterea quæ partes essent iudicialiū causarū, supra dictū est: proximus liber, proœmia, id est exordia concipiet.

Libri tertij finis.

M. FABII QVINTILIA.

NI DE INSTITVTIONE ORATORIA, AD MARCEL-
LVM VICTORIVM LIBER QVARTVS, QVI EST
DE EXORDIO, NARRATIONE, EGRESSIO-
NE, PROPOSITIONE, PARTITIONE.

PROLOGVS.



PERFECTO Marcelle Victori operis tibi dedicati tertio libro, & iam quarta fere laboris parte transacta, nouæ insu per mihi diligentia causa, & altior sollicitudo, quale iudicium hominum emereret, accessit. Adhuc enim uelut studia inter nos conferebamus, & si parum nostra institutio probaretur à cæteris, cõtenti fore domestico usu uidebamus, ut tui meiq; filij disciplinam formare satis putaremus. Cum uero mihi DOMITIANVS Augustus soris suæ nepotũ delegauerit curam, non satis honorem iudiciorum cœlestium intelligam, nisi ex hoc oneris magnitudinem metiar. Quis enim mihi aut mores excolendi sit modus, ut eos non immerito probauerit sanctissimus censor: aut studia, ne sefellisse in his uidear principem, ut in omnibus, ita in eloquentia quoq; eminentissimum? Quod si nemo miratur poetas maximos sæpe fecisse, ut non solum initijs operum suorum Musas inuocarent, sed prouecti quoq; longius, cum ad aliquem grauiorem uenissent locum, repeterent uota, & uelut noua precatione uterentur, mihi profecto poterit ignosci, si quod initio, quo primũ hanc materiam inchoaui, non fecerim, nunc omnes in auxilium deos, ipsumq; in primis, quo neq; præsentius aliud, neq; studijs magis propitium numen est, inuocem, ut quantum nobis expectationis adiecit, tantũ ingenij aspi-ret, dexterq; ac uolens adsit, & me qualem esse credidit, faciat. Cuius mihi religionis non hæc sola ratio, quæ maxima est, sed alioqui sic procedit ipsum opus, ut maiora præteritis, ac magis ardua sint, quæ ingredior. Sequitur enim, ut iudicialium causarum quæ sunt maxime uariæ ac multipli ces, ordo explicetur, quod procemij sit officium, quæ ratio narrandi, quæ probationum sit fides, seu proposita confirmamus, seu contrã dicta dissol uimus, quanta uis in perorando, seu reficienda breui repetitione rerũ, me memoria est iudicis, siue affectus (quod est longe potentissimum) com mouendi. De quibus partibus singulis quidam separatim scribere malue runt, uelut onus totius corporis ueriti, & sic quoque complureis de una- quaque rerum earum libros ediderunt, quas ego omnes ausus contexere propè infinitum mihi laborem prospicio, & ipsa cogitatione suscepti mu neris fatigor. Sed durandum est, quia cœpimus; & si uiribus deficiemur, animo tamen perseuerandum.

De



QUOD principium uel exordium dicitur, maiore quadam ratio- ne Græci uidentur προίμιον nominasse, quo à nostris modo ini- tium significatur, illi satis clare partẽ hanc esse ante ingressum rei, de qua dicendum sit, ostendunt. Nam siue propterea, quod οἶμις cantus est, & citharædi pauca illa, quæ antequam legitimum certamen inchoent, emerendi fauoris gratia canunt, procemium cognomina- uerunt: oratores quoq; ea quæ prius quàm causam exordiantur, ad conci liandos sibi iudicum animos præloquuntur, eadem appellatione signa- runt. Siue quod οἶμιον ijdẽ Græci uiam appellant, id quod ante ingressum rei ponitur, sic uocare est institutum, certe procemiũ est, quod apud iudi- cem priusquam causam cognouerit, proficit. Vitio seq; in scholis facimus, quod exordio semper sic utimur, quasi causam iudex iam nouerit. Cuius rei licentia ex hoc est, quod ante declamationem, illa uelut imago litis ex- ponitur. Sed in foro quoq; contingere istud principiorum genus secun- dis actionibus potest, primis quidem raro, nunquam nisi forte apud eum cui res aliunde iam nota sit, dicimus. Causa principij nulla alia est, quàm ut auditorem, quo sit nobis in cæteris partibus accommodatior, præpare- mus. Id fieri tribus maxime rebus inter autores plurimos cõstat, si bene- uolum, attentum, docilem fecerimus: non quia ista per totam actionem non sint custodienda, sed quia initijs præcipue necessaria, per quæ in ani- mum iudicis, ut procedere ultra possimus, admittimur. Beneuolentiam, aut à personis ducimus, aut à causis accipimus. Sed personarum non est (ut pleriq; crediderunt) triplex ratio, ex litigatore, aduersario, & iudice. Nam exordium duci nonnunquam etiam ab actore causæ solet. Quan- quam enim pauciora de seipso dicit, & parcius, plurimũ tamen ad omnia momenti est in hoc positum, si uir bonus creditur: sic enim continget, ut non studium aduocati uideatur afferre, sed penè testis fidem. Quare in primis existimetur uenisse ad agendum ductus officio uel cognationis, uel amicitia, maximeq; si fieri poterit, Reip. aut alicuius certe nõ medio- cris exempli. Quod sine dubio multo magis ipsis litigatoribus faciendũ est, ut ad agendum magna atq; honesta ratione, aut etiam necessitate ac- cessisse uideantur. Sed ut præcipua in hoc dicentis autoritas, si omnis in subeundo negotio suspicio sordium, aut odiorum, aut ambitionis abfue- rit, ita quædam in his quoq; commendatio tacita, si nos infirmos & impa- res agentũ contrã ingenijs dixerimus, qualia sunt pleraq; Messalæ proce- mia. Est enim naturalis fauor pro laborantibus, & iudex religiosus liben- tissime patronum audit, quem iustitiæ suæ minime timet. In de illa ueterũ circa occultandam eloquentiam simulatio, multum ab hac nostrorũ tem- porum iactatione diuersa. Vitandum etiam ne contumeliosi, maligni, su- perbi, maledici in quenquã hominẽ ordinẽ uideamur, præcipue eo- rum, qui lædi nisi auersa iudicum uoluntate, non possunt. Nam in iudicẽ

Beneuolentia.

C ne quid dicatur, nō modò palam, sed quod omnino intelligi possit, stultū
 † *Et enim* erat monere, nisi fieret. † Etiā partis aduersæ patronus dabit exordio ma-
 teriam, interim cū honore, si eloquentiā eius, ac gratiā nos timere fingē-
 do, ut ea suspecta sint iudici, fecerimus. Interim per contumeliā, sed hoc
 perquam raro, ut Asinius pro Vrbiniæ hæredibus, Labienū aduersarij
 patronum inter argumenta causæ male posuit. Negat hæc esse proœmia
 Corn. Celsus, quæ sint extra litē. Sed ego cum autoritate summorū auto-
 rum magis ducor, tū pertinere ad causam puto, quicquid ad dicentē per-
 tinet, cum sit naturale, ut iudices his quos libentius audiunt, etiā facilius
 credant. Ipsius autē litigatoris persona tractanda uarie est. Nam tū digni-
 tas eius allegatur, tum cōmendatur infirmitas, nonnunquā contingit rela-
 tio meritorū, de quibus uerecundius dicendū erit sua quā aliena laudan-
 ti, Multū agit sexus, ætas, conditio, ut in fœminis, senibus, pupillis, libe-
 ros, parentes, coniuges allegantibus. Nam sola rectum quoq; iudicē incli-
 nat miseratio. Degustanda tamen hæc proœmio, nō cōsummanda. Ad-
 uersarij uero persona propè ipsedem omnibus, sed è contrario ductis impu-
 gnari solet. Nam & potentes sequitur inuidia, & humiles abiectosq; con-
 temptio, & turpes ac nocentes odiū. Quæ tria sunt ad alienandos iudicū
 animos potentissima. Neq; hæc dicere satis est, quod datur etiā imperi-
 tis, pleraq; augenda aut minuenda, ut expediet, hoc enim oratoris est, il-
 lud causæ. Iudicē conciliabimus nobis non tantū laudando eum, quod &
 fieri cum modo debet, & est tamen parti utriq; cōmune, sed si laudē eius
 ad utilitatē causæ nostræ coniunxerimus, ut allegemus pro honestis di-
 gnitatē illi suam, pro humilibus iustitiā, pro infelicibus misericordiā, pro
 † *illam* læsis seueritatē, & similiter cætera. Mores quoq; (si fieri potest) iudicis ue-
 lim nosse. Nam prout asperi, lenes, iucundi, graues, duri, remissi crūt, aut
 assumere in causam naturas eorū, qua competent, aut mitigare, qua repu-
 gnabunt, oportebit. Accidit autem interim hoc quoq;, ut aut nobis inimi-
 cus, aut aduersario sit amicus, qui iudicat, quæ res utriq; parti tractanda
 est, ac nescio, an & ei magis, in quā uidetur propensior. Est enim nonnun-
 quam prauis hic ambitus, aduersus amicos, aut pro his quibuscū simulta-
 tes gerant pronuntiandi faciendiq;, iniuste ne fecisse uideantur. Fuerunt
 etiam quidam rerū suarū iudices. Nam & in libris Observationū à Septi-
 mio editis, affuisse Ciceronē tali causæ inuenio. Et ego pro regina Bereni-
 ce apud † ipsam causam dixi. Similis hic quoq; superioribus ratio est, ad-
 uersarius enim fiduciā partis suæ iactat, patronus timet cognoscētis uere-
 cundiā. Præterea detrahenda, uel confirmanda opinio, siquam præcipue
 domo uidebitur iudex attulisse. Metus etiam nonnunquam est amouen-
 dus, ut Cicero pro Milone, ne arma Pompei disposita contra se putarent,
 laborauit. Nonnunquā adhibendus, ut idem in Verrem facit. Sed adhi-
 bendi modus alter ille frequēs est & fauorabilis, ne male sentiat † populus
 † *Prætor* Romanus, ne iudicia transferantur: Alter autem asper & rarus, quo mi-
 natur

A natur corruptis accusationem, & id quidem in concilio ampliore, ut cunq;
 tutius, nam & mali inhibētur, & boni gaudent. Apud singulos uero nun-
 quam suaferim, nisi defecerint omnia, quæ necessitas exigit. Non erit iam
 ex arte oratoria, non magis quā appellare, etiam si id quoq; sæpe utile
 est, aut antequā pronunciet reum facere. Nam & minari, & deferre etiam
 non orator potest. Si causa conciliandi nobis iudicis materiam dabit, ex
 hac potissimū aliqua in usum principij, quæ maxime fauorabilia uidebun-
 tur, decerpi oportebit. Quo in loco Virginius fallitur, qui Theodoro pla-
 cere tradit, ut ex singulis quæstionibus, singuli sensus in proœmium con-
 ferantur. Nam ille non hoc dicit, sed ad potentissimas quæstiones iudi-
 cem præparandum. In quo uitij nihil erat, nisi in uniuersum id præcipe-
 ret, quod nec omnis actio patitur, nec omnis causa desiderat. Nam pro-
 tinus à petitore primo loco, dum ignota iudici lis est, quomodo ex quæ-
 stionibus ducemus sententias? nimirum res erunt iudicandæ prius. De-
 mus aliquas, nam id exigit ratio nonnunquā, etiā ne potētissimas omnes,
 id est, totam causam? sic erit in proœmio peracta narratio. Quid uero si
 (ut frequenter accidit in proœmio) paulo est durior causa, non beneuo-
 lentia iudicis petenda ex alijs partibus erit? sed non nisi ante conciliatio
 eius animo, nuda quæstionū cōmittetur asperitas: quæ si recte semper ini-
 tio dicendi tractarentur, nihil proœmio opus esset. Aliqua ergo nonnun-
 quam, quæ erunt ad conciliandum nobis iudicem potentissima, non inuti-
 liter interim ex quæstionibus in exordio locabuntur. Quæ sint porro in
 causis fauorabilia, enumerare non est necesse, quoniā & manifesta erunt
 cognita cuiusq; † cōtrouersia conditione, & omnia colligi in tanta litiū ua-
 rietate non possunt. Vt autem hoc inuenire & augere, ita quod lædit, aut
 † *causa* omnino repellere, aut certe minuere, ex causa est. Miseratio quoq; aliquan-
 do ex eadem uenit, siue quod passi sumus graue, siue passuri. Neq; enim
 sum in hac opinione, qua quidā, ut eo distare proœmium ab epilogo cre-
 dam, quod in hoc præterita, in illo futura dicantur. Sed quod in ingressu
 parcius & modestius prætentanda est iudicis misericordia, in epilogo ue-
 ro liceat totos effundere affectus, & fictam orationem induere personis,
 & defunctos excitare, & pignora eorum producere, quæ minus exordijs
 sunt usitata. Sed hæc quæ supra dixi, non mouere tantum, uerū ex diuer-
 so amoliri quoque proœmio opus est. Vt autem nostrum miserabilem, si
 uincamur, exitum, ita aduersariorum superbum, si uicerint, utile est credi.
 Sed ex his quoq;, quæ non sunt personarum nec causarum, uerum adiun-
 cta personis & causis, duci proœmia solent. Personis applicantur non pi-
 gnora modò, de quibus supra dixi, sed propinquitates, amicitia interim,
 regiones etiam, ciuitatesq;, & si quid aliud eius, quem defendimus, casu
 lædi potest. Ad causam extra pertinet tempus, unde principium pro Cæ-
 lio. Locus, unde pro Deiotaro. Habitus, unde pro Milone. Opinio, un-
 de in Verrem. Deinceps ne omnia enumerentur, fama iudiciorum, expe-

Cctatio uulgi, nihil enim horū in causa est, ad causam tamen pertinet. Adijcit Theophrastus ab actione principium, quale uidetur esse Demosthenis pro Ctesiphonte, ut sibi dicere suo potius arbitrio liceat rogantis, quam eo modo, quem accusator actione præscripserat. Fiducia ipsa solet opinione arrogantiae laborare. Faciunt fauorem & illa penè communia, non tamen omittenda: uel ideo ne occupentur, optare, abominari, rogare, sollicitum agere. Quia plerumque attentum iudicem facit, si res agi uidetur noua, magna, atrox, pertinens ad exemplum, præcipue tamen si iudex, aut sua uice, aut reipub. comouetur, cuius animus spe, metu, admonitione, precibus, uanitate denique, si id profuturum credemus, agitandus est. Sunt & illa excitandis ad audiendum non inutilia, si nos neque diu moraturos, neque extra causam dicturos existiment. Docile sine dubio & hæc ipsa præstat attentio, sed & illud, si breuiter & dilucide summam rei, de qua cognoscere debeat, indicauerimus, quod Homerus atque Vergilius operum suorum principijs faciunt. Nam istius rei modus est, ut propositioni similior sit, quam expositioni, nec quomodo quicquam sit actum, sed de quibus sit dicturus, orator ostendat. Nec uideo quod huius rei apud oratores possit reperiri melius exemplum, quam Ciceronis pro A. Cluentio: Animaduerti iudices omnem accusatoris orationem, in duas diuisam esse partes, quarum altera mihi niti, & magnopere confidere uidebatur, inuidia iam inueterata iudicij Iuniani: altera tantummodo consuetudinis causa, timide & diffidenter attingere rationem ueneficij criminum, qua de re lege hæc est quaestio constituta. Id tamen totum respondententi facilius est, quam proponenti, quia hic admonendus iudex, illic docendus est. Nec me quanquam magni autores in hoc duxerint, ut non semper facere attentum, ac docilem iudicem uelim, non quia nesciam id quod ab illis dicitur, esse pro mala causa, qualis ea sit, non intelligi, uerum quia istud non negligentia iudicis contingit, sed errore: dixit enim aduersarius, & fortasse persuasit, nobis opus est eius diuersa opinione, quæ mutari non potest, nisi illum fecerimus ad ea quæ dicemus, docilem & attentum. Quid ergo? imminuenda quædam & leuanda, & quasi contemnenda esse consensio ad remittendam intentionem iudicis, quam aduersario præstat, ut fecit pro Ligario Cicero. Quid enim agebat aliud ironia illa, quam ut Cæsar minus se in rem tanquam non nouam intenderet? Quid pro Cælio, quam ut res expectatione minor uideretur? Verum ex his quæ proposui, aliud in alio genere causæ desiderari palam est. Genera porro causarum plurimi quinque fecerunt, honestum, humile, dubium, uel anceps, admirabile, obscurum, id est ενδοξον, ἀδοξον, ἀμειδον, ἠδύδοξον, δις ἢ ἀπολογητικόν. Sunt quibus recte uideatur adijci turpe, quod alij humili, alij admirabili subiiciunt. Admirabile autem uocant, quod est præter opinionem hominum constitutum. In ancipiti maxime beneuolum iudicem: in obscuro docilem: in humili attentum parare debemus. Nam honestum quidem ad conciliationem satis per se ualet. In admirabili, & turpi, reme

Docilitas.

leuanda

Genera causarum.

Api, remedijs opus est. Et eo quidem exordium in duas diuidunt partes, principium, & insinuationem, ut sit principijs recta beneuolentia, & attentionis postulatio, quæ esse in turpi genere causæ non possit. Insinuatio surreat animis, maxime ubi frons causæ non satis honesta est, uel quia res sit improba, uel quia hominibus parum probetur. Aut si facie ipsa quoque premitur, uel inuidia consistentis ex diuerso patroni, aut patris, uel miserabilis senis, cæci, infantis. Et quidem quibus aduersus hæc modis sit mendum, uerbosius tradunt, materiasque sibi ipsi fingunt, & ad morem actionum prosequuntur. Sed hæc cum oriantur ex causis, quarum species consequi omnes non possumus, nisi generaliter comprehendantur, in infinitum sunt extrahendæ. Quare singulis consilium ex propria ratione nascetur. Illud in uniuersum præceperim, ut ab his quæ ledunt, ad ea quæ profint, refugiamus. Si causa laborabimus, persona subueniat: si persona, causa: si nihil quod nos adiuuet erit, quaeramus quid aduersarium lædat. Nam ut optabile est plus fauoris mereri, sic proximum, odij minus. In his quæ negari non poterunt, elaborandum ut aut minora quam dictum est, aut alia mente facta, aut nihil ad præsentem quaestionem pertinere, aut emendari posse poenitentia, aut satis iam punita uideantur. Ideoque agere aduocato quam litigatori facilius, quia & laudat sine arrogantia crimine, & aliquando utiliter etiam reprehendere potest. Nam se quoque moueri interim fingit, ut pro Rabirio Posthumo Cicero dum aditum sibi ad aures facit, & autoritate induit uera sentientis, quo magis credatur uel defendenti eadem uel neganti. Ideoque primum hoc intueamur, litigatori an aduocati persona sit utendum, quoties utrumque fieri potest. Nam id in schola liberum est, in foro rarum, ut sit idoneus suæ rei quisque defensor. Declamaturus autem maxime positus in affectibus causas, proprijs personis debet inducere. Hi sunt enim qui mandari non possunt, nec eadem uel perferuntur alieni animi, qua sui motus. His etiam de causis insinuatione uidetur opus esse, si aduersarij actio iudicum animos occupauerit, si dicendum apud fatigatos est, quorum alterum promittendo nostras probationes, & aduersas eluendo, uitabimus: alterum spe breuitatis, & his quibus attentum fieri iudicem docuimus. Et urbanitas opportuna reficit animos, & undecumque petita iudicis uoluptas leuat tedium. Non inutilis etiam est ratio occupandi, quæ uidentur obstare, ut Cicero dicit scire se, mirari quosdam quod his qui per tot annos defenderit multos, leserit neminem, ad accusandum Verrem descenderit. Deinde ostendit hanc ipsam sociorum defensionem, quod schema prolepsis dicitur. Id cum sit utile aliquando, nunc à declamatoribus quibusdam penè semper assumitur, qui fas non putant, nisi à contrario incipere. Negant Apollodorum secuti, tres esse (de quibus diximus) præparandi iudicis partes, sed multas species enumerant, ut ex moribus iudicis, ex opinionibus ad causam extra pertinentibus, ex opinione de ipsa causa, quæ sunt propè infinitæ, tum his ex quibus omnes constant controuer

Insinuatio.
fors

eludendo

C siæ, personis, factis, dictis, causis, temporibus, locis, occasionibus ceteris, quas ueras esse fateor, sed in hæc genera recidere. Nam si iudicem beneuolum, attentum, docilem habeo, quid amplius debeam optare, non reperio, cum metus ipse, qui maxime uidetur esse extra hæc, & attentum iudicem faciat, & ab aduerso favore deterreat? Verum quoniam non est satis demonstrare discentibus, quæ sint in ratione proœmiij, sed dicendum etiam quomodo perfici facillime possint, hoc adiucio, ut dicturus intueatur, quid, apud quem, pro quo, contra quem, quo tempore, quo loco, quo rerum statu, qua uulgi fama dicendum sit, quid iudicem sentire credibile sit antequam incipiamus, tū quid aut desideremus, aut deprecemur, ipsa illum natura eò ducet, ut sciat quid primum dicendum sit. At nunc omne quod cœperint, proœmiū putant, & ut quicq; succurrerit, utiq; si aliqua sententia blandiat. Exordia autē multa sine dubio ex alijs partibus sunt, ^{† ducitur} aut alijs partibus causæ communia, nihil tamen in quoquam melius † dicitur, quam quod æque bene dici alibi non possit. Multum gratiæ exordio est, quod ab actione aduersæ partis materiam trahit, hoc ipso, quod non compositum domi, sed ibi, atq; ex re natum, & facilitate famam ingenij auget, & facie simplicis sumptiq; ex proximo sermonis fidem quoque acquirit, adeo ut etiam si reliqua scripta atq; elaborata sint, tamen plerunq; uideatur tota extemporalis oratio, cuius intium nihil præparatum habuisse manifestum est. Frequentissime uero proœmiū decedit, & sententiarum, & compositionis, & uocis, & uultus modestia, adeo ut in genere causæ etiam indubitabili, fiducia se ipsam nimium exerere non debeat. Odit enim iudex ferè litigantis securitatem, cumq; ius suū intelligat, tacitus reuerentiam postulat. Nec minus diligenter, ne suspecti simus ulla parte uitandū, propter quod minime ostentari debet in principijs cura, quia uidetur ars omnis dicentis contra iudicem adhiberi. Sed ipsum istud euitare summæ artis. Nam id sine dubio ab omnibus & quidem optime præceptum est, uerum aliquatenus temporum conditione mutatur, quia iam quibusdam iudicijs, maximeq; capitalibus, ut apud Centumuiros, ipsi iudices exigunt sollicitas & accuratas actiones, contemniq; se, nisi in dicendo etiā diligentia appareat, credunt: nec doceri tantum, sed etiā delectari uolunt. Et est difficilis huius rei moderatio, quæ tamen ita temperari potest, ut uideamur accurate, non callide dicere. Illud ex præceptis ueteribus manet, ne quid insolens uerbum, ne audacius translatum, ne aut obsoleta uetustate, aut poëtica licentia sumptum in principio deprehendatur. Nondū enim recepti sumus, & custodit nos recens audientium intentio, magis conciliatis animis, & iam calentibus hæc libertas feretur, maximeq; cum in locos fuerimus ingressi, quorū naturalis ubertas licentiā uerbi notari circumfuso nitore nō patitur. Nec argumentis aut, nec locis, nec narrationi similis esse in proœmio debet oratio. Necq; tamen deducta semper atq; circumlata, sed sæpe simplici ac illaboratæ similis, nec uerbis uultuq; nimia promittens.

A tens. Dissimulata enim, & ut Græci dicunt ἀνεπίφρατος actio melius sæpe subrepat. Sed hæc prout formari animū iudicem expediet. Turbari memoria, uel continuandi uerba facultate destitui, nusquam turpius, cum uisiosum proœmiū possit uideri cicatricosa facies, & pessimus certe gubernator, qui naucem dum portum egreditur, impigit. Modus autem principij pro causa. Nam breuius simplices, longius perplexæ suspectæq; & infames desiderant. Ridendi uero qui uelut leges proœmijs omnibus dederrunt, † ut intra quatuor sensus terminarentur. Nec minus euitanda est immodica eius longitudo, ne in caput excreuisse uideatur, & quo præparari debet, fatiget. Sermonem à persona iudicis auersum, qui ἀνεσσοφίη dicitur, quidam in totū à proœmio submouent, nonnulla quidem in hanc persuasionem ratione ducti. Nam prorsus esse hoc magis secundum naturā confitendum est, ut eos alloquamur potissimū, quos conciliare nobis studemus. Interim tamen & est hoc proœmio necessarium, sensus aliquis, & is acrior sit, atq; uehementior ad personam directus alterius. Quod si accidat, quo iure, aut qua tanta superstitione prohibemur † dare per hanc si guram sententiæ uires? Necq; enim istud scriptores artium, quia nō liceat, sed quia non putant utile, uetant. Ita si uincet utilitas, propter eandem causam facere debemus, propter quam uctamur. Et Demosthenes autē ad Aeschinem orationem in proœmio cōuertit. Et M. Tullius cum pro alijs quibusdā, ad quos ei uisum est, tum pro Ligario, ad Tuberonē. Nam erat multo futura languidior, si esset aliter figurata, quod facilius cognoscet, si quis illam totam partem uehementissimā, cuius hæc forma est: Habes igitur Tubero, quod est accusatori maxime optandum, & cætera, conuertat ad iudicē. Tum enim uere auersa uideatur oratio, & languescat uis omnis, dicentibus nobis: Habet igitur Tubero, quod est accusatori maxime optandum. Illo enim modo pressit, atq; institit, hoc tantū indicasset. Quod idē in Demosthene si flexum illi mutaueris, accidet. Quid? non Sallustius directo ad Ciceronē, in quem ipsum dicebat, usus est principio, & quidem protinus? Grauius & iniquo animo maledicta tua paterer M. Tulli. Sicut & Cicero fecerat in Catilinā: Quousq; tandem abutere patientia nostra? Ac ne quis apostrophen miretur, idem Cicero pro Scauro ambitus reo, quæ causa est in commentarijs (nam cum bis eundem defendit) pro Popœcia loquētis pro reo utitur, pro Rabirio uero Posthumo, eodemq; Scauro reo repetundarum, etiam exemplis, pro Cluentio, ut modo ostendi, partitione. Non tamen hæc, quia possunt bene aliquando fieri, passim facienda sunt, sed quoties præceptum uicerit ratio, quomodo & similitudine, dum breui, & translatione, atq; alijs tropis, quæ omnia cauti illi ac diligentes prohibent, utemur interim, nisi cui diuina illa pro Ligario ironia, de qua paulo ante dixeram, displicet. Alia exordiorū uitia uerius tra- ^{Exordiorum uitia.} diderunt. Quod in plures causas accommodari potest, Vulgare dicitur. Id minus fauorabile, aliquando tamen non inutiliter assumimus, magnis

C saepe oratoribus non euitatum. Quo & aduersarius uti potest, commune appellatur: Quod aduersarius in suam utilitatem deflectere potest, commutabile: Quod causae non cohæret, separatū: Quod aliunde trahitur, translatum. Præterea quod longum, quod contra præcepta est, quorum plerumque non principij modo sunt uitia, sed totius orationis. Hæc de procemio quoties erit eius usus, non semper autem est. Nam & superuacuum aliquando est, ut si sit præparatus satis etiam sine hoc iudex, aut si res præparatione non egeat. Aristoteles quidem in totum id necessarium apud bonos iudices negat, aliquando tamen uti, nec si uelimus eo licet, cum iudex occupatus, cum angusta sunt tempora, cum maior potestas ab ipsa re cogit incipere. Contraque est interim procemij uis etiam non in exordio. Nam iudices & in narratione nonnunquam, & in argumentis, ut attendant, & ut faueant, rogamus. Quo Prodicus uelut dormitantes eos excitari putabat, quale est: Cum Caius Varenus, qui à familia Anchariana occisus est, hoc quæso iudices diligenter attendite. Vtiq; si multiplex causa est, sua quibusque partibus danda præfatio est, ut: Audite nunc reliqua, &: Transeo nunc illuc. Sed in ipsis etiam probationibus multa funguntur procemij uice, ut facit Cicero pro Cluentio, dicturus contra Censoris, pro Muræna, cum Seruio se excusat. Verū id frequentius est, quam ut exemplis confirmandum sit. Quoties autem procemio fuerimus usi, tum siue ad expositionem transibimus, siue protinus ad probationem, id debet in principio postremum esse, cui commodissime iungi initium sequentium poterit. Illa uero frigida & puerilis est in scholis affectatio, ut ipse transitus efficiat aliquam utique sententiam, & huius uelut præstigiae plausum petat, ut Ouidius lasciuire in Metamorphosi solet, quem tamen excusare necessitas potest, res diuersissimas in speciem unius corporis colligentem. Oratori uero quid est necesse surripere hanc transgressionem, & iudicem fallere? qui ut ordini rerum animum intendat, etiam commendendus est. Peribit enim prima pars expositionis, si iudex nondum narrari sciet. Quapropter, ut non abrupte cadere in narrationem, ita non obscure transcendere, est optimum. Si uero longior sequetur ac perplexa magis expositio, ad eam ipsam præparandus iudex erit, ut Cicero sapius, sed hoc loco fecit paulo longius: Exordium rei demonstrandæ gratia repetam, quod quæso iudices, ne moleste patiamini: Principijs enim cognitis, multo facilius extrema intelligetis. Hæc ferè sunt mihi de exordio comperta.

De Narratione. CAP. II.

Maxime naturale est, & fieri frequentissime solet ac debet, ut præparato, per hæc quæ supra dicta sunt, iudice, res de qua pronuntiaturus est, indicetur. Ea est narratio. In qua sciens transcurram subtiles nimium diuisiones quorundam, plura eius genera facientium. Non enim solam uolunt esse illam negotij, de quo apud iudices

Metamorpho-
sis Ouidij.

A iudices quæritur, expositionem, sed personæ, ut: M. Attilius Palicanus humili loco Picen, loquax magis quam facundus. Loci, ut: Oppidum est in Helleſponto Lampſacum iudices. Temporis, ut: Vere nouo gelidus canis cum montibus humor **Liquitur.** Causarum, quibus historici frequentissime utuntur, cum exponunt, unde bellum, seditio, pestilentia. Præter hæc alias perfectas, alias imperfectas uocant, quod quis ignorat? Adijciunt expositionem & præteritorū esse temporum, quæ est frequentissima, & præsentium, qualis est Ciceronis de discursu amicorum: Chryſogonus postquam est nominatus. Et futurorum, quæ solis dari uaticinantibus potest. Nam *ὑποτύπωσις* non est habenda narratio. Sed nos potioribus uacemus. Plerique semper narrandū putauerunt, quod falsum esse pluribus coarguitur. Sunt enim ante omnia quædam tam breues causæ, ut propositionem potius habeant, quam narrationem. Id accidit aliquando utrique parti, cum uel nulla expositio est, uel de re constat, de iure quæritur, ut apud Centumuiros, filius an frater debeat esse intestato hæres. Pubertas annis, an habitu corporis æstimateur. Aut enim est quidē iure narrationi locus, sed aut ante iudici nota sunt omnia, aut priore loco recte exposita. Accidit aliquando alteri, & sæpius ab actore causæ, uel quia satis est proponere, uel quia sic magis expedit, satis est dixisse, certam creditam pecuniam peto ex stipulatione, legatū peto ex testamento. Diuersæ partis expositio est, cur ea non debeantur, & satis est actori, & magis expedit sic indicare. Dico ab Horatio sororē suā interfectam. Namque cum propositione iudex crimen omne cognoscit & ordo, & causa facti pro aduersario magis est. Reus contra tunc narrationem subtrahit, cum id quod obijcitur, neque negari, neque excusari potest, sed in sola iuris quæstione consistit, ut in eo qui cum pecuniā priuatam ex æde sacra surripuit, sacrilegij reus est, confessio uerecundior est quam expositio. Non negamus pecuniam templo esse sublatā, calumniator tamen accusator actione sacrilegij, cum priuata fuerit, non sacra. Vos autē de hoc cognoscetis, an sacrilegiū sit admissum. Sed ut has aliquando non narrandi causas puto, sic ab illis dissentio, qui non esse narrationem existiment, cum reus, quod obijcitur, tantum negat. In qua est opinione Corn. Celsus, qui conditionis huius esse arbitratur, plerasque cædis causas, & omnes ambitus ac repetundarū. Non enim putat esse narrationes, nisi quæ summam criminis, de quo iudiciū est, continēt. At deinde fatetur ipse pro Rabirio Posthumo narrasse Ciceronē: atqui ille & negauit peruenisse ad Rabirium pecuniam, qua de re erat quæstio constituta, & in hac narratione nihil de crimine exposuit. Ego autē magnos alioqui secutus autores, duas esse in iudicij narrationū species existimo, alteram ipsius causæ, alteram rerum ad causam pertinentiū expositionē. Non occidi hominem, nulla narratio est, cōuenit. Sed erit aliqua, & interim etiam longa † circa argumenta eius criminis de antea cta uita, de causis, propter quas innocens in peri

† contra

Culum deducatur, alijs quibus incredibile id quod obicitur, fiat. Neque enim accusator hoc tantum dicit, occidisti, sed quibus id probet, narrat: ut in tragœdijs, cum Teucer Vlyfsem reum facit Aiæcis occisi, dicens inuentum eum in solitudine iuxta exanime corpus inimici cum gladio cruento, non id modo Vlyfles respondet, non esse à se id facinus admissum, sed sibi nullas cum Aiæce inimicitias fuisse, de laude inter ipsos certatum, deinde subiungit, quomodo in eam solitudinem uenerit, iacentem exanimem sit conspicatus, gladium è uulnere extraxerit, his subtextitur argumentatio. Sed ne illud quidem sine narratione est, dicente accusatore, fuisi in eo loco, in quo tuus inimicus occisus est, non fui, dicendum enim ubi fuerit. Quare ambitus quoque causæ & repetundarum, hoc etiam plures eiusmodi narrationes habere poterunt, quo plura crimina. In quibus ipsa quidem neganda sunt, sed argumentis expositione contraria resistendum, & interdum singulis, interdum uniuersis. An reus ambitus male narrabit, quos parentes habuerit, quemadmodum ipse uixerit, quibus meritis fretus ad petitionem descenderit? Aut si quis repetundarum crimine insimulabitur, num & antea actam uitam, & quibus de causis, uel prouinciam uniuersam, uel accusatorem, aut testem offenderit, non inutiliter exponet? Quæ si narratio non est, ne illa quidem Ciceronis pro Cluentio prima, cuius est initium, Aulus Cluentius habitus: nihil enim hic de ueneficio, sed de causis, quibus ei mater inimica sit, dicit. Illæ quoque sunt pertinentes ad causam, sed non ipsius causæ narrationes, uel exempli gratia, ut in Verrem de Lucio Domitio, qui pastorem, quod is aprum quem ipsi muneri obtulerat, exceptum esse à se uenabulo confessus esset, in crucem sustulit: Vel excutiendi alicuius extrinsecus criminis, ut pro Rabirio Posthumo. Nam ut uentum Alexandriam est, iudices, hæc una ratio à rege proposita Posthumo est conseruandæ pecuniæ, si curationem, & quali dispensationem regiam suscepisset. Vel augendi, ut describitur iter Verris. Ista interim narratio introduci solet, uel ad concitandos iudices, ut pro Roscio contra Chryfogonum, cuius paulo ante habui mentionem: uel ad soluendos aliqua urbanitate, ut pro Cluentio, contra fratres Cepasios. Interdum per digressionem decoris gratia, qualis rursus in Verrem de Proserpina: In his quondam locis mater filiam quæsisse dicitur. Quæ omnia eò pertinent, ut appareat, non utique non narrare eum qui negat, sed illud ipsum narrare quod negat. Ne hoc quidem simpliciter accipiendum, quod est à me positum, superuacuam esse narrationem rei, quam iudex no uerit. Quod sic intelligi uolo, si non modo factum quid sit, sciet, sed ita factum etiam, ut nobis expedit, opinabitur. Neque enim narratio in hoc re perta est, ut tantum cognoscat iudex, sed aliquanto magis ut consentiat. Quare etiam si non erit docendus, sed aliquo modo afficiendus, narrabimus cum præparatione quadam. Scire quidem eum in summa quid actum sit, tamen rationem quoque facti cuiusque cognoscere ne grauetur. Interim

propter

A propter aliquem in consiliū adhibitum nos repetere illa simulemus, interrim ut rei, quæ ex aduerso proponatur, iniquitatem omnes etiam circumstantes intelligant. In quo genere plurimis figuris erit uarianda expositio ad effugiendum tædium audientis, sicut meministi, & : fortasse superuacuum fuerit hic cōmorari: Sed quid ego diutius? cum tu optime noris: illud quale sit, tu scias? & his similia. Alioqui si apud iudicem, cui nota causa est, narratio semper uidetur superuacua, potest uideri non semper esse etiam ipsa actio necessaria. Alterum est de quo frequentius quæritur, an sit utique narratio proœmio subiicienda. Quod qui opinantur, non possunt uideri nulla ratione ducti. Nam cum proœmium idcirco comparatum sit, ut iudex ad rem accipiendam fiat conciliatior, docilior, & intentior, & probatio, nisi causa prius cognita, non possit adhiberi, protinus notitia rerum instruendus uidetur. Sed hoc interim mutat conditio causarum, nisi forte Marcus Tullius in oratione pulcherrima, quam pro Milone scriptam reliquit, male distulisse narrationem uidetur tribus præpositis quæstionibus: aut profuisset exponere, quomodo insidias Miloni fecisset Clodius, si reum, qui à se hominem occisum fateretur, defendi omnino fas non fuisset, aut si iam præiudicio senatus damnatus esset Milo, aut si Cneus Pompeius, qui propter aliquam gratiam iudicium etiam militibus armatis eluserat, tanquam aduersus aestimaretur. Ergo huiusmodi quoque quæstiones uim proœmij obtinebunt, cum omnes iudicem præparauerint. Sed aliter pro Vareno reo postea quoque narrauit, cum obiecta diluit, quod fiet utiliter, quoties crimen non repellendum tantum, sed etiam transferendum erit, ut prius his defensis uelut initium sit aliud culpandi narratio, ut in armorum ratione antiquior cauendi, quam ictum inferendi cura est. Sunt quædam causæ, neque id raro, crimini quidem, de quo cognitum est, faciles diluendo, sed multis antea actæ uitæ flagitijs, & grauibus onerata, quæ prius amouenda sunt, ut propitius iudex defensionem ipsius negotij, cuius propria quæstio est, audiat: ut si defendendus est M. Cælius, nonne optime patronus occurrat prius conuitijs luxuriæ, petulantia, impudicitia, quam ueneficij? In quibus solis omnis Ciceronis uersatur oratio. Deinde tū narret de bonis, paulatimque dein explicet causam, quæ est ipsius actione defensa. Sed nos ducit scholarum consuetudo, in quibus certa ponuntur, quæ themata dicimus, præter quæ nihil est diluendum. Ideoque narratio proœmio semper subiungitur. Inde libertas declamatoribus, ut etiam secundo partis suæ loco narrare uideantur. Nam cum pro petitore dicunt, & expositione, tanquam prius agant, uti solent, & contradictione, tanquam respondeant, idque sit non recte. Nam cum sit declamatio forensium actionum meditatio, cur non utrumque protinus locum exerceat? Cuius rationis ignari, ex more, cui assueuerunt nihil in foro putant esse mutandum. Sed in scholasticis quoque nonnunquam euenit, ut pro narratione sit propositio. Nam quid exponet,

† tædium, cum sint nota audienti.

P 3

C quæ zelotypum malæ tractationis accusat: aut qui Cynicum apud censores reum de moribus facit, cum totū crimen uno uerbo, in qualibet actionis parte posito, satis indicetur. Sed hæc hæctenus. Nunc quæ sit narrandi ratio subiungā. Narratio est rei factæ, aut nō factæ utilis ad persuadendum expositio. Vel, ut Apollodorus finit: oratio docens auditorem, quid in controuersia sit. Eam plerique scriptores, maxime qui sunt ab Isocrate, uolunt esse lucidam, breuem, uerisimilem. Nec enim refert, an pro lucida perspicuam, pro uerisimili probabilem, credibilem uel dicamus. Eadem nobis placet diuisio. Quanquā & Aristoteles ab Isocrate parte in una disenserit, præceptum breuiatis irridens, tanquam necesse sit longam, aut breuem esse expositionem, nec liceat ire per medium. Theodori quoque scholæ solam relinquunt ultimā partem, quia nec breuiter utique nec dilucide semper sit utile exponere. Quo diligentius distinguenda sunt singula, ut quid quoque loco prosit ostendā. Narratio est aut tota pro nobis, aut tota pro aduersarijs, aut mixta pro utrisque. Si erit tota pro nobis, contenti simus his tribus partibus, per quas efficitur, quo iudex facilius intelligat, meminerit, credat. Nec quisquā reprehensione dignū putet, quod proposuerim eam, quæ sit tota pro nobis, debere esse uerisimilem cū uera sit. Sūt enim plurima uera quidē, sed parū credibilia, sicut falsa quoque frequenter uerisimilia. Quare non minus laborandū est, ut iudex, quæ uera dicimus, quam quæ fingimus, credat. Sunt quidem hæc, quas supra retuli, uirtutes, aliarum quoque partium. Nam & per totam actionem uitanda est obscuritas, & modus ubique custodiendus, & credibilia esse oportet omnia, quæ dicuntur. Maximeque hæc in ea parte custodienda sunt, quæ prima iudicem docent, in qua si acciderit, ut non intelligat, aut nō meminerit, aut nō credat, frustra in reliquis laborabimus. Erit autem narratio aperta atque dilucida, si fuerit primū exposita uerbis proprijs, & significantibus, & nō fordidis quidem, non tamen exquisitis, & ab usu remotis: tum distincta rebus, personis, temporibus, locis, causis, ipsa etiā pronuntiatione in hoc accommodata, ut iudex, quæ dicuntur, quamfacilime accipiat. Quæ quidem uirtus negligitur à plurimis, qui ad clamorem dispositæ, uel etiam forte circumfusæ multitudinis compositi, non ferunt illud intentionis silentium, nec sibi disertis uidentur, nisi omnia tumultu, ac uociferatione concusserint, rem indicare, sermonis quotidiani, & in quencunq; etiam indoctorum cadentis existimant, cum interim, quod tanquam facile contemnunt, nescias præstare uelint minus, an possint. Neque enim aliud in eloquentia cuncta experti difficilius reperient, quam id quod se dicturos fuisse omnes putant, postquam audierunt, quia nō bona iudicant esse illa, sed uera. Tum aut optime dicit orator, cum uidetur uera dicere. At nunc uelut campum nacti expositionis, hic potissimum & uocem flectunt, & ceruicem reponunt, & brachium in latus iactant, totoque & rerum, & uerborum, & compositionis genere lasciuiūt. Deinde, id quod sit monstro simile, placet actio, causa nō intelligitur.

† iudicetur
Narratio.

† id significat
cantibus.

† facilius reperitur

A intelligitur. Verum hoc omittamus, ne minus gratiæ præcipiendo recta, quam offensæ reprehendendo praua mereamur. Breuis erit narratio ante omnia, si inde cœperimus rem exponere, unde ad iudicem pertinet. Deinde si nihil extra causam dixerimus, tum etiā si reciderimus omnia, quibus sublatis, nec cognitioni quicquam nec utilitati detrahatur. Solet enim esse quædam partium breuitas, quæ longā tamen efficit summam. In portum ueni, nauim prospexi, quanti ueheret interrogauī, de pretio conueni, conscendi, sublatae sunt anchoræ, soluimus oram, prouecti sumus. Nihil horū dici celerius potest, sed sufficit dicere, ē portu nauigauī. Et quoties exitus rei satis ostendit priora, debemus hoc esse contenti, quo reliqua intelliguntur. Quare cum dicere liceat, est mihi filius iuuenis, omnia illa superuacua, cupidus ego liberorum uxorem duxi, natū sustuli, filium educaui, in adolescentiam perduxi. Ideoque Græcorū aliqui aliud circumcisam expositionem, id est, *σύντομον*, aliud breuem putauerunt, quod illa superuacuis caret, hæc posset aliquid ex necessarijs desiderare. Nos aut breuitatē in hoc ponimus, nō ut minus, sed ne plus dicat quam oporteat. Nam iterationes quidem, & *ταυτολογίας* & *πρῶσολογίας*, quas in narratione uitandas quidam scriptores artium tradiderunt, transeo. Sunt enim hæc uitia nō tantū breuitatis gratia fugienda. Non minus autem cauenda erit, quæ nimium corripientes omnia sequitur, obscuritas. Satiusque aliquid est narrationi supetesse quam deesse. Nam superuacua cū tædio dicuntur, necessaria cū periculo subtrahuntur. Quare uitanda etiā illa Sallustiana (quanquā in ipso uirtutis obtinet locū) breuitas, & abruptū sermonis genus, quod otiosum fortasse lectorem minus fallat, audientē transuolat, nec dum repetatur expectat, cū præsertim lector non feret sit, nisi eruditus, iudicem rura plerūque in decurias mittant, de eo pronuntiatū, quid intellexerit, ut fortasse ubique in narratione tamen utique precipue media hæc tenenda sit uia, dicendi quantum opus est, quantum sat est. Quantum opus est aut, non ita solū accipi uolo, quantum ad iudicandū sufficit, quia non inornata debet esse breuitas, alioqui fit indocita: nam & fallit uoluptas, & minus longa quæ delectant, uident, ut amcenum ac molle iter, etiā si est spatij amplioris, minus fatigat, quam durū tardumque cōpendiū. Nec enim mihi unquā tanta fuerit cura breuitatis, ut nō ea, quæ credibilem faciunt expositionem inseri uelim. Simplex enim, & undique præcisa, nō tam narratio uocari potest quam confusio. Sunt porro multæ conditione ipsa rei longæ narrationes, quibus extrema, ut præcepti, procepi parte ad intentionē præparandus est iudex, deinde curandū ut omni arte, uel ex spatio eius detrahamus aliquid, uel ex tædio, ut minus longa sit, efficiamus, quæ poterimus differendo, non tamen sine mentione eorum quæ differemus. Quas causas occidendi habuerit, quos assumpsit confcios, quemadmodum disposuerit insidias, probationis loco dicam. Quædam uero ex ordine prætermittenda, quale est apud Cicero-

Breuitas quæ
laudanda.

† aridumque

pro Aulo Cecinna

C causa, prætermittam. At partitio tædium leuat. Dicam quæ acta sint ante ipsum rei contractum, dicam quæ in re ipsa, dicam quæ postea. Ita tres potius modicæ uidebuntur narrationes, quàm una longa. Interim expediet expositiones breui interfectione distinguere. Audistis quæ acta sunt. accipite nunc quæ insequuntur. Reficietur enim iudex priorum sine, & se uelut ad nouum rursus initium præparabit. Si tamen adhibitis his quoque artibus in longum exierit ordo rerum, erit non inutilis in extrema parte cõmonitio, quod Cicero etiam in breui narratione facit: Adhuc, Cæsar, Q. Ligarius omni culpa caret, domo est egressus, non modo nullum ad bellum, sed ne ad minimam quidem belli suspitionem, & cætera. Credibilis autem erit narratio ante omnia, si prius consuluerimus iustorum animum, ne quid naturæ dicamus aduersum: deinde si causas ac rationes factis proposuerimus, non omnibus, sed de quibus quæritur. Si personas conuenientes his, quæ facta credi uolumus, constituerimus, ut furti reum cupidum, adulterij libidinofum, homicidij temerarium, uel contra, si defendemus. Præterea loca, tempora, & similia. Est autem quidam etiam ductus rei credibilis, qualis in comœdijs, & in mimis. Aliqua enim naturaliter sequuntur, & coherent, ut si bene priora narraueris, iudex ipse, quod postea sis narraturus, expectet. Ne illud quidem fuerit inutile, semina quædam probationum spargere, uerum sic, ut narrationem esse meminerimus, non probationem. Nonnunquam etiam argumento aliquo confirmabimus, quod proposuerimus, sed simplici & breui, ut in ueneficijs: Sanus bibit, statim concidit, liuor ac tumor confestim est consecutus. Hoc faciunt & illæ præparationes, cum reus dicitur robustus, armatus, contra infirmos, inermes, securos. Omnia denique, quæ probatione tractaturi sumus, personam, causam, locum, tempus, instrumentum, occasionem, narratione delibabimus. Aliquando si destituti fuerimus his, etiam fatebimur uix esse credibile, sed uerum, & hoc maius habendum scelus, nescire nos quomodo factum sit, aut quare, mirari, sed probaturos. Optimæ uero præparationes erunt, quæ latuerint, ut à Cicerone sunt quidem utilissima prædicta omnia per quæ Miloni Clodius, non Clodio Milo insidiatus esse uideatur, plurimum tamen facit illa callidissima simplicitatis imitatio: Milo autem cum in senatu fuisset eo die, quoad senatus est dimissus, domum uenit, calceos & uestimenta mutauit, paulisper dum se uxor, ut fit, comparat, commoratus est, quàm nihil præparato, nihil festinato fecisse uidetur Milo. Quod non solum rebus ipsis uir eloquentissimus, quibus moras, & lentum profectiois ordinem ducit, sed uerbis etiam uulgaribus, & quotidianis, & arte occulta consecutus est: quæ si aliter dicta essent, strepitu ipsum iudicem, deinde patronum excitassent. Frigida uidentur ista plerisque, sed hoc ipsum manifestum est quomodo iudicem fefellerint, quod uix à lectore deprehenditur. Hæc sunt quæ credibilem faciant expositionem, nam ne contraria, aut sibi repugnantia in narratione dicamus, si cui præcipiendum est, ista reliqua frustra docetur, etiam si quidam scriptores

A scriptores artium, hoc quoque tandem tanquam occultum, & à se prudenter erutum, tradunt. His tribus narrandi uirtutibus adijciunt quidam magnificentiam, quam μεγαλοπρεπείαν uocant, quæ neque in omnes causas cadit (nam quid in plerisque iudicijs priuatis, credito, locato & conducto, interdictis, habere loci potest supra modum se tollens oratio?) nec semper est utilis, ut uel proximo Miloniano exemplo patet. Et meminerimus multas esse causas, in quibus confitendum, excusandum, submittendum sit, quod exponimus, quibus omnibus aliena est illa magnificentiae uirtus. Quare non magis proprium narrationis est magnifice dicere, quàm miserabiliter, inuidiose, grauius, dulciter, urbane, quæ cum suo quoque loco sint laudabilia, non sunt huic parti proprie assignata, & uelut dedita. Illa quoque ut narrationi apta, ita cæteris partibus communis est uirtus, quam Theodectes huic uni proprie dedit: non enim magnificam modo uult esse, uerum etiam iucundam expositionem. Sunt qui adijciant his euidentiã, quæ εὐδαιμονία uocatur. Neque ego quenquam deceperim, ut dissimulem Ciceroni quoque plures partes placere. Nam præterquam planam, & breuem, & credibilem, uult esse euidentiã, moratam cum dignitate. Sed in oratione morata debent esse omnia cum dignitate quæ poterunt. Euidentiã in narratione, quantum ego intelligo, est quidem magna uirtus, cum quid ueri non dicendum, sed quodammodo etiam ostendendum est, sed subijci perspicuitati potest. Quam quidam etiam contrariam interim putauerunt, quia in quibusdam causis obscuranda ueritas est, quod est ridiculum. Nam qui obscurare uult, narrat falsa pro ueris, & in his quæ narrat falsa pro ueris debet laborare, ut uideantur quæ euidentiissima. Sed quatinus etiam forte quadam peruenimus ad difficilius narrationum genus, iam de his loquamur, in quibus res contra nos erit, quo loco nonnulli prætereundam narrationem putauerunt. Et sanè nihil est facilius, nisi prorsus totam causam omnino non agere. Sed si qua iusta ratione susceperis litem, cuius artis est malam esse causam silentio confiteri: nisi forte tam hebes futurus est iudex, ut secundum id pronunciet, quod sciet narrare te noluisse. Neque inficias eo, in narratione, ut aliqua neganda, aliqua adijcienda, aliqua mutanda, sic aliqua etiam tacenda. Sed tacenda quæ tacere oportebit, & liberum erit. Quod fit nonnunquam breuitatis quoque gratia, quale illud est: Respondit quod ei uisum est. Distinguamus igitur genera causarum. Namque in quibus non de culpa quæritur, sed de actione, etiam si erunt contra nos themata, confiteri nobis licebit. Pecuniam de templo sustulit, sed priuatam, non ideo sacrilegus est. Virginem rapuit, non tamen optio patri dabitur. Ingenuum stuprauit, & stupratus se suspendit, non tamen ideo stuprator capite, ut ^{tunc} mortis causa puniatur, sed decem milia, quæ poena stupratori constituta est, dabit. Verum in his quoque confessionibus est aliquid, quod ex inuidia, quam expositio aduersarij fecit, detrahi potest, cum etiam serui nostri de peccatis suis mollius loquantur. Quædam enim quasi non narrantes mi-

C tigabimus. Non quidem (ut aduersarius dicit) consiliū furti in templū attulit, nec diu captauit eius rei tempus, sed occasione & absentia custodum corruptus, & pecunia, quæ nimirū in animis hominū plurimū potest, uictus est. Sed quid refert: peccatū & furtū est. Nihil attinet id defendere, cuius pœnā nō recusamus. Interdū quasi damnemus ipsi. Vis te dicā uino impulsū: errore lapsū: nocte deceptū: uera sunt ista fortasse, tu tamen ingenuū stuprasti, solues decē milia. Nōnunquā propositione p̄muniri potest causa, & deinde exponi. Contraria sunt omnia tribus filijs, qui in mortē patris coniurarant, sortiti noctē singuli per ordinē, cum ferro cubi culū intrarunt patre dormiente, cū occidere eum nemo potuisset, excitato omnia indicauerunt. Si tamen pater qui diuisit patrimoniū, & reos patricidij defendit, sic agat. Quod contra legem sufficit, paricidium obijcitur iuuenibus, quorū pater uiuit, atq; etiam liberis suis adest. Ordinē rei narrare quidē nihil necesse est, cum ad legem nihil pertineat: Sed si confessionem culpæ à me exigitis, ego fui pater durus, & patrimoniij, quod iam melius ab his administrari poterat, tenax custos. Deinde subiicitur, stimulos ab his quorum indulgentiores parentes erant, semper tamen eum habuisse animū, qui sit euentu deprehensus, ut occidere patrem non possent. Neq; enim iureiurando opus fuisset, si aliquando hoc mentis habuissent, nec forte, nisi quod se quisq; eximi uoluerit. Omnia hæc qualiacunque placidioribus animis accipientur, illa breui propositionis defensione mollita. At cum quæritur, an factum sit, uel quale factum sit, licet omnia contra nos sint, quomodo tamen euitare expositionem salua causæ ratione possumus? Narrauit accusator, nec ita, ut quæ essent acta tantum indicaret, sed adiecit inuidiam, rem uerbis exasperauit, accesserunt probationes, peroratio incendit, & plenos iræ reliquit. Expectat naturaliter iudex, quid narret à nobis, si nihil exponimus, illa esse quæ aduersarius dixit, & talia qualia dixit, credat necesse est. Quid ergo eadem exponemus? Si de qualitate agetur, cuius tum demum quæstio est, cum de re constat eadem, sed non eodem modo, alias causas, aliam rationem dabo. Verbis eleuare quædam licebit, luxuria hilaritatis, auaritia parsimonia, negligentia simplicitatis nomine lenietur. Vultu denique, uoce, habitu, uel fauoris aliquid, uel miserationis merebor. Solet nonnunquam mouere lachrymas ipsa confessio. Atque ego libenter interrogem, si sint illa defensuri, quæ non narrauerint, nec ne? Nam si nec defenderrint, nec narrauerint, tota causa prodetur. At si defensuri sunt, proponere certe plerunque id, quod confirmaturi sumus, oportet. Cur ergo non exponamus, quod & dilui potest? Et ut hoc contingat, utiq; indicandum est. Aut quid inter probationem, & narrationem interest, nisi quod narratio est probationis continua propositio: rursus probatio narrationi est congruens confirmatio? Videamus ergo † num expositio hæc longior demum esse debeat, & paulo uerbosior p̄paratione, & quibusdam

† unde

argua

A argumentis (argumentis dico, non argumentatione, cui tamen plurimū confert frequens affirmatio) effecturos nos quod dicimus, non posse uim rerum ostendi prima expositione, expectēt, & opiniones suas differant, & bene sperent. Deniq; utiq; narrandum est, quicquid aliter quam aduersarius exposuit, narrari potest, aut eo etiam proemia sunt in his causis superuacua, quæ quid magis agunt, quam ut cognitioni rerum accommodatiorem iudicem faciant? Atqui constat nusquā eorū esse maiorem usum quam ubi animus iudicis ab aliqua contra nos insita opinione flectendus est. Coniecturales autem causæ, in quibus de facto quæritur, nō tam sæpe rei, de qua iudicium est, quam eorum, per quæ res colligenda est, expositionem habent. Quæ cum accusator suspiciose narret, reus leuare suspicionem debeat, aliter ab hoc atq; ab illo ad iudicem perferri oportet. At em̄ quædā argumenta turba ualent, diducta leuiora sunt. Id quidē nō eō pertinet, ut quærat an narrandum, sed quomodo narrandū sit. Nam & cōgerere plura expositione quis prohibet, si id utile est causæ: & promittere, sed & diuidere narrationem, & probationes subiungere partibus, atq; ita transire ad sequentia. Nam ne his quidē accedo, qui semper eo putant ordine, quo quid actum sit, esse narrandū, sed eo modo quo expedit. Quod fieri pluribus figuris licet. Nam & aliquando excidisse simulamus, cum quid utiliore loco reducimus, & interim nos reducturos reliquum ordinem testamur, quia sic futura sit causa lucidior, interim re exposita, subiungimus causas, quæ antecesserūt. Neq; enim est una lex defensionis, certūq; p̄scriptum, pro re, pro tempore intuenda quæ prosint, atque ut erit uulnus, ita uel curandum protinus, uel si curatio differri potest, interim deligandū. Nec sæpius narrare dixerim nefas, quod Cicero pro Cluentio fecit, estq; non concessum modo, sed aliquando etiam necessarium, ut in causis repetundarum, omnibusq; quæ simplices non sunt. Amentis est enim, superstitione p̄ceptorum contra rationem causa trahi. Narrationem ideo ante probationes ponere est institutū, ne iudex qua de re quærat, ignoret. Cur igitur si singula probanda aut refellenda erunt, non singula etiam narrentur? Me certe, quantacūq; nostris experimentis habenda est fides, fecisse hoc in foro, quoties ipsa desiderabat utilitas, probantibus & eruditis, & his qui iudicabant, scio, & (quod non arroganter dixerim, quia sunt plurimi, quibuscum egi, qui me refelle re possint, si mentiar) fere ponendæ à me causæ officium exigebatur. Neque ideo tamen non sæpius facere alia re oportebit, ut rerum ordinem sequamur. Quædam uero etiam turpiter conuertuntur, ut si peperisse narres, deinde concepisse: apertum testamentum, deinde signatum. In quibus, si id quod posterius est, dixeris, de priore tacere optimum est. Sunt quædam & falsæ expositiones, quarum in foro duplex genus est: alterū, quod instrumentis † adiuuatur, ut P. Clodius fiducia testium, qua nocte incestum Romæ commiserat, Interamne se fuisse dicebat: alterum, quod

† adiuuatur

C est tuendum dicentis ingenio. Id interim ad solam uerecundiam pertinet, unde etiam mihi uidetur dici color, interim ad quaestionem. Sed utrumcunque erit, prima sit curarum, ut id quod fingimus, fieri possit, deinde ut & personae, & loco, & tempori congruat, & credibilem rationem & ordinem habeat. Sic continget etiam uerae alicui rei cohaereat ut argumento, quod in causa confirmetur. Nam quae tota extra rem petita sunt, mentiendi licentiam [†] produunt. Curandum praecipue (quod fingentibus frequenter excidit) ne qua inter se pugnent. Quaedam partibus blandiuntur, sed in summam non consentiunt. Praeterea ne his, quae uera esse constabit, aduersa sint. In schola etiam, ne color extra themata quaeratur. Utrobique autem orator meminisse debet actione tota quod finixerit, quoniam solent excidere quae falsa sunt, uerumque est illud quod uulgo dicitur: mendacem memorem esse oportere. Sciamus autem, si de nostro facto quaeratur, unum nobis aliquod esse dicendum: si de alieno, mittere in plures suspiciones licere. Est tamen in quibusdam scholasticis controuersijs, in quibus ponitur aliquem non respondere quae interrogatur, libertas omnia enumerandi, quae responderi potuissent. Fingenda uero meminerimus ea, quae non cadent in testem. Sunt autem quae nostro dicuntur animo, cuius ipsi tantum conscij sumus. Item quod a defunctis, nec hoc est qui neget. Item quae ab eo cui idem expediet, is enim non negabit. Ab aduersario quoque, quia non habiturus est in negando fidem. Somniorum & superstitionum colores, ipsa iam facilitate auctoritatem perdiderunt. Non est autem satis in narratione uti coloribus, nisi per totam actionem consentiant, cum praesertim quorundam probatio sola sit in asseueratione & perseuerantia, ut ille parasitus, qui ter abdicatum a diuite iuuenem & absolutum, tanquam suum filium asserit, habebit quidem colorem, quo dicat, & paupertatem sibi causam exponendi fuisse, & ideo a se parasiti personam esse susceptam, quia in illa domo filium haberet, & ideo illum innocentem ter abdicatum, quia filius abdicantis non esset, nisi tamen omnibus uerbis, & amorem patrium, atque hunc quidem ardentissimum ostenderit, & odium diuitis, & metum pro iuue, quem periculose mansurum in illa domo, in qua tam inuisus sit, sciat, suspicione subiecti petitoris non carebit. Euenit aliquando in scholasticis controuersijs, quod in foro an possit accidere, dubito, ut eodem colore pars utraque utatur, deinde eum pro se quisque defendat, ut in illa controuersia: Vxor marito dixit, appellatam se de stupro a priuigno, & sibi constitutum [†] ea de re tempus & locum, [†] eadem contra filius detulit de nouerca, edito tantum alio tempore, ac loco, quia pater in eo, quem uxor praedixerat, filium inuenit, in eo quem filius uxorem, illam repudiavit, qua tacente filium abdicat. Nihil dici potest pro iuue, quod non idem sit pro nouerca. [†] etiam [†] tamen [†] omnia communia, deinde ex personarum comparatione, &

A & indicij ordine, & silentio repudiatæ argumenta ducentur. Ne illud quidem ignorare oportet, quaedam esse quae colorem non recipiant, sed tantum defendenda sint, qualis est ille diues qui statuam pauperis inimici flagellis cecidit, reus est iniuriarum. Nam factum eius modestum nemo esse dixerit, fortasse ut sit tutum, obtinebit. Quod si pars expositionis pro nobis, pars contra nos erit, miscenda sit, an separanda enarratio, cum ipsa causae [†] conditione deliberandum est. Nam si plura sint quae nocent, quae [†] cognoscuntur profunt obruentur. Itaque tunc diuidere opportunum erit, & his quae partem nostram adiuuabunt, expositis & confirmatis, aduersus reliqua uti remedijs, de quibus supra dictum est. Si plura proderunt, etiam coniungere licebit, ut quae obstant, in medio uelut auxilijs nostris posita, minus habeant uirium. Quae tamen non erunt nuda ponenda, sed ut & nostra aliqua argumentatione firmemus, & diuersa, cur credibilia non sint, adijciamus: quia nisi distinxerimus, uerendum est, ne bona nostra permixtis malis inquinentur. Illa quoque de narratione praecipitur, ne qua ex ea fiat excursio, ne auertatur a iudice sermo, ne alienae personae uocem demus, ne argumentemur. Adijciunt quidam etiam, ne utamur affectibus. Quorum pleraque sunt frequentissime custodienda, imò nunquam nisi ratio coegerit, mutanda, ut sit expositio perspicua & breuis. Nihil quidem tam raro poterit habere rationem, quam excursio, nec unquam debet esse nisi breuis, & talis, ut ui quadam uideamur affecti, uelut recto itinere depulsi, qualis est Ciceronis circa nuptias Sosiae: O mulieris scelus incredibile, & praeter hanc unam in omni uita inauditum. O libidinem effrenatam & indomitam, o audaciam singularem, non timuisse, si minus uim deorum hominumque famam, at illam ipsam noctem, facesque ipsas nuptiales, non limen cubiculi, non cubile filiae, non parietes, denique ipsos superiorum testes nuptiarum. Sermo uero auersus a iudice, & breuius indicat interim, & coarguit, qua de re idem, quod de prooemio dixeram, sentio. Sicut de prosopeoia quoque, qua tamen non Seruius modo Sulpitius utitur pro Aufidia: Somno ne te languidum, an graui lethargo putem pressum. Et Marcus quoque Tullius contra Nauarchos: Nam ea quoque rei expositio est: Ut ad eas tantum dabis, & reliqua. Quid pro Cluentio, Sthaleni, Bulbi quoque colloquium, nonne ad [†] credulitatem plurimum & fidem confert? [†] celeritatem Quae ne effecisse sine obseruantia quadam uideatur (quanquam hoc in illo credibile non est), in Partitionibus praecipit, ut habeat narratio suauitatem, admirationes, expectationes, exitus inopinatos, colloquia personarum, omnes affectus. Argumentabimur, ut dixi, nunquam argumentum ponemus aliquando. Quod facit pro Quinto Ligario Cicero, cum dicit, sic cum prouinciae praefuisse, ut illi pacem esse expediret. Inferemus expositioni & breuem, cum res poscet, defensionem, & rationem factorum. Neque enim narrandum est tanquam testi, sed tanquam patrono,

C Rei ordo per se talis est: **Q.** Ligarius legatus in Africam cum **C.** Confidio profectus est. Quid ergo **M. Tullius?** **Q.** enim inquit Ligarius, cum esset adhuc nulla belli suspicio, legatus in Africam cum **C.** Confidio profectus est. Alibi: Non modo ullum ad bellum, sed ne ad minimam quidem suspensionem belli. Et cum esset indicanti satis, **Q.** Ligarius nullo se implicari negotio passus est. adiecit: Domum spectans, & ad suos redire cupiens. Ita quod exponebat, & ratione fecit credibile, & affectus quoque impleuit. Quo magis miror eos, qui non putant utendum in narratione affectibus qui si hoc dicunt, non diu, neque ut in epilogo, mecum sentiunt. Sunt enim effugiendae morae. Caeterum cur ego iudicem nolim, cum eum doceo, etiam moueri? Cur quod in summa parte sum actionis petiturus, non in primo statim rerum ingressu, si fieri potest, consequar? Cum praesertim etiam in probationibus faciliore sim animo eius abusus occupato, uel ira, uel miseratione. An non **M. Tullius** circa uerba ciuis **Ro.** omnes breuissime mouet affectus? non solum conditione ipsius, loco iniuriae, genere uerberum, sed animi quoque commendatione. Summum enim uirum ostendit, qui cum uirgis caederetur, non ingemuerit, non rogauerit, sed tantum ciuem se Romanum esse cum inuidia cadentis, & fiducia iuris clamauerit. Quid **Philodami** casum? nonne cum per totam expositionem incendit inuidiam, tum in supplicio ipso lachrymis impleuit, cum flentes non tam narraret, quam ostenderet, patrem de morte filii, filium de patris? Quid tulli epilogi possunt

D magis habere miserabile? Seruum est enim aduocare his rebus affectum in peroratione, quas securus narrauerit. Assueuit illis iudex, iamque eas sine motu mentis accipit, quibus commotus nouus non est, & difficile est mutare habitum animi semel constitutum. Ego uero (neque dissimulabo iudicium meum, quanquam id quod sum dicturus, exemplis magis quam praescriptis ullis continetur) narrationem, ut si ullam partem orationis, omni qua potest gratia & uenere exornandam puto. Sed plurimum refert, quae sit natura eius rei quam exponimus. In paruis ergo, quales sunt fere priuatae, sit ille pressus, & uelut applicitus rei cultus: in uerbis summa diligentia, quae in locis impetu feruntur, & circumiectae orationis copia latent, hic expressa, & ut uult **Zeno**, sensu tincta esse debent, compositio dissimulata quidem, sed tamen quam iucundissima, figurae non illae poeticae, & contra rationem loquendi auctoritate ueterum receptae: nam debet esse quam purissimus sermo, & qui uarietate tedium effugiat, & mutationibus animum leuet, ne in eundem casum, similem compositionem, pares elocutionum tractus incidamus. Caret enim caeteris lenocinijs expositio, & nisi commendetur hac uenustate, iaceat necesse est. Nec in ulla parte intentior est iudex, eoque nihil recte dictum perit. Praeterea nescio quomodo etiam credit facilius, quae iucunda sunt, & uoluptate ad fidem ducitur. Vbi uero maior res erit, & atrocior inuidiose, & tristitia miserabiliter dicere licebit. Non ut consumantur affectus, sed ut tantum uelut primis lineis designentur, ut plane qualis

A lis futura sit imago rei statim appareat. Ne sententia quidem, uelut fatigatum intentione stomachum iudicis reficere dissuaserim, maxime quidem breui interiectione, qualis est illa: **Fecerunt serui Milonis**, quod suos quisque seruos in re tali facere uoluisset. Interim paulo liberiore, qualis est: **Nubit genero socrus**, nullis auspicijs, nullis autoribus, funestis omnibus omnium. Quod cum sit factum his quoque temporibus, quibus omnis ad utilitatem potius, quam ad ostentationem componebatur oratio, & erant adhuc seueriora iudicia, quanto nunc faciendum magis, cum in ipsa capitis, aut fortunarum pericula irrupit uoluptas? Cui hominum desiderio quantum dari debeat, alio loco dicam. Interim aliquid indulgendum esse confiteor. Multum confert adiecta ueris credibilis rerum imago, quae uelut in rem praesentem perducere audientes uidetur, qualis est illa **M. Caelij** in **Antonium** descriptio. Namque ipsum offendunt temulento sopore profligatum, toris praecordijs stertentem, ructuosos spiritus geminare, praeclearasque contubernales ab omnibus spondis transuersas incubare, & reliquas circumiacere passim, quae tamen exanimatae terrore, hostium aduentu percepto, excitare **Antonium** conabantur, nomen in clamabant, frustra ceruicibus tollebant, blandius alia ad aurem inuocabat, uehementius etiam nonnulla feriebat: quarum cum omnium uocem, tactumque noscicaret, proximae cuiusque collum amplexu petebat, nec dormire excitatus, nec uigilare ebrius poterat, sed semisomno sopore inter manus centurionum, concubinarumque iacetabatur. Nihil his neque credibilius fingi, neque uehementius exprobari, neque manifestius ostendi potest. Ne id quidem praeteribo, quantam afferat fidem expositioni narrantis auctoritas, quam mereri debemus ante omnia quidem uita, sed & ipso genere orationis. Quod quo fuerit grauius, sanctius, hoc plus habeat necesse est in affirmando quoque ponderis. Effugienda igitur in hac praecipue parte omnis calliditatis suspicio (neque enim se usquam custodit magis iudex) nihil uideatur fictum, nihil sollicitum, omnia potius a causa, quam ab oratore profecta credantur. Sed hoc pati non possumus, & perire artem putamus nisi appareat, cum desinat ars esse si appareat. Pendemus ex laude, atque hanc laboris nostri ducimus summam. Ita quae circumstantibus ostentare uolumus, iudicibus prodimus. Est & quaedam repetita narratio, quae *επιδιωξις* dicitur, sane res declamatoria magis quam forensis. Ideo autem reperta, ut quia narratio breuis debet esse, lusus & ornatus res posset exponi, quod sit, uel inuidiae gratia, uel miserationis. Idem raro faciendum iudico, neque sic unquam, ut totus ordo repetatur: licet enim per partes idem consequi. Caeterum qui uti *επιδιωξις* uolet, narrationis rem loco stringat, & contentus indicare quid factum, quo sit modo factum, prius se loco suo expositurum esse promittat. Initium narrationis quidam utique faciendum a persona putant, eamque si nostra sit, ornandam, si aliena, infamandam statim, hoc sane frequentissimum est, quia personae sunt inter quas litigatur. Sed haec quoque interim cum suis accidentibus

C ponendæ, cum id profuturum est, ut: A. Cluentius habitus fuit pater hu-
iufce iudices, homo non solum municipij Larinatis, ex quo erat, sed regio-
nis illius, & uicinitatis, uirtute, æstimatione, nobilitate facile princeps. In-
terim sine his, ut: Q. Ligarius cū esset. Frequenter uero & à re, sicut pro
Tullio, Cicero: Fundū habet in agro Tigurino M. Tullius paternū. De-
mosthenes pro Ctesiphonte: τῷ γὰρ φωνικῷ συστάντες πολέμῳ. De fine narratio-
nis cū his contentio est, qui per duci expositionē uolunt eò unde quæstio
oritur. His rebus ita gestis, P. Dolabella Prætor interdixit, ut est cōsuetu-
do, de ui hominibus armatis sine ulla exceptione, tantū ut unde deiecisset,
restitueret: deinde restituisse dixit, sponso facta est, hac de sponsione uo-
bis iudicandū est. Id à petitore semper fieri potest, à defensore nō semper.
De Egressione. CAP. III.



D R dine ipso narrationem sequitur confirmatio. Probanda sunt
enim quæ propter hoc exposuimus. Sed prius quàm ingredi-
ar hanc partem, pauca mihi de quorundam opinione dicenda
sunt. Plerisque moris est, prolato rerū ordine, protinus utiq; in
aliquem lætum atq; plausibilem locum quammaxime possint fauorabili-
ter excurrere. Quod quidem natum ab ostentatione declamatoria, iam in
forum uenit, postquam agere causas non ad utilitatem litigatorum, sed ad
patronorū iactationem repertum est, ne si pressæ illi (qualis sæpius desi-
deratur) narrationis gracilitati, coniuncta argumentorū pugnacitas fue-
rit, dilatis diutius dicendi uoluptatibus, oratio refrigescat. In quo uitium
illud est, quod sine discrimine causarū atq; utilitatis, hoc (tanquā semper
expediat, aut etiā necesse sit) faciunt, eo quod desumptas ex his partibus,
quarum alius erat locus, sententias in hanc congerunt, ut plurima aut ite-
rum dicenda sint, aut quia alia alieno loco dicta sunt, dici suo non possint.
Ego autem fateor hoc expatiandi genus, non modò narrationi, sed etiam
quæstionibus, uel uniuersis, uel interim singulis opportune posse subiun-
gi, cum res postulat, aut certe permittit, atq; eo uel maxime illustrari orna-
riq; orationem, sed si cohæret, & sequitur, non si per uim conctur, & quæ
natura iuncta erant, distrahit. Nihil enim tam est consequens, quàm nar-
rationi probatio, & si excursus ille, uel quasi finis narrationis, uel quasi ini-
tium probationis est. Erit ergo illi nonnunquam locus, ut si expositio cir-
ca finem atrox fuerit, prosequamur eam, uelut spiritu erumpente, protin-
us indignatione. Quod tamen ita fieri oportebit, si res dubitationem nō
habeat, alioqui prius est quod obijcias uerū efficere, quàm magnū, quia
criminum inuidia pro reo est priusquam probatur. Difficilima est enim
grauissimi cuiusq; sceleris fides. Idem fieri non inutiliter potest, uti si me-
rita in aduersarium aliqua exposueris, in ingratum inueharis, aut si uarie-
tatem criminum narratione demonstraueris, quantū ab ea periculum in-
tentetur, ostendas. Verum hæc breuiter omnia. Iudex enim ordine audi-
to festinat ad probationem, & quamprimum certus esse sententiæ cupit.
Præte-

A Præterea cauendū est, ne ipsa expositio uanescat, auersis in aliud animis,
& inani mora fatigatis. Sed ut nō est semper necessaria post narrationem
illa procursio, ita frequenter utilis ante quæstionem præparatio. Vtiq; si
prima specie minus erit fauorabilis, legem asperam tuebimur, aut pœna-
rias actiones inferemus. Est hic locus uelut sequentis exordij, ad cōcilian-
dum probationibus nostris iudicem, mitigandum, concitandum. Quod
liberius hic & uehementius fieri potest, quia iudici causa iam nota est. His
igitur uelut fomentis, si quid erit asperum, præmolliemus, quo facilius au-
res iudicum, quæ post dicturi erimus, admittant, ne ius nostrum oderint.
Nihil enim facile persuadetur inuitis. Quo loco tamen iudicis quoq; natu-
ra noscenda est, iuri magis, an æquo sit appositus. Proinde enim magis aut
minus hoc erit necessarium. Cæterū res eadem, & post quæstionem per-
orationis uice fungit. Hanc partem ἐκβασις uocant Græci, Latini egressio-
nem, uel egressionem. Sed hæc sunt plures, ut dixi, quæ per totam causam
uarios habent excursus, ut laus hominum locorumq; ut descriptio regio-
num, expositio quarundam rerum non solum gestarum, sed etiam fabulo-
sarum. Quo ex genere est in orationibus contra Verrem compositis, Si-
ciliæ laus, Proserpinæ raptus: pro C. Cornelio popularis illa uirtutum
Cn. Pompeij cōmemoratio. In quā ille diuinus orator, uelut nomine ipso
ducis cursus dicendi teneretur, abrupto, quē inchoauerat, sermone diuer-
tit: Ac tamen ἐκβασις est (ut mea quidem fert opinio) alienæ rei, sed ad
utilitatem causæ pertinentis, extra ordinem excurrrens tractatio. Quapro-
pter non uideo, cur hunc ei potissimum locum assignent, qui rerum ordi-
nem sequitur, non magis quàm illud, cur hoc ita demum proprium pu-
tent, si aliquid in digressu sit exponendum, cum tot modis à recto itinere
declinet oratio. Nam quicquid dicitur, præter illas quinque, quas feci-
mus partes, egressio est, indignatio, miseratio, inuidia, conuicium, excu-
satio, conciliatio, maledictorum refutatio, similia his, quæ non sunt in quæ-
stione, omnis amplificatio, minutio, omne affectus genus, atque ea maxi-
me iucundam & ornatam faciunt orationem, de luxuria, de auaritia, de re-
ligione, de officijs, quæ cum sint argumentis subiecta similiū rerum, quia
cohærent, egredi non uidentur. Sed plurima sunt, quæ rebus nihil secum
cohærentibus inseruntur, quibus iudex reficitur, admonetur, placatur,
rogatur, laudatur. Innumerabilia sunt hæc, quorū alia sic præparata affe-
rimus, quædā ex occasione, uel ex necessitate dicimus, si quid nobis agen-
tibus noui accidit, interpellatio, interuentus alicuius tumultus. Vnde Ci-
ceroni quoq; in proœmio, cum diceret pro Milone, digredi fuit necesse,
ut ipsa oratiuncula, qua usus est, patet. Poterit autem paulò longius exire,
qui præparat aliquid ante quæstionem, & qui finitæ probationi uelut cō-
mendationem adiicit, at qui ex media erumpit, citò ad id redire debet, un-
de diuertit.

G



Vnt qui narrationi propositionē subiungant, tanquam partē iudicialis materiæ, cui opinioni respondimus. Mihi autē propositio uidetur omnis confirmationis initium, quod nō modō in ostendenda quæstione principali, sed nōnunquā etiam in singulis argumentis proponi solet, maximeq; in his, quæ ἐπιχρηµατα uocantur. Sed nunc de priore loquimur. Ea nō semper uti necesse est. Aliquando enim sine propositione aliqua satis quoq; manifestū est, quid in quæstione uersetur: utiq; si narratio ibi finem habet, ubi initiū quæstio, adeo ut aliquando subiungatur expositioni, quæ solet in argumentis esse summa collectio. Hæc sicut exposui, ita gesta sunt iudices, insidiator superatus est, ui uicta uis, uel potius oppressa uirtute audacia est. Sed nonnunquā ualde utilis est, præcipue ubi res defendi nō potest, & de iure quæritur, ut pro eo, qui pecuniam priuatam de templo sustulit, sacrilegij agitur. De sacrilegio cognoscitur, ut iudex intelligat, id unum esse officij sui quærere, an id quod obijcitur, sacrilegium sit. Item in causis obscuris ac multiplicibus. Nec semper propter hoc solum, ut sit causa lucidior, sed aliquando etiam ut magis moueat. Mouet autem si protinus subtexantur aliqua, quæ profint. Lex aperte scripta est, ut peregrinus, qui murum ascenderit, morte mulctetur. Peregrinum te esse certum est, quin ascenderis murum non quæritur, quid superest, nisi ut te puniri oporteat. Hæc enim propositio confessionem aduersarij premit, & quodammodo iudicandi moram tollit, nec indicat quæstionem, sed adiuuat. Sunt autem propositiones, & simplices & duplices, uel multiplices. Quod accidit non uno modo: nam & plura crimina iunguntur, ut cum Socrates accusatus est, quod corrumperet iuuentutem, & nouas superstitiones induceret: Et singula ex pluribus colliguntur, ut cum legatio male gesta obijcitur Aeschini, quod mentitus sit, quod nihil ex mandatis fecerit, quod moratus sit, quod munera acceperit. Recusatio quoq; plures interim propositiones habet, ut contra petitionem pecuniæ: Male petis, procuratori enim tibi esse non licuit, sed nec illi, cuius nomine litigas, habere procuratorem, sed neque es hæres eius, à quo accepisse mutuum dicor, nec ipsi debui. Multiplicari hæc in quantumlibet possunt, sed rem ostendisse satis est. Hæc si ponantur singulæ subiectis probationibus, plures erunt propositiones: si coniungantur, in partitionem cadunt. Est & nuda propositio, qualis ferè in coniecturalibus, cædis ago, furtum obijcio. Est ratione subiecta, ut maiestatem minuit Caius Cornelius, nam codicem Tribunus plebis ipse pro concione legit. Præter hoc utimur propositione, aut nostra, ut adulterium obijcio: aut aduersarij, ut adulterij mecum agitur: aut cōmuni, ut inter me & aduersarium quæstio est, uter sit intestato propior. Nonnunquā diuersas quoq; cōiungimus. Ego quoq; hoc dico, aduersarius hoc. Habet interim uim propositionis, etiam si per se non est propositio,

cum

A cum exposito rerū ordine, subiicimus: De his cognoscitis, ut sit hæc comitatio iudicis, quo se ad quæstionem acrius intendat, & quodam uelut iactu excitatus finem esse narrationis, & initium probationis intelligat, et nobis confirmationem ingredientibus, ipse quoq; quodammodo nouum audiendi sumat exordium.

De Partitione. CAP. V.



Partitio est nostrarum, aut aduersarij propositionū, aut utrarūq; ordine collata enumeratio. Hac quidā utendū semper putant, quod & ea fiat causa lucidior, et iudex intērior ac docilior, si scierit & de quo dicimus, & de quo dicturi postea sumus. Rursus quidā periculosum id oratori arbitrantur duabus ex causis, quod nonnunquā excidere soleat quæ promissimus: & si qua in partiendo præterierimus, occurrere. Quod quidē nemini accidit, nisi qui planè uel nullo fuerit ingenio, uel ad agendū nihil cogitati præmeditatiq; detulerit. Alio qui quæ tam manifesta & lucida sunt, quàm ratio recte partitionis: Sequitur enim naturam ducem, adeo ut memoriæ id maximū sit auxilium, uia dicendi non decedere. Quapropter ne illos quidem probauerim, qui partitionē uetant ultra treis propositiones extendere. Quæ sine dubio multiplex fugiet memoriā iudicis, & turbabit intentionē. Hoc tamen numero uelut lege non est alliganda, cum possit causa plures desiderare. Alia sunt magis, propter quæ partitione non semper est utendū. Primū, quia pleraq; gratiora sunt, si inuenta subito, nec domo allata, sed inter dicendum ex re ipsa nata uideant, unde illa non iniucunda schemata: Penè excidit mihi, & fugerat me, & recte admones. Propositis enim probationibus, omnis in reliquum gratia nouitatis præcepitur. Interim uero fallendus est iudex, & uarijs artibus subeundus, ut aliud agi, quàm quod petimus, putet. Nam est nonnunquam dura propositio, quam iudex si prouidet, nō aliter præformidat, quàm qui ferrum medici, prius quàm curetur aspexit. At si re non ante proposita securum, ac nulla denunciatione in se conuersum intrarit oratio, efficiet quod promittenti non crederetur. Interim refugienda non modō distinctio quæstionum est, sed omnino tractatio, affectibus perturbandus, & ab intentione auferendus auditor. Non enim solum oratoris est docere, sed plus eloquentia circa mouendū ualet. Cui rei contraria est maxime tenuis illa, & scrupulose in partes secta diuisionis diligentia, eo tempore, quo cognoscendi iudicium conamur auferre. Quid, quod interim quæ per se leuia sunt, & infirma, turba ualent. Ideoq; congerenda sunt potius, & uelut eruptione pugnandum, quod tamen rarum esse debet, & ex necessitate demū, cum ipsum hoc, quod diffimili ratione est, coegerit ratio. Præter hæc in omni partitione est utiq; aliquid potentissimū, quod cum audiuit iudex, cætera tanquam superuacua grauari solet. Itaq; si plura uel obijcienda sunt, uel diluenda, & utilis, & iucunda partitio est, ut quod quæq; de re dicturi sumus, ordine appareat. At

r 2

C si unum crimen uarie defenderimus, superuacua, ut si ita partiamur: Dicā nō talem esse hunc, quem tueor, ut in eo credibile uideri possit homicidiū, dicā occidendi causam huic nō fuisse, dicam hunc eo tempore, quo homo occisus est, trans mare fuisse. Omnia quæ antequam id quod ultimū est, exequaris, inania uideri necesse est. Festinat em̄ iudex ad id quod potentissimum est, & uelut obligatum promisso patronum, si est patientior. tacitus appellat, sic uel occupatus, uel in aliqua potestate, uel etiā sic moribus compositus, cum conuicio efflagitat. Itaq; nō defuerunt qui Ciceronis illam pro Cluentio partitionem improbarent, qua se dicturum esse promissit. Primum neminem maioribus criminibus, grauioribus testibus in iudicium uocatum, quā Opianicū, deinde præiudicia esse facta ab his ipsi iudicibus, à quibus condemnatus sit. Postremo iudiciū pecunia non tentatum à Cluentio, sed contra Cluentium. Quia si probari posset, quod est tertium, nihil necesse fuerit dicere priora. Rursus nemo crit tam aut iniustus, aut stultus, quin eum fateatur optime pro Muræna esse partitū. Intelligo iudices tres totius accusationis partes fuisse, & earum unam in reprehensione uitæ, alteram in contentione dignitatis, tertiam in criminibus ambitus esse uersatam. Nam sic & ostendit lucidissime causam, & nihil fecit altero superuacuum. De illo quoq; genere defensionis pleriq; dubitant: Si occidi, recte feci, sed non occidi: quod enim prius pertinere, si se quens firmum sit: hæc inuicem obstare, & utroq; utentibus in neutro haberi fidem. Quod sanè in parte uerum est, & illo sequenti (si modò indubitabile sit) solo utendum: at si quid in eo quod est fortius, timebimus, utraq; probatione nitentur. Alius enim alio moueri solet, & qui factū putauit, iustū credere potest, qui tanq; iusto non mouebitur, factum fortasse non credet. Ut certa manus uno telo posset esse contenta, incertæ plura spargenda sunt, ut sit & fortunæ locus. Egregie uero pro Milone, insidiatorem primo Clodium ostendit, tum addit ex abundantia, etiam si id non fuisset, talem tamen ciuem cum summa uirtute interfectoris & gloria necari potuisse. Neq; illum tamen ordinē, de quo prius dixi, damnauerim, quia quædam, & si ipsa sunt dura, in id tamen ualent, ut ea molliant, quæ sequuntur. Nec omnino sine ratione est id, quod uulgò dicitur, Iniquum petendum, ut æquum feras. Quod tamen nemo sic accipiat, ut omnia credat audenda. Recte enim Græci præcipiunt, non tentanda quæ effici omnino non possunt. Sed quoties hac, de qua loquor, duplici defensione utemur, id laborandum est, ut in illam partem sequentem fides ex priore ducatur. Potest enim uideri, qui tutò etiā confessurus fuit, mentiendi causam in negando non habere. Et illud utiq; faciendum est, ut quoties suspicabimur à iudice aliam probationem desiderari, quā de qua loquimur, promittamus nos plene, & statim de eo satis esse facturos, præcipueq; si de pudore agitur. Frequenter autem accidit, ut causa parum uerecunda, iure tuta sit, de quo ne inuiti iudices audiant, & aduersi frequentius sunt admo-

A admonendi, securam defensionem probitatis ac dignitatis, expectent paulum, & agi ordine sinant. Quædam interim nos, & inuitis litigatoribus simulandū est dicere. Quod Cicero pro Cluentio facit circa iudicialiam legem. Nonnunquam quasi interpellemur ab his, & subsistere. Sæpe auertenda ad ipsos oratio. Hortandi ut sinant nos uti nostro consilio. Ita surrepetur animo iudicis, & dum sperat probationem pudoris, asperioribus illis minus repugnabit. Quæ cum receperit, etiā uerecundiæ defensionis facilius erit. Sic utraq; res inuicem iuuabit, eritq; iudex circa ius nostrum spe modestior ac attentior, circa modestiam iuris probatione procliuior. Sed ut nō semper necessaria, ac etiā superuacua partitio est, ita oportune adhibita plurimū orationi lucis & gratiæ confert. Neq; enim id solū efficit, ut clariora fiant quæ dicunt, rebus uelut ex turba extractis, & in conspectu iudicū positis, sed reficit quoq; audientē certo singularū partium sine, nō aliter quā facientibus iter, multū detrahunt fatigationis notata inscriptis lapidibus spatia. Nam & exhaustis laboribus nosse mensuram uoluptati est, & hortatur ad reliqua fortius exequenda, scire quantū supersit. Nihil enim longū uideri necesse est, in quo quid ultimum sit, certum est. Nec immeritò multum ex diligentia partiendi tulit laudis Quintus Hortensius, cuius tamen diuisionem in digitos diductam, nonnunq; Cicero leuiter eludit. Nā est certus eius modus, & euitanda maxime con-

B cisa nimium, & uelut articulosa partitio. Nam & autoritati plurimum detrahunt minuta illa, nec iam membra, sed frustra. Et huius gloriæ cupidi, quo subtilius & copiosius diuisisse uideantur, & superuacua assumunt, & quæ natura singularia sunt, secant, nec tam plura faciūt, quā minora. Deinde cum fecerunt mille particulas, in eandem incidunt obscuritatem, contra quam partitio inuenta est. † Diuisio, & simplex propositio, quoties uti liter adhiberi potest, primum debet esse aperta atque lucida. Nam quid sit turpius, quā id esse obscurū ipsum, quod in eum solū adhibetur usum ne sint cætera obscura? Tum breuis, nec ullo superuacuo onerata uerbo. Non enim quid dicamus, sed de quo dicturi simus ostendimus. Obtinendum etiā ne quid in ea desit, ne quid supersit. Superest autem sic ferè, cum aut in species partimur, quod in genera partiri sit satis, aut genere posito subijcitur species, ut, si dicam de uirtute, iustitia, continentia, quæ uirtutis sunt species. † Partitio proponit quid sit de quo cōueniat, quid de quo ambigatur. In eo quod conuenit, quid aduersarius fateatur, quid nos. In eo de quo ambigatur, quæ dicturi simus, quæ nostræ propositiones, quæ partis aduersæ. Turpissimum uero, non eodem ordine exequi, quo quicquæ proposueris.

†sustinere

†Et diuisa

† Partitio prima est quid

M. FABII QVINTILIA

NI DE INSTITVTIONE ORATORIA,
LIBER QVINTVS.

De Probationibus inartificialibus. CAPVT PRIMVM.

C VERVNT & clari quidam autores, quibus solū uideretur Oratoris officium, docere. Namq; & affectus duplici ratione excludendos putabant. Primum, quia uitium esset omnis animi perturbatio, deinde quia iudicem à ueritate depelli misericordia, uel ira, aut similibus non oporteret, & uoluptatem audientium petere, cum uincendi tantū gratia diceretur, non modò agenti superuacuum, sed uix etiam uiro dignū arbitrabantur. Plures uero, qui nec ab illis sine dubio partibus rationem orandi submouerunt, hoc tamen proprium atq; præcipuum crederent opus, sua confirmare, & quæ ex aduerso proponerentur, refutare. Vtruncq; est (neq; enim hoc loco meam interpono sententiā) hic erit liber illorum opinione maxime necessarius, quo toto hæc sola tractantur, quibus sanè & ea, quæ de iudicialibus causis iam dicta sunt, seruiunt. Nam neq; proœmij, neque narrationis est alius usus, quàm ut iudicē præparent. Et status nosse, atq; ea de quibus supra scripsimus, intueri superuacuum foret, nisi ad hanc perueniremus. Deniq; ex quinque, quas iudicialis materij fecimus, partibus, quæcunq; alia potest aliquando necessaria causæ non esse, lis nulla est, cui probatione opus non sit. Eius præcepta sic optime diuisuri uidemur, ut prius quæ in cōmune ad omnes quæstiones pertinet, ostendamus, deinde quæ in quocq; causæ genere propria sint, exequamur. Ac prima quidem illa partitio ab Aristotele tradita, consensum ferè omnium meruit, alias esse probationes, quas extra dicendi rationē acciperet orator, alias, quas ex causa traheret ipse, & quodammodo gigneret. Ideoq; illas ἀτέχνης, id est inartificiales, has τετέχνης, id est artificiales uocauerunt. Ex illo priore genere sunt præiudicia, rumores, tormenta, tabulæ, iusiurandum, testes. In quibus pars maxima contentionum forensium consistit. Sed ut ipsa carent arte, ita summis eloquentiæ uiribus, & alleuanda sunt plerunq; & refellenda. Quare mihi uidentur magnopere damnandi, qui totum hoc genus à præceptis remouerunt. Nec tamen in animo est omnia, quæ aut pro his, aut contra dici solent, complecti: Non enim communes locos tradere destinamus, quod esset operis infiniti, sed uim quandam, atq; rationem. Quibus demonstratis, nō modò in exequendo suas quisq; uires debet adhibere, sed etiam inueniendo similia, ut quæque conditio litium poscet. Neque enim de omnibus causis dicere quisquam potest, saltem præteritis, ut taceam de futuris.

ORATORIARVM, LIBER QVINTVS.
De Præiudicijs. CAP. II.

63

A



Am præiudiciorum uis omnis tribus in generibus uersatur: rebus quæ aliquando ex paribus causis sunt iudicatae, quæ exempla rectius dicuntur, ut de rescissis patrum testamentis, uel contra filios confirmatis: iudicijs ad ipsam causam pertinentibus, unde etiam nomen ductum est, qualia in Opianicū facta dicuntur, & à senatu aduersus Milonem: aut cū de eadem causa pronuntiatum est, ut in reis deportatis, & assertionem secunda, & de partibus centumuiralium, quæ in duas hastas diuisæ sunt. Confirmantur præcipue duobus, autoritate eorū qui pronuntiauerunt, & similitudine rerū, de quibus queritur. Refelluntur autem raro per contumeliam iudicum, nisi forte manifesta in his culpa erit. Vult enim cognoscentium quisque firmam esse alterius sententiam, et ipse pronuntiaturus, exemplum non libenter, quod in se fortasse recidat, facit. Confugiendum est in duobus superioribus, si res feret, ad aliquā dissimilitudinem causæ. Vix autem ulla est per omnia alteri similis. Si id non continget, ac eadem causa erit, aut actorum incusanda negligentia, aut de infirmitate personarum querendum, contra quas erit iudicatum, aut de gratia, quæ testes corruperit, aut de inuidia, aut de ignorantia, aut inueniendū quid causæ postea accesserit. Quorum si nihil erit, licet tamen dicere multas iudiciorum causas, ad inique pronuntiandum ualere. Ideoq; damnatum Rutilium, absolutos Clodium atq; Catilinam. Rogandi etiam iudices, ut rem potius intueantur ipsam, quàm iureiurando alieno suum donent. Aduersus consulta autem senatus, & decreta principum, uel magistratuum, remedium nullum est, nisi aut inuenta quantalacunq; causæ differentia, aut aliqua uel eorundem potestatis hominum posterior constitutio, quæ sit priori contraria, quæ si deerunt, lis non erit.

deformitate

teiusdem

De Rumore & Fama. CAP. III.



Amam, atq; rumores pars altera consensum ciuitatis, & uelut publicum testimonium uocat, altera sermonem sine ullo certo autore dispersum, cui malignitas initium dederit, incrementū credulitas, quod nulli nō etiam innocentissimo posse accidere, fraude inimicorum falsa uulgantium. Exempla utrinq; non deerunt.

De Tormentis. CAP. IIII.



Icut in tormentis quocq; qui est locus frequentissimus, cū pars altera quæstionem, uera fatendi necessitatem uocet, altera sæpe etiā causam falsa dicendi, quod alijs patientia facile mendacium faciat, alijs infirmitas necessariū. Quid attinet plura de his? Plenæ sunt orationes ueterum, ac nouorum. Quædam tamen in hac parte erunt propria cuiusq; litis. Nam siue de habenda quæstione agetur, plurimum intererit quis, & quem postulet, aut offerat & in quem, ex qua causa: siue iam erit habita, quis ei præuerit, quis & quomodo sit tortus, an credibilia dixerit, an inter se constantia, perseuerauerit in eo quod coeperat, an aliquid dolore mutauerit, prima parte quæstionis, an procedente

cruciatu, quæ † utrinq; tam infinita sunt, quàm ipsa rerum uarietas.

C

De Tabulis. CAP. V.

Contra tabulas quoq; sæpe dictum, sæpe dicendū est, cum eas non solū refelli, sed etiam accusari sciamus esse usitatum. Cum sit autem in his aut scelus signatorum, aut ignorantia, tutius ac facilius id quod secundo loco diximus tractatur, quod pauciores rei fiunt. Sed hoc ipsum argumenta ex causa trahit, si forte aut incredibile est, id actum esse, quod tabulæ continent, aut (ut frequentius euenit) alijs probationibus æque inartificialibus soluitur, si aut is, in quem signatum est, aut aliquis signator dicitur abfuisse, uel prius esse defunctus, si tempora nō congruūt, si uel antecedentia, uel insequentia tabulis repugnant. Inspectio ipsa sæpe etiam falsum deprehendit.

De Iureiurando. CAP. VI.

Iurandum litigatores aut offerunt suū, aut non recipiunt oblatum, aut ab aduersario exigunt, aut recusant cum ab ipsis exigatur. Offerre suum sine † illa conditione, ut aduersarius iuret, ferè improbum est. Qui tamen id faciet, aut uita se tuebitur, ut eum non sit credibile peieraturum, aut ipsa uel religionis. In qua & plus fidei consequetur, si id egerit, ut non cupide ad hoc descendere, sed ne hoc quidem recusare uideatur, aut si causa modò patiatur litis, propter quam deuoturus se ipse non fuerit, aut si præter alia causæ instrumenta, adiicit ex abundantia hanc quoq; conscientia suæ fiduciam. Qui non recipiet conditionem, & à multis contemni iurisiurandi metum dicet. Cum etiam philosophi quidam sint reperti, qui deos habere rerum humanarū curam negarent. Eum uero qui nullo offerente iurare sit paratus, & seipsum uelle de causa sua pronunciare, & quā id quod offert leue ac facile credat, ostendere. At is qui desert, agere modeste uidetur, cum litis aduersarium iudicem faciat, & cum, cuius cognitio est, onere liberet, qui profecto alieno iureiurando stari quàm suo mauult, quo difficilior recusatio est, nisi forte res est ea, quam credibile sit notam ipsi non esse. Quæ excusatio si deerit, hoc unum relinquetur, ut inuidiam sibi quæri ab aduersario dicat, atq; id agi, ut in causa, in qua uincere non possit, queri possit. Itaq; hominem quidem malum occupaturū hanc conditionem fuisse, se autem probare malle, quæ affirmet, quàm dubium cuiquam relinquere, an peierarit. Sed nobis adolescentibus seniores in agendo facti præcipere solebant, ne unquam iurandum deferremus, sicut nec optio iudicis aduersario esset permittenda, nec ex aduocatis partis aduersæ iudex eligendus. Nam si dicere cōtraria turpe aduocato uidet, certe turpius habendū, facere quod noceat.

De Testibus. CAP. VII.

† Maximis

Maximus tamen patronis circa testimonia sudor est. Ea dicuntur aut per tabulas, aut à præsentibus. Simplicior contra tabulas pugna. Nam & minus uidetur obstitisse pudor inter paucos signatores,

Atores, & pro diffidentia premitur absentia. Si reprehensionem non capit ipsa persona, infamare signatores licet. Tacita præterea quadam significatione refragantur his omnibus, quod nemo per tabulas dat testimonium, nisi sua uoluntate, quo ipso non esse amicum ei se, contra quem dicit, fateatur. Nec tamen protinus cesserit orator, quo minus & amicus pro amico, & inimicus contra inimicum possit uerum (si integra sit ei fides) dicere. Sed late locus uterq; tractatur. Cum præsentibus uero ingens dimicatio est, ideoq; uelut duplici contra eos, proq; his acie confligitur, actionum et interrogationum. In actionibus primum generaliter pro testibus, atque in testes dici solet. Est hic cōmunis locus, cum pars altera nullam firmiter probationem esse contendit, quàm quæ sit hominum scientia nixa: altera ad detrahendam illis fidem omnia, per quæ fieri soleant falsa testimonia, enumerat. Sequens ratio est, cum specialiter quidem, sed tamen multos pariter inuadere patroni solent. Nam & gentium simul uniuersarum elcuata testimonia ab oratoribus scimus, & tota genera testimoniorum, ut de auditionibus, non enim ipsos esse testes, sed iniuratorum afferre uoces, ut in causis repetundarum, qui se reo numerasse pecunias iurant, litigatorum nō testium habendos loco. Interim aduersus singulos dirigitur actio. Quod insectationis genus, & permixtū defensionem legimus in orationibus plurimis, & separatim editum, sicut in Vatinius testem. Totum igitur excutiamus locum, quando uniuersam institutionē aggressi sumus.

B Sufficiebant alioqui libri duo à Domitio Afro in hanc rem cōpositi, quæ adolescentulus senem colui, ut non lecta mihi tantū ea, sed pleraq; ex ipso sint cognita. Is uerissime præcipit, primum esse in hac parte officium oratoris, ut totam causam familiariter norit, quod sine dubio ad omnia pertinet. Id quomodo contingat, explicabimus, cum ad destinatum huic parti locum uenerimus. Ea res suggeret materiam interrogationi, & ueluti tela ad manum subministrabit. Eadem docebit, ad quæ iudicis animus actione sit præparandus. Debet enim uel fieri, uel detrahi testibus fides oratione perpetua, quia sic quisq; dictis mouetur, ut est ad credendum, uel non credendum ante formatus. Et quoniam duo genera sunt testium, aut uoluntariorum, aut eorum quibus iudex in publicis iudicijs lege denunciare solet, quorum altero utraq; pars utitur, alterū accusatoribus tantum concessum est, separemus officium dantis testes, & refellentis. Qui uoluntarium producit, scire quid is dicturus sit, potest, ideoq; faciliorem uidetur in rogando habere rationē. Sed hæc quoq; pars acumen, & uigilantiam poscit, prouidendūq; ne timidus, ne inconstans, ne † imprudens sit testis, Turbantur enim, & à patronis diuersæ partis inducuntur in laqueū. Sed plus deprehensi nocent, quàm firmi & interriti profuissent. Multū igitur domi ante uersandi, ac uarijs percontationibus, quales haberi ab aduersario possunt, explorandi sunt. Sic fit, ut aut constent sibi, aut si quid tibi bauerint, opportuna rursus eius, à quo producti sunt, interrogatione, ue-

Domitij Afro libri.

† impudicus

C lut in gradum reponantur. In his quoque adhuc, qui constiterint sibi, uitandae insidiae: nam frequenter subijci ab aduersario solent, & omnia praesentura polliciti diuersa respondent, & auctoritatem habent non arguentium illa, sed confitentium. Explorandum igitur quas causas laedendi aduersarium afferant, nec id satis est, inimicos fuisse, sed an desierint, an per hoc ipsum reconciliari uelint, ne corrupti sint, ne poenitentia propositum mutauerint. Quod cum in his quoque, qui ea quae dicturi uidentur, re uera sciunt, necessarium est praecauere, tum multo magis in his, qui se dicturos quae falsa sunt, pollicentur. Nam & frequentior eorum poenitentia est, & promissum suspectius, et si perseuerauerint, reprehensio facilior. Eorum uero, quibus denunciatur, pars testium est, quae reum laedere uelit, pars quae nolit. Idque interim scit accusator, interim nescit, singamus in praesentia scire, in utroque enim genere summis artibus interrogantis opus est: nam si habet testem cupidum laedendi, cauere debet hoc ipsum, ne cupiditas eius appareat, nec statim de eo quod in iudicium uenit, rogare, sed aliquo circuitu ad id peruenire, ut illi, quod maxime dicere uoluit, uideatur expressum. Nec nimium instare interrogationi, ne ad omnia respondendo testis fidem suam minuat, sed intantum euocare eum, quantum sumere ex uno satis sit. At in eo, qui uerum inuitus dicturus est, prima felicitas interrogantis est, extorquere, quod is noluerit. Hoc non alio modo fieri potest, quam longius interrogatione repetita. Respondebit enim quae nocere causae non arbitrabitur. Ex pluribus deinde quae confessus erit eum perducetur, ut quod dicere non uult, negare non possit: nam ut in oratione sparsa plerumque colligimus argumenta, quae per se nihil reum aggrauare uideantur, congregatione deinde eorum factum conuincimus, ita huiusmodi testis multa de antea actis, multa de insecutis, loco, tempore, persona, caeterisque est interrogandus, ut in aliquod responsum incidat, post quod illi uel fateri quae uolumus necesse sit, uel his quae iam dixerat, repugnare. Id si non contingit, reliquum erit, ut eum nolle dicere manifestum sit, protrahendusque ut in aliquo, uel extra causam deprehendatur. Tenendus etiam diutius, ut omnia, ac plura quam res desiderat pro reo dicendo, suspectus iudici fiat, quo non minus nocebit, quam si uera in reum dixisset. At si (quod secundo loco diximus) nesciet actor, quid propositi testis attulerit, paulatim & ut dicitur, pedetentim interrogando experietur animum eius, & ad id responsum quod eliciendum erit, per gradus ducet. Sed quia nonnunquam sunt haec quoque testium artes, ut primo ad uoluntatem respondeant, quo maiore fide diuersa postea dicant, est oratoris, suspectum testem dum prodest, dimittere. Patronorum in parte expeditior, in parte difficilior interrogatio est. Difficilior hoc, quod raro unquam possunt ante iudicium scire, quid testis dicturus sit: Expeditior, quod cum interrogandus est, sciunt quid dixerit. Itaque in eo quod incertum est, cura et inquisitione opus est, quis reum premat, quas

A & quibus ex causis inimicitias habeat, eaque in oratione praedicenda atque amolienda sunt, siue odio conflatos testes, siue inuidia, siue gratia, siue pecunia uideri uolumus. Et si deficietur numero pars diuersa, paucitatem: si abundabit, conspirationem: si humiles producet, utilitatem: si potentes, gratiam oportebit incessere. Plus tamen proderit causas, propter quas reum laedant, exponere, quae sunt uariae, & pro conditione cuiusque litis, aut litigatoris. Nam contra illa, quae supra diximus, simili ratione responderi locis communibus solet, quia & in paucis, atque humilibus accusator simplicitate gloriari potest, quod neminem, praeter eos qui quos putarit scire, quaesierit, & multos atque honestos commendare aliquando est facilius. Verum interim & singulos ut exornare, ita destruere contingit, aut recitatis in actione, aut nominatis testibus. Quod his temporibus, quibus testis non nisi post finitas actiones rogabatur, & facilius & frequentius fuit. Quid autem in quocumque testium dicendum sit, sumi nisi ab ipsorum personis non potest. Reliquae interrogandae sunt partes, qua in re primum est nosse testem: nam timidus terreri, stultus decipi, iracundus concitari, ambitiosus inflari, longus protrahi potest. Prudens uero & constans, uel tanquam inimicus & peruicax dimittendus statim, uel non interrogatione, sed breui interlocutione patroni refutandus est, aut aliquo, si continget, urbane dicto refrigerandus: aut si quid in eius uita dici poterit, infamia criminum destruendus. Probos quosdam, & uerecundos non aspere incessere profuit: nam sepe qui aduersus insectantem pugnassent, modestia mitigant. Omnis autem interrogatio est aut in causa, aut extra causam. In causa, sicut accusatori precepimus, patronus quoque altius, et unde nihil suspecti sit, repetita percontatione priora sequentibus applicando, saepe eum perducit homines, ut inuitis quod profit extorqueat. Eius rei, sine dubio, neque disciplina ulla in scholis, neque exercitatio traditur, & naturali magis acumine aut usu contingit haec uirtus. Si quod tamen exemplum ad imitationem demonstrandum sit, solum est, quod ex dialogis Socraticorum, maximeque Platonis duci potest, in quibus adeo scitae sunt interrogationes, ut cum plerisque bene respondeatur, res tamen ad id, quod uolunt efficere, perueniat. Illud fortuna interim praestat, ut aliquid, quod inter se parum consentiat, a teste dicatur: interim (quod saepius euenit) ut testis testi diuersa dicat. Acuta autem interrogatio ad hoc, quod casu fieri solet, etiam ratione perducet. Extra causam quoque multa quae prosint, rogari solent, de uita testium aliorum, de sua quisque, si turpitudine, si humilitas, si amicitia accusatoris, si inimicitiae cum reo, in quibus aut dicant aliquid, quod profit, aut in mendacio, uel cupiditate laedendi deprehendantur. Sed in primis interrogatio debet esse circumspecta, quia multa contra patronos uenusti testes saepe respondent, eisque praecipue uulgo fauetur, tam uerbis, quam maxime ex medio sumptis, ut qui rogatur (is autem est saepius & imperitus) intelligat, aut ne intelligere se neget, quod interrogantis non leue

C frigus est. Illa uero pessime artis, testem subornatum in subsellia aduersarij mittere, ut inde excitatus plus noceat, uel dicendo contra reum, cum quo sederit, uel cum adiuuissse testimonio uidebitur, faciendo ex industria multa immodeste atq; intemperanter, per quæ non à se tantum dictis detrahat fidem, sed cæteris quoq; qui profuerant, auferat auctoritatem, quorum mentionem habui, non ut fierent, sed ut uitarentur. Sæpe inter se collidi solent, inde testatio, hinc testes, locus utrinq;. Hæc enim se pars iurando, illa consensu signantium tuetur. Sæpe inter testes, & argumenta quæsitum est, inde scientiam in testibus & religionem, ingenia esse in argumentis dicitur: hinc testem gratia, metu, pecunia, ira, odio, amicitia, ambitu fieri, argumenta ex natura duci: in his iudicem sibi, in illis alij credere. Communia hæc pluribus causis, multumq; iactata sunt, semperq; iactabuntur. Aliquando utrinq; sunt testes, & quæstio sequitur ex ipsis, utri meliores uiri. Ex causis, utri magis credibilia dixerint. Ex litigatoribus, utri gratia magis ualuerint. His adijcere si quis uolet ea, quæ diuina testimonia uocant, ex responsis, oraculis, ominibus, duplicem sciat eorum esse tractatum: generalem alterum, in quo inter Stoicos & Epicuri sectam secutos pugna perpetua est, regatur ne prouidentia mundus: speciale alterum, contra partem diuinationis, ut quæque in quæstionem cadit, Aliter enim oraculorum, aliter haruspicum, augurum, coniectorum, & mathematicorum fides confirmari, aut refelli potest, cum sit rerum earum ratio diuersa. Circa eiusmodi quoque [†] inuenta firmamanda, uel destruenda, multum habet operis oratio, si quæ sint uoces per uinum, somnum, dementiam emissæ, uel excepta paruulorum indicia, quod pars altera nihil fingere, altera nihil iudicare, dictura est. [†] Nec tantum præstare hoc genus potest, sed etiam ubi non est, desiderari solet. Pecuniam dedisti, quis numerauit? ubi unde? Venenum arguis, ubi emi? à quo? quanti? per quem dedi? quo conscio? Quæ ferè omnia pro Cluentio Cicero in crimine ueneficij excutit. Hæc de inartificialibus quambreuiissime potui.

De probatione artificiali. CAP. VIII.

Ars altera probationum, quæ est tota in arte, constatq; rebus ad faciendam fidem appositis, plerunq; aut omnino negligitur, aut leuissime attingitur ab his, qui argumenta uelut horrida & confragosa uitantes, amœnioribus locis desident, neque aliter, quàm hi qui traduntur à poetis gustu cuiusdã apud Lotophagos graminis, & Sirenũ cantu deliniti, uoluptatem saluti prætulisse, dum laudis falsam imaginem persequuntur, ipsa propter quam dicitur, uictoria cedunt. Atqui cætera quæ continuo magis orationis tractu decurrunt, in auxilium atque ornamentum argumentorum comparantur, neuisq; illis, quibus causa continetur, adijciunt inducti super corporis speciem, ut si forte quid factum ira, uel metu, uel cupiditate dicatur, latius que cuiusq;

† instrumenta

† Nec tantum præstare hoc genus potest

A cuiusq; affectus natura sit, prosequemur. Iisdem laudamus, incusamus, aut gemus, minuius, describimus, deterremus, querimus, consolamur, hortamur. Sed horum esse opera in rebus, aut certis, aut de quibus tanquam certis loquimur, potest. Nec abnuerim esse aliquid in delectatione, multum uero in commouendis affectibus. Sed hæc ipsa plus ualent, cum se didicisse iudex putat, quod consequi nisi argumentatione, aliq; omni fide rerum non possumus. Quorum prius quàm partior species, indicandum [†] reor, quædam in omni genere probationum communia. Nam neque ulla quæstio est, quæ non sit, aut in re, aut in persona. Nec esse argumentorum loco possunt, nisi in his quæ rebus, aut personis accidunt. Eaq; aut per se inspici solent, aut ad aliud referri. Neq; ulla confirmatio, nisi aut ex antecedentibus, aut ex cõsequentibus, aut ex pugnantibus, & hæc necesse est, aut ex præterito tempore, aut ex coniuncto, aut ex sequentibus petere. Nec ulla res probari nisi ex alia potest. Eaq; sit oportet, aut maior, aut par, aut minor. Argumenta uero reperiuntur, aut in quæstionibus, quæ etiam separatæ à complexu rerum, personarum que spectari per se possint: aut in ipsa causa, cum inuenitur aliquid in ea, non ex communi ratione ductum, sed eius iudicij de quo cognoscitur, proprium. Probationum præterea omnium aliæ sunt necessariae, aliæ non repugnantes. Adhuc omnium probationum quadruplex ratio est, ut uel quia aliquid est, aliud non sit, ut dies est, nox non est: uel quia est aliquid, & aliud sit, ut sol est super terram, dies est: uel quia aliquid non est, aliud sit, ut nox non est, dies est: uel quia aliquid non est, nec aliud sit, ut non est rationale, nec homo est. His in uniuersum prædictis partes subijciam.

De Signis. CAP. IX.



Mnis igitur probatio artificialis constat aut signis, aut argumentis, aut exemplis. Nec ignoro, plerisq; uideri signa partem argumentorum, quæ mihi separandi ratio hæc fuit, prima, quod sunt penè ex illis inartificialibus. Cruenta enim uerba, & clamor, & liuor, & talia sunt instrumenta qualia tabulæ, rumores, testes, nec inueniuntur ab oratore, sed ad eum cum ipsa causa deferuntur: Altera, quod signa siue indubitata sunt, non sunt argumenta, quia ubi illa sunt, quæstio non est, argumento autem, nisi in re controuersa, locus esse non potest, siue dubia, non sunt argumenta, sed ipsis argumentis egent. Diuiduntur aut in has duas species, quod eorum alia sunt, ut dixi, quæ necessaria sunt, quæ Græci uocant τεκμηρία, alia nõ necessaria, quæ ομηρία. Priora illa sunt, quæ aliter habere se non possunt, quæ mihi uix pertinere ad præcepta artis uidentur. Nam ubi est signũ insolubile, ibi ne lis quidem est. Id aut accidit, cum quid aut necesse est fieri, factũ ue esse, aut omnino non potest fieri, uel esse factum, quo in causis posito, lis non est, nisi facti. Hoc genus per omnia tempora perpendi solet. Nam & consse

C eam cum uiro, quæ peperit, quod est præcriti: & fluctus esse, cum magna uis uenti in mare incubuit, quod coniuncti: & eum mori, cuius cor est uulneratū, quod futuri necesse est. Nec fieri potest, ut ibi messis sit, ubi satum nō est, ut quis Romæ sit, cum est Athenis, ut sit ferro uulneratus, qui sine cicatrice est. Sed quædā & retrorsum idem ualēt, ut uiuere hominem qui spirat, & spirare qui uiuit. Quædam in contrarium non recurrunt: Nec enim quia mouetur qui ingreditur, etiam ingreditur qui mouetur. Quare potest & corisse cū uiro quæ non peperit, & nō esse uentus in mari, cum esset fluctus, nec utiq; cor eius uulneratum esse, qui perit. Ac similiter fatum fuisse potest, ubi non fuit messis, nec fuisse Romæ, qui non fuit Athenis, nec fuisse ferro uulneratum, qui habet cicatricem. Alia sunt signa non necessaria, quæ *σημεία* Græci uocant, quæ etiam si ad tollendam dubitationem sola non sufficiunt, tamen † adiuncta cæteris plurimum ualent. Signum uocant, ut dixi, *σημείον*, quanquam id quidam indicium, quidam uestigium nominauerunt, per quod alia res intelligitur, ut per sanguinem cædes: At quia sanguis uel ex hostia respersisse uestem potest, uel è naribus profluxisse, nō utiq; qui uestem cruentam habuerit, homicidium fecerit. Sed ut per se non sufficit, ita cæteris adiunctum testimonij loco ducitur, si inimicus, si ante minatus, si eodem loco fuit. Quibus signum cum accessit, efficit ut quæ suspecta erant, certa uideantur. Alioqui sunt quædā signa utriq; parti cōmunia, ut liuores, tumores. Nam uideri possunt & ueneficij, & crudelitatis, & uulnus in pectore, sua manu & aliena perisse dicentibus, in quo est. Hæc perinde firma habentur, atq; extrinsecus adiuuantur. Eorum autem quæ signa sunt quidem, sed non necessaria, genus Her magoras putat, non esse uirginem Atalantam, quia cum iuuenibus per syl uas uagetur. Quod si receperimus, uereor ne omnia quæ ex facto ducuntur, signa faciamus, eadem tamen ratione, qua signa, tractantur. Nec mihi uidentur Areopagitæ, cum damnauerunt puerū coturnicum oculos eruentem, aliud iudicasse quàm id signum esse perniciosissimæ mentis, multisq; malo futuræ, si adoleuisset. Vnde Spuriij Melij, Marciq; Manlij popularitas, signum affectati regni fuit existimatum. Sed uereor ne longe nimum nos ducat hæc uia. Nam si est signū adulteræ, lauari cum uiris, erit & conuiuere cum adolescentibus, deinde etiam familiariter alicuius amicitia uti, aut fortasse corpus uulsum, fractum incessum, uestem muliebrem dixcrit mollis, & parum uiri signa, si cui, cum signum id proprie sit, quod ex eo, de quo quæritur, natum sub oculos uenit, ut sanguis ex cæde, ita illa ex impudicitia fluere uideantur. Ea quoq; que quia plerunq; obscruta sunt, uulgò signa creduntur, ut prognostica: Vento rubet aurea Phœbe. Et cornix plena pluuiam uocat improba uoce. Si causas ex qualitate cœli trahunt, sanè ita appellantur: nam si uento rubet luna, sinum uenti est rubor. Et si, ut idem poëta colligit, densatus & laxatus aër facit, ut sit inde ille auium cōcentus, idem sentiemus. Sunt autem signa etiā parua magnorum

A gnorum, ut hæc ipsa cornix. Nam maiora minorum esse nemo miratur.

De Argumentis. CAP. X.



Vnc de argumentis: hoc enim nomine complectuntur omnia quæ Græci *ἐπιχειρήματα, ἐπιχειρήματα, ἀποδείξεις* uocant, quanquam apud illos est aliqua horum nominum differentia, etiam si uis cōdem ferè tendit. Nam enthymema (quod nos commentum *Enthymema.* sanè, aut commentationem interpretamur, quia aliter nō possumus, græco melius uisuri) unū intellectum habet, quo omnia mente concepta significat, sed nunc de eo non loquimur: alterum, quo sententiam cum ratione: tertium, quo certam quandam argumenti cōclusionem, uel ex consequentibus, uel ex repugnantibus, quanquam de hoc parū conuenit. Sunt enim qui illud prius epichirema dicant, pluresq; inuenias in ea opinione, ut id demum quo pugna constat, enthymema accipi uelint. Et ideo illud Cornificius contrarium appellat. Hunc alij rhetoricum syllogismum, alij imperfectum syllogismū uocauerunt: quia distinctis nec totidem partibus concluderetur, quod sanè non utiq; ab oratore desideratur. Epichirema Valgius aggressionem uocat. Verrius autem iudicat non nostram administrationem, sed ipsam quam aggredimur, id est argumentum, quo aliquid probaturi sumus, etiam si nondum uerbis explanatum, iam tamen mente conceptum, epichirema dici. Alijs uidetur nō destinatum, uel inchoatum, sed perfectam orationem hoc nomen accipere, & ultimā speciem. Ideoq; propria eius appellatio, & maxime in usu posita, qua significatur certa quædam sententiæ comprehensio, quæ ex tribus partibus constat. Quidam epichirema rationem appellauerunt, Cicero melius ratiocinatum, quanquam et ille nomen hoc duxisse magis à syllogismo uidetur. Nam & statum syllogisticum ratiocinatum appellat, exemplisq; utitur Philosophorum. Et quoniam est quædam inter syllogismum & epichirema uicinitas, potest uideri hoc nomine rectè abusus. *ἀποδείξεις*, est euidentis probatio, ideoq; apud geometras *ῥαμμικαὶ ἀποδείξεις* dicuntur. Hanc & ab epichiremate Cæcilius putat differre solo genere cōclusionis, & esse apodixim imperfectum epichirema, eadem causa qua diximus enthymema à syllogismo distare. Nam & epichirema syllogismi pars est. Quidam inesse epichiremati apodixim putant, & esse partem eius confirmantem. Vt cunq; autem, quanquam diuersi autores eodem modo finiunt, ut sit oratio, per ea quæ certa sunt fidem dubijs afferens, quæ natura est omnium argumentorum, neq; enim certa incertis declarantur, hæc omnia generaliter *ᾠσίδες* appellant: quod ctsi propria interpretatione dicere fidē possumus, apertius tamen probationem interpretabimur. Sed argumentum quoq; plura significat. Nam & fabulæ ad actus scenarum compositæ, argumenta dicuntur, & orationum Ciceronis uelut thema ipse exponens Pædianus, argumentum, inquit, tale est. Et ipse Cicero ad Brutum ita scribit: Veritus fortasse ne nos in Catonem nostrum transferamus illinc mali quid, &

Epichirema.

Apodixis.

Argumentum.

C si argumentum simile non erat. Quo apparet, omnem ad scribendum destinatā materiā ita appellari. Nec mirū, cum id inter opifices quoque uulgatum sit. Vnde Vergilius: Argumentū ingens. Vulgoque paulo numerosius opus dicitur argumentosum. Sed nunc de eo dicendū argumentum est, quod probationem, indicium, fidem, aggressionem, eiusdem rei nomina facit, parum distincte, ut arbitror. Nam probatio, & fides efficitur non tantū per hæc, quæ sunt rationis, sed etiam per inartificialia. Signum autem quod ille indicium uocat, ab argumentis iam separavi. Ergo cum sit argumentum ratio probationem præstans, qua colligitur aliquid per aliud, & quæ, quod est dubium, per id quod dubiū non est, confirmat, necesse est esse aliquid in causa, quod probatione non egeat. Alioqui nihil crit quo probemus, nisi fuerit quod aut sit uerum, aut uideatur, ex quo dubijs fides fiat. Pro certis autem habemus primū quæ sensibus percipiuntur, ut quæ uidemus, audimus, qualia sunt signa: deinde ea, in quæ communi opinione consensus est, deos esse, præstandā pietatem parentibus. Præterea quæ legibus cauta sunt, quæ persuasione etiam si non omnium hominum, eius tamen ciuitatis, aut gentis, in qua res agitur, in mores recepta sunt, ut pleræque in iure non legibus, sed moribus constant. Si quid inter utranque partem conuenit, si quid probatum est, denique cuiusque aduersarius non contradicit. Sic enim fiet argumentum, cum prouidentia mundus regatur, administranda est respublica, si liquebit mundum prouidentia regi. Debet etiam nota esse recte argumenta tractaturo, uis & natura omnium rerum, & quid quæque earum plerumque efficiat. Hinc enim sunt quæ *εἰκότα* dicuntur. Credibilium autem genera sunt tria: Vnum firmissimum, quod ferè accidit, ut liberos à parentibus amari: Alterum uelut propensius, eum qui recte ualeat, in crastinū peruenturum: Tertium tantum non repugnans, in domo furtum factum ab eo, qui domi fuit. Ideoque Aristoteles in secundo de arte Rhetorica libro diligentissime est executus, quid cuique rei, & quid cuique homini soleat accidere, & quas res quosque homines, quibus rebus, aut hominibus, uel conciliasset, uel alienasset ipsa natura; ut diuitias qui sequatur, aut ambitum, aut superstitionem, quid boni probent, quid mali petant, quid milites, quid rustici, quo quæque modo res uitari, uel appeti soleat. Verum hoc exequi mitto. Non enim longum tantum, sed etiam impossibile, aut potius infinitum est, præterea positum in communi omnium intellectu. Si quis tamen desiderauerit, à quo peteret, ostendi. Omnia autem credibilia, in quibus pars maxima consistit argumentationis, ex huiusmodi fontibus fluunt, an credibile sit à filio patrem occisum, incestum cum filia commissum: & contra, ueneficiū in nouerca, adulterium in luxurioso. Illa quoque, an scelus palam factum, an falsum dixerit propter exiguam summam, quia suos quisque horum uelut mores habet, plerumque tamen non semper, alioqui indubitata essent, non argumenta. Excutiamus nunc argumentorum locos, quanquam quibusdam hi quoque de quibus

A quibus supra dixi, uidentur. Locos appello, non ut uulgò nunc intelliguntur, ut in luxuriam & adulterium, & similia, sed sedes argumentorum, in quibus latent, ex quibus sunt petenda. Nam ut in terra non omni generantur omnia, nec auem nec feram reperias, ubi quæque nasci, aut morari soleat ignarus. Et piscium quoque genera alia planis gaudent, alia saxosis, regionibus etiā littoribusque discreta sunt, nec elopen nostro mari, aut scarum ducas. Ita non omne argumentum undique uenit, ideoque non passim quaerendum est. Multus alioqui error est, & exhausto labore, quod non ratione scrutabimur, non poterimus inuenire nisi casu. At si scierimus ubi quicque nascatur, cum ad locum uentū erit, facile quod in eo erit, peruidebimus. In primis igitur argumenta sæpe à persona ducenda sunt, cum sit, ut dixi, diuisio, ut omnia in hæc duo partiamur, res atque personas, ut causa tempus locus, occasio, instrumentum, modus, & cætera, rerum sint accidentia. Personis autem non quicquid accidit exequendum mihi est, ut plerique fecerunt, sed unde argumenta sumi possunt. Ea porro sunt genus, nam similes parentibus ac maioribus suis filij plerumque creduntur, & nonnunquam ad honeste turpiterque uiuendum, inde causæ fluunt. Natio, nam & gentibus proprii mores sunt, nec idem in barbaro, Romano, Greco, probabile est. Patria, quia similiter etiam ciuitatum leges, instituta, opiniones habent differentiam. Sexus, ut latrocinium facilius in uiro, ueneficiū in foemina credas. Aetas, quia aliud alijs annis magis conuenit. Educatio et disciplina, quoniam refert à quibus, & quo quisque modo sit institutus. Habitus corporis, ducitur enim frequenter in argumentū species libidinis, robur petulantiae. His contraria in diuersum. Fortuna, neque enim idem credibile est in diuite ac paupere, propinquis, amicis, clientibus abundante, & his omnibus destituto. Conditionis etiam distantia est, nam clarus an obscurus, magistratus an priuatus, pater an filius, ciuis an peregrinus, liber an seruus, maritus an caelebs, parens liberorum an orbus sit, plurimū distat. Animi natura, etenim auaritia, iracundia, misericordia, crudelitas, seueritas, aliaque his similia, afferunt frequenter fidem, aut detrahunt, sicut uictus luxuriosus, an frugi, an sordidus, quaeritur. Studia quoque, nam rusticus, forensis, negociator, miles, nauigator, medicus, aliud atque aliud efficiunt. Intuendum etiam quid affectet quisque, locuples uideri an disertus, iustus an potens. Spectantur antea acta, dictaque. Ex præteritis enim æstimationari solent præsentia. His adijciunt quidam commotionem, hanc accipi uolunt temporarium animi motum, sicut iram, pauorem. Consilia autem & præsentis & præteriti & futuri temporis, quæ mihi etiam si personis accidunt, referenda tamen ad illā partē argumentorum uidentur, quæ ex causis ducimus, sicut habitus quidam animi, quo tractatur amicus an inimicus. Ponunt in persona & nomen, quod quidem ei accidere necesse est, sed in argumentū raro cadit, nisi cum aut ex causa datū est, ut sapiens, magnus, plenus, aut & ipsum alicuius cogitationis attulit causam, ut Lentulo con-

Loci argumentorum.

Personis accidentia.

C iurationis, quod libris Sibyllinis, haruspiciūq; responsis, dominatio dari tribus Cornelijs dicebatur, seq; eum tertium esse credebatur post Syllā, Cinnamq;, qui & ipse Cornelius erat. Nam & illud apud Euripidē frigidum sanē, quod nomen Polynicis, ut argumentū frater morū incessit. Locorū
 † tamen † enim ex eo frequens materia, qua Cicero in Verrem non semel usus est. Hæc ferē circa personas sunt, aut his similia. Neq; enim cōplecti omnia, uel hac in parte, uel in cæteris possumus, contenti rationem plura quæsi-
 Accidentia turis ostendere. Nunc ad res transeo, in quibus maxime sunt personis iun-
 rebus. cta quæ agimus, ideoq; prima tractanda. In omnibus porro quæ fiunt, quæritur aut quare, aut ubi, aut quando, aut quomodo, aut per quæ facta sunt. Ducuntur igitur argumenta ex causis factorum, uel futurorū, quorū materiā ὅλιπ alij, δὴ ἀναμύρ alij nominauerunt, in duo genera, sed quaternas utriusq; diuidūt species. Nam ferē uersatur ratio faciendi circa bonorum adeptionem, incrementū, conseruationē, usum: aut malorū cuitationem, liberationem, imminutionē, conuersionē, nanq; hæc in deliberando plurimū ualent. Sed has causas habent recta: praua contrā ex falsis opinionibus ueniunt. Nam est his initiū ex his, quæ creduntur bona aut mala: Inde errores existunt, & pessimi affectus, in quibus sunt, ira, odiū, inuidia, cupiditas, spes, ambitus, audacia, metus, cætera eiusdem generis. Accedunt aliquando fortuna, ebrietas, ignorantia. Quæ interim ad ueniam ualent, interim ad probationē criminū. Vt si quis dum alij insidiatur, alium dicitur interemisse. Causæ porro non ad conuincendum modō, quod obijcitur, sed ad defendendum quoq; excuti solent, cum quis se recte fecisse, id est honesta causa contendit, qua de re latius in tertio libro dictum. Finitiones interim ex causis pendent. An tyrannicida, qui tyrannum, a quo deprehensus in adulterio fuerat, occidit. An sacrilegus, qui ut hostes urbe expelleret, arma templo affixa detraxit. Ducuntur argumenta & ex loco. Spectatur enim ad fidem probationis, montanus an planus, maritimus an mediterraneus, consitus an incultus, frequens an desertus, propinquus an remotus, opportunus consilij an aduersus. Quam partem uidemus uehementissime pro Milone tractasse Ciceronē. Et hæc quidem, ac similia ad coniecturam frequentius pertinent, sed interim aditus quoque, priuatus an publicus, sacer an profanus, noster an alienus. Vt in persona, magistratus, pater, peregrinus. Hinc enim quæstiones oriuntur. Priuatam pecuniam sustulisti, uerum quia de templo, non furtū, sed sacrilegium est. Occidisti adulterū, quod lex permittit, sed quia in lupanari, cædes est. Iniuriam fecisti, sed quia magistratui, maiestatis actio est, uel contrā, licuit quia pater cram, quia magistratus. Sed circa facti controuersiam, argumenta præstant circa iuris lites materiam quæstionum. Ad qualitatem quoque frequenter pertinet locus. Neque enim idem ubiq; aut licet, aut decorum est. Quinetiam in qua quicq; ciuitate quæritur, interest. Moribus enim et legibus distant. Ad commendationem quoq; & inuidiam

A inuidiam ualeat. Nam & Ajax apud Ouidium inquit:
 Ante rates agimus causam, & mecum confertur Vlysses.
 Et Miloni inter cætera obiectum est, quod Clodius in monumentis ab eo maiorū suorum esset occisus. Ad suadendi momenta idem ualeat, sicut tempus, cuius tractatū subiungam. Eius autem (ut alio loco iam dixi) duplex significatio est. Generaliter enim & specialiter accipitur. Prius illud est, Nunc, Olim, sub Alexandro, cum apud Ilion pugnatum est, deniq; præteritum, instans, futurum. Hoc sequens habet & constituta discrimina, æstate, hyeme, noctu, interdiu: & fortuita, in pestilentia, in bello, in conuiuio. Latinorum quidam satis significari putauerunt, si illud generale tempus, hoc speciale tempora uocarent. Quorum utrorumq; ratio, & in consilijs quidem, & in illo demonstratiuo genere uersatur, sed in iudicijs frequentissima est. Nam & iuris quæstiones facit, & qualitatem distinguit, & ad coniecturam plurimum confert: ut cum interim probationes inexpugnabiles afferat, quales sunt, si dicatur (ut supra posui) signator, qui ante diem tabularum decessit, aut commississe aliquid, uel cum infans esset, uel cum omnino natus non esset. Præter id quod omnia facile argumenta aut ex his, quæ ante rem facta sunt, aut ex coniunctis rei, aut consequentibus ducuntur. Ex antecedentibus: Mortem minatus es, noctu existi, proficiscentem antecessisti. Causæ quoq; factorum præteriti sunt temporis. † Sed tempus subtilius quidam quam necesse erat diuiserunt, ut esset iuncti, sonus auditus est: adhærentis, clamor sublatus est. Insequentis sunt illa, latuisti, profugisti, liuores, & tumores apparuerunt. Iisdem temporum gradibus defensor utetur ad detrahendam ei, quod obijcitur, fidem. In his omnis factorum, dictorumq; ratio uersatur, sed dupliciter. Nam fiunt quædam, quia aliud postea futurum est: quædam, quia aliud ante factum est, ut cum obijcitur reo lenocini speciosæ marito, quod adulteri damnatam quandam emerit, aut paricidij reo luxurioso, quod dixerit patri, non me amplius obiurgabis. Nam & ille, non quia emit, leno est, sed quia leno erat, emit. Nec hic, quia sic erat locutus, occidit, sed quia erat occisurus, sic locutus est. Casus autem, qui & ipse præstat argumentis locum, sine dubio est ex insequentibus, sed quadam proprietate distinguitur, ut si dicam, melior dux Scipio quam Annibal, uicit enim Annibalē. Bonus gubernator nunquam fecit naufragium. Bonus agricola magnos sustulit fructus. Et contra, sumptuosus fuit, patrimonium exhaustit, turpiter uixit, uel omnibus inuisus est. Intuendæ sunt, præcipueq; in coniecturis, & facultates. Credibilius est enim occisos a pluribus pauciores, a firmioribus imbecilliores, a uigilantibus dormientes, a præparatis inopiantes. Quorum contraria in diuersum ualent. Hæc & in deliberando intuemur, & in iudicijs ad duas res solemus referre, an uoluerit quis, an potuerit. Nam & uoluntatem spes facit. Hinc illa apud Ciceronem coniectura: Insidiatus est Clodius Miloni, non Milo Clodio. Ille cum seruis

Ouid. 13. Metamorph.

† Secundum

C robustis, hic cum mulierum comitatu: Ille equis, hic in rheda: Ille expeditus, hic penula irretitus. Facultati autem licet instrumentum coniungere. Sunt enim in parte facultatis & copiae. Sed ex instrumento aliquando etiam signa nascuntur, ut spiculum in corpore inuentum. His adicitur modus, quem *ἁπόρον* dicunt, quo quaeritur, quemadmodum quid sit factum, id quod ad qualitatem scriptumque pertinet, ut si negemus adulterum ueneno occidisse, cum ferro licuisset occidere, sed uel oportuisse, tum ad coniecturas quoque, ut si dicam, bona mente factum, ideoque palam: mala ideo ex insidiis, noctu, in solitudine. In rebus autem omnibus de quarum uel natura quaeritur, quasque etiam citra complexum personarum, caeterorumque ex quibus fit causa, per se intueri possumus, tria sine dubio rursus spectanda sunt, an sit, quid sit, quale sit. Sed quia sunt quidam loci argumentorum omnibus communes, diuidi haec in tria genera non possunt. Ideoque locis potius, ut quosque incurrent, subiicienda sunt. Ducuntur ergo argumenta ex finitione seu sine: nam utroque modo traditur. Eius duplex ratio est. Aut enim simpliciter quaerit, sitne hoc uirtus, aut antecedente finitione, quid sit uirtus, id aut in uniuersum uerbis complectimur, ut rhetorice est bene dicendi scientia: aut per partes, ut rhetorice est recte inueniendi & disponendi & eloquendi cum firma memoria, & cum dignitate actionis, scientia. Praeterea finimus, aut uel, sicut superiora: aut *ἔτυμολογία*, ut affiduum ab aere dando, & locupletem a locorum, pecuniosum a pecorum copia. Finitioni subiecta maxime uidentur, genus, species, differens, proprium. Ex his omnibus argumenta ducuntur. Genus ad probandam speciem minimum ualet, plurimum ad refellendam. Itaque non quia est arbor, platanus est, at quod non est arbor, utique platanus non est. Nec quod non est uirtus, utique potest esse iustitia. Itaque a genere perueniendum est ad ultimam speciem, ut homo est animal, non est satis (id enim genus est) mortale, etiam si species, cum alijs tamen communis finitio. Rationale, nihil supererit ad demonstrandum id, quod uelis. Contra species firmam probationem habet generis, infirmam refutationem. Nam quod iustitia est, utique uirtus est: quod non iustitia, potest esse uirtus: ut si est fortitudo, continentia, constantia. Nunquam itaque tollitur a specie genus, nisi omnes species, quae sunt generi subiectae, remoueantur, hoc modo: Quod neque immortalis est, neque mortalis, animal non est. His adiciunt propria & differentia. Proprijs confirmatur finitio, differentibus soluitur. Proprium autem est, aut quod soli accidit, ut homini sermo, risus, aut quod utique accidit, sed non soli, ut igni calefacere. Et sunt eiusdem rei plura propria, ut ipsius ignis lucere, calere. Itaque quodcumque proprium deest, soluet finitionem, non utique quodcumque erit, confirmabit. Sapissime autem quid sit proprium cuiusque quaeritur, ut si per etymologiam dicatur: Tyrannicidae proprium est tyrannum occidere, negemus. Non enim si traditum sibi eum carnifex occiderit, tyrannicida uocatur, nec si imprudens, uel inuitus. Quod autem proprium non erit, differens erit, ut aliud

A ut aliud est seruum esse, aliud seruire, qualis esse in addictis quaestio solet. Qui seruus est, si manumittatur, fit libertinus, non itidem addictus, et plura, de quibus alio loco. Illud quoque differens uocant, cum genere in specie diducto species ipsa discernitur: Animal genus, mortale species, terrenum uel bipes, differens. Nondum enim proprium est, sed iam differt a marino, uel quadrupede. Quod non tam ad argumentum pertinet, quam ad diligentem finitionis comprehensionem. Cicero genus et speciem, quam eandem formam uocat, a finitione diducit, & his quae ad aliquid sunt, subiicit, ut si is, cui omne argentum legatum est, petat signatum quoque, utatur genere. At si quis cum legatum sit ei, quae uiro materfamilias esset, neget deberi ei, quae in manum non conuenerit, specie: quoniam duae formae sint matrimoniorum. Diuisione autem adiuuari finitionem docet, eamque differre a partitione, quod haec sit totius in partes, illa generis in formas. Partes incertas esse, ut quibus constet Respublica. Formas certas, ut quot sint species rerumpublicarum. Quas tres accipimus, quae populi, quae paucorum, quae unius potestate regeantur. Et ille quidem non his exemplis utitur, quia scribens ad Trebatium, ex iure ea ducere maluit, ego apertiora posui. Propria uero ad coniecturae quoque pertinent partem, ut proprium est boni recte facere, iracundi uerbis excandescere. Ac contra, quaedam in quibusdam utique non sunt, & ratio quamuis ex diuerso, eadem est. Diuisio, & ad probandum simili uia ualet, & ad refellendum. Probanti interim satis est unum habere, hoc modo: Ut sit ciuis, aut natus sit oportet, aut factus. Neganti, utrumque tollendum est, nec natus, nec factus est. Fit hoc & multiplex, ideoque argumentorum est genus ex remotione, quo modo efficitur totum falsum, modo id quod relinquitur, uerum. Totum falsum est, hoc modo: Pecuniam te credidisse dicis, aut habuisti ipse, aut ab aliquo accepisti, aut inuenisti, aut surripuisti. Si neque domi habuisti, neque ab alio accepisti, nec caetera, non credidisti. Reliquum fit uerum sic: Hic seruus, quem tibi uendicas, aut uerna tuus est, aut emptus, aut donatus, aut testamento relictus, aut ex hoste captus, aut alienus. Deinde remotis prioribus, supererit alienus. Periculosum, & cum cura intuendum genus, quia si in proponendo unum quodlibet omiserimus, cum risu quoque tota res soluitur. Tutius quod Cicero pro Cecinna facit, cum interrogat, si haec actio non sit, quae sit. Simul enim remouentur omnia. Vel cum duo ponentur inter se contraria, quorum tenuisse utrumlibet sufficiat, quale Ciceronis est: Vnum quidem, certe nemo erit tam inimicus Cluentio, qui mihi non concedat, si corruptum illud est iudicium, aut ab Habito, aut ab Opianico esse corruptum: Si doceo non ab Habito, uinco ab Opianico: Si ostendo ab Opianico, purgo Habitu. Fit etiam ex duobus quorum necessaria est alterutrum eligendi aduersario potestas, efficiturque, ut utrum elegerit, noccat. Facit hoc Cicero pro Oppio: Vtrum cum Cottam appetisset, aut cum ipse sese conaretur

Addit.

Democratia.
Aristocratia.
Monarchia.

† Probationi

†

† necesse est alterutrum uerum

C occidere, telum ei ē manibus ereptum est. Et pro Vareno: Optio uobis datur, utrum uelit, casu illo itinere Varenum usum esse, an huius persuasum et inductu. Deinde utraq; facit accusatori cōtraria. Interim duo ita proponunt, ut utrumlibet electū, idem efficiat, quale est: philosophandū est, etiamsi non est philosophandū. Et illud uulgatū: Quò schema, si intelligitur: quò si non intelligitur: &: Mentietur in tormentis qui dolorem pati potest, mentietur qui non potest. Vt sunt autem tria tempora, ita ordo rerum tribus momenti cōfertus est. Habent enim omnia initiū, incrementum, summam, ut iurgium, deinde cædes & strages. Est ergo hic quoque argumentorum locus inuicem probantium. Nam & ex initijs summa colligitur, quale est: Nō possum togam prætextam sperare, cum exordium pullum uideā. Et contrā, non dominationis causa Syllam arma sumpsisse, argumentum est dictatura deposita. Similiter & ex incremento in utranq; partem ducitur ratio, cum in coniectura, tum etiam in tractatu æquitatis, an ad initiū summa referenda, id est, an ei cædes imputanda sit, à quo iurgium coepit. Est argumentorū locus ex similibus. Si continentia uirtus, utiq; & abstinentia. Si fidem debet tutor, & procurator. Hoc est ex eo genere, quod & ἐπαγωγὴ Græci uocant, Cicero inductionem. Ex dissimilibus: Non si lætitia bonum, & uoluptas. Non quod mulieri, idem t̄pupillo. Ex contrarijs: Frugalitas bonum, luxuria enim malum. Si malorum causa bellum est, erit emendatio pax. Si ueniam meretur qui imprudens nocuit, non meretur præmium qui imprudens profuit. Ex pugnantibus: Qui est stultus, sapiens nō est. Ex consequentibus, siue adiunctis: Si iustitia est bonum, recte iudicandum. Si malum perfidia, non est fallendum. Idemq; retro: Nec sunt his dissimilia, ideoq; huic loco subiicienda, cum & ipsa naturaliter congruant: Quod quis nō habuit, nō perdidit. Quem quis amat, sciens non lædit. Quem quis hæredem suū esse uoluit, charum habuit, habet, habebit. Sed cum sint indubitata, uim habent penē signorū immutabiliū. Sed hæc consequentia dico ἀκόλουθα, est enim cōsequens sapientiae bonitas, illa sequentia ἐπαγόμενα, quæ postea facta sunt, aut futura. Nec sum de nominibus anxius, uocet enim ut uoluerit quisq;, dum uis rerum ipsa manifesta sit, appareatq; hoc tēporis, illud esse naturæ. Itaq; non dubito hæc quoq; consequentia, quamuis ex prioribus dent argumentū ad ea quæ sequuntur, quorum quidam duas species esse uoluerūt: Actionis, ut pro Oppio: Quos educere inuitos in prouinciam non potuit, eos inuitos retinere qui potuit. Temporis, in Verrem: Si finem Prætoris edicto afferunt calendæ Ianuarij, cur non initium quoq; edicti nascatur à calendis Ianuarij? Quod utrunq; exemplum tale est, ut idem in diuersum, si retro agas, ualeat. Consequens est enim eos, qui inuiti duci nō potuerunt, inuitos non potuisse retineri. Illa quoq; quæ ex rebus mutuā confirmationem præstantibus ducuntur, quæ proprij generis quidam uideri uolunt, & uocant ἐκ τῆς αὐτῆς ἀλλοτρίως, Cicero ex rebus sub eandem rationem uenientibus

A tibus fortiter consequentibus iunxerim: Si portorium Rhodijs locare honestum est, & Hermoereonti conducere: & quod discere honestum, & docere. Vnde illa non hac ratione dicta, sed efficiens idem, Domitij Afri sententia est pulehra: Ego accusaui, uos damnastis. Est inuicem consequens, quod ex diuersis idem ostendit, ut qui mundū nasci dicit, per hoc ipsum & deficere significat: quia deficit omne quod nascitur. Similima est his argumentatio, qua colligi solent ex his quæ faciunt, ea quæ efficiuntur, aut cōtrā, quod genus à causis uocāt. Hæc interim necessariò fiunt, interim plerunq;, sed nō necessariò. Nam corpus in lumine utiq; umbrā facit, & umbra ubicunq; est, ibi corpus esse ostendit. Alia sunt, ut dixi, nō necessaria, uel utrinq;, uel ex altera parte: Sol colorat, non utiq; qui est coloratus, à sole est. Iter puluerulentum facit, sed nec omne iter puluerem mouet, nec quisquis est puluerulentus, ex itinere est. Quæ utrinq; fiunt talia sunt. Si sapientia bonum uirū facit, bonus uir est utiq; sapiens. Ideoq; boni est honeste facere, mali, turpiter: & qui honeste faciunt, boni: qui turpiter, mali recte iudicantur. At exercitatio plerunq; robustum corpus facit, sed non quisquis est robustus, exercitatus, nec quisquis exercitatus, robustus est: Nec quia fortitudo præstat ne mortem timeamus, quisquis mortem non timuerit, uir fortis erit existimandus. Nec si capitis dolorem facit, inutilis hominibus sol est. Et hæc ad hortatiuum genus maxime pertinent. Virtus facit laudem, sequenda igitur, at uoluptas infamiam, fugienda igitur. Recte autem monemur, causas non utiq; ab ultimo esse repetendas, ut Medea: Vtinam ne in nemore Pelio. Quasi uero id eam fecerit miseram, aut nocentem, quod t̄ illic ceciderint abiegnæ ad terram trabes. Et Phyloteta Paridi: Si imperasses tibi, ego nunc non essem miser. Quomodo peruenire quò libet, retro causas legētib; licet. His illud adijcere ridiculū putarem, nisi eo Cicero uteretur, quod coniugatū uocant, ut eos qui rem iustam faciunt, iuste facere, quod certe non eget probatione. Quod compascuum est, compascere licere. Quidam hæc quæ uel ex causis, uel ex efficientibus diximus, alieno nomine uocant ἐξόδους, id est exitus. Nam nec hic aliud tractatur, quàm quid ex quoq; eueniat. Apposita uel comparatiua dicuntur, quæ maiora ex minoribus, minora ex maioribus, paria ex paribus probant. Confirmatur cōiectura ex maiore: Si quis sacrilegium facit, faciet & furtum. Ex minore: Qui facile ac palam mentitur, peierabit. Ex pari: Qui ob rem iudicandam pecuniam accepit, & ob dicendum falsum testimonium accipiet. Iuris confirmatio est huiusmodi. Ex maiore: Si adulterum occidere licet, & loris cedere. Ex minore: Si furem nocturnū occidere licet, quid latronem? Ex Pari: Quæ pœna aduersus interfectorem patris iusta est, eadem aduersus matris. Quorū omniū tractatus uersatur in syllogismis. Illa magis finitionibus, aut qualitatibus profunt: Si robur corporibus bonum non est, minus sanitas. Si furtum

C scelus, magis sacrilegium. Si abstinentia uirtus, & continentia. Si mundus prouidentia regit, administranda est respublica. Si domus aedificari sine ratione non potest, quid agendum in naualium cura & armorum? Ac mihi quidem sufficeret hoc genus, sed in species secatur. Nam ex pluribus ad unū, & ex uno ad plura (unde est quod semel & saepius) & ex parte ad totum, ex genere ad speciem, ex eo quod continet ad id quod continetur, ut ex difficilioribus ad faciliora, & ex longe positis ad propiora, & ad omnia quæ contra hæc sunt, eadem ratione argumenta ducuntur. Sunt enim & hæc maiora & minora, aut certe uim similem obtinent: quæ si prosequamur, nullus erit ea concidendi modus, Infinita est enim rerum comparatio, iucundiora, gratiora, magis necessaria, honestiora, utiliora. Sed mittamus plura, ne in eam ipsam, quā uito, loquacitatem incidam. Exemplorum quoque ad hæc infinitus est numerus, sed paucissima attingam. Ex maiore, pro Cecinna: † Qui exercitus armatos mouet, is aduocatione togatorum non uidebitur mouisse. Ex faciliore, in Clodium & Curionem: Ac uide, an facile fieri tu potueris, cum is factus non sit, cui tu concessisti. Ex difficiliore: Vide quæso Tubero, ut qui de meo facto non dubitem, de Ligarij audeam confiteri. Et ibi: An sperandi Ligario causa non sit, cum mihi apud te locus sit, etiam pro altero deprecandi? Ex minore, pro Cecinna: Ita ne uero scire esse armatos sat est, ut uim factam probes, in manus eorum incidere non est satis. Ergo, ut breuiter contraham summam, ducuntur argumenta à personis, causis, locis, tempore (cuius tres partes diximus, præcedens, coniunctum, insequens) facultatibus, quibus instrumentum subicimus, modo, id est, ut quicquid sit factum, finitione, genere, specie, differentibus, proprijs, remotione, diuisione, initio, incrementis, summa, similibus, dissimilibus, pugnantibus, consequentibus, efficientibus, effectis, euentis, iugatis, comparatione, quæ in plures deducitur species. Illud adijciendum uidetur, duci argumenta non à confessis tantum, sed etiam à fictione quam Græci κατ' ὑπόθεσιν uocant. Et quidem ex omnibus iisdem locis, quibus superiora, quia totidem species esse possunt factæ quot ueræ. Nam fingere hoc loco, id est proponere aliquid, quod si uerum sit, aut soluat quæstionem, aut adiuuet. Deinde id de quo quæritur, facere illi simile. Id quo facilius accipiant iuuenes, nondum scholam egressi, primo familiaribus magisque usitatis exemplis ostendam: Lex est, qui parentes non aluerit, uinciatur. Non alit quis, & uincula nihilominus recusat. Utitur fictione, si miles, si infans sit, si reipublice causa absit. Et illa contra optionem fortium, si tyrannidem petat, si templorum euerisionem. Plurimumque ea res uirium habet contra scriptum. Utitur his Cicero pro Cecinna: Unde tu, aut familia, aut procurator tuus si me uillicus tuus solus deiecerit? Si uero ne habeas quidem seruum, præter eum qui me deiecerit. Et alia in eodem libro plurima. Verum eadem fictio ualeat & ad qualitates: Si Catilina cum suo consilio nefariorum hominum, quos secum eduxit, hac de re posset iudicare,

† propria

† Quod exercitus arma mouet, id aduocationem non uidebitur mouisse:

† opinionem

A care, condemnaret Lucium Murænam. Et ad amplificationem: Si hoc tibi inter cœnā, in illis immanibus poculis tuis accidisset. Sic: & si Respub. uocem haberet. Has ferè sedes accepimus probationum in uniuersum, quas nec generatim tradere sat est, cum ex qualibet earum innumerabilis argumentorum copia oriatur, nec per singulas species exequi patitur natura rerum, quod qui sunt facere conati, duo pariter subierunt incommoda, ut & nimium dicerent, nec tamen totum. Unde plurimi cum in hos in explicabiles laqueos inciderunt, omnem etiam quem ex ingenio suo potuerant habere conatum, uelut astricti certis legum uinculis, perdiderunt, & magistrum respicientes, naturam ducem sequi desierunt. Nam ut per se non sufficit scire, omnes probationes, aut à personis, aut rebus peti: quia utrunque in plura diuiditur, ita ex antecedentibus, & iunctis, & insequentibus trahenda esse argumenta, qui acceperit, protinus in hoc sit instructus, ut quid in quaque causa dicendum sit, ex his sciat, præsertim cum plurime probationes in ipso causarum complexu reperiantur, ita ut sint cum alia lite nulla communes. Et quæ sunt potentissimæ, & minime obuiæ, quia communibus ex præceptis propria inuenienda sunt. Hoc genus argumentorum sanè dicamus ex circumstantia, quia ἡδίστασις dicere aliter non possumus: uel ex his, quæ cuiusque causæ propria sunt, ut in illo adultero sacerdote, qui lege qua unius seruandi potestatem habebat, se ipse seruare uoluit, proprium est controuersie dicere: Non unum nocentem seruabis, quia te dimisso, adulteram occidere non licebit. Hoc enim argumentum lex facit, quæ prohibet adulteram sine adultero occidi. Et illa in qua lex est, ut argentarij dimidium ex eo quod debebant, soluerent, creditum suum totum exigerent. Argentarius ab argentario solidum petit. Proprium ex materia est argumentum creditoris: idcirco adiectum esse in lege, ut argentarius totum exigeret. Aduersus alios enim non opus fuisse lege, cum omnes præterquam ab argentarijs totum exigendi ius haberent. Cum multa autem nouantur in omni genere materia, tum præcipue in his quæstionibus, quæ scripto constant, quia uocum est in singulis ambiguitas frequens, adhuc in coniunctis magis. Et hæc ipsa plurium legum, aliorumue scriptorum, uel congruentium, uel repugnantium complexu uariantur necesse est, cum res rei, aut ius iuris, quasi signum est: Non debui tibi pecuniam, nunquam me appellasti, usuram non accepisti, ultro à me mutuatus es. Lex est: Qui patri proditoris reo non affuerit, ex hæres sit. Negat nisi pater absolutus sit, quid signi? Lex altera: Proditionis damnatus, cum aduocato exulet. Cicero pro Cluentio P. Popilium, & Tiberrium Guttam dicit non iudicij corrupti, sed ambitus esse damnatos, quid signi? quod accusatores eorum, qui erant & ipsi ambitus damnati, è lege sint post hanc uictoriam restituti. Nec minus in hoc curæ debet adhiberi, quid proponendum, quam quomodo sit quod proposueris probandum. Hic omnino uis inuentionis si non maior, certe prior. Nam ut tela super

C uacua sint nescienti quid petat, sic argumenta, nisi præuideris cui rei adhibenda sint, hoc est, quod comprehendere arte nō possit. Ideoq; cum plures eadem didicerint, generibus argumentorū similibus utentur, alius tamen alio plura, quibus utatur, inueniet. Sit exempli gratia proposita controversia, quæ minime cōmunes cum alijs quæstiones habet: Cum Thebas euertisset Alexander, inuenit tabulas, quibus centū talenta mutuo Thessalis dedisse Thebanos continebatur. Has, quia erat usus cōmilitio Thessalorū, donauit his ultrò, postea restituti à Cassandro Thebani reposcunt Thessalos, apud Amphictyonas agitur, centum talenta & credidisse eos constat, & nō recepisse. Lis omnis ex eo, quod Alexander ea Thessalis donasse dicitur, pendet, constat quoq; illud, nō esse his ab Alexandro pecuniam datā. Quæritur ergo, an perinde sit quod datū est, ac si pecuniā dediderit. Quid proderūt argumentorū loci, nisi hæc prius uidero, nihil eum egisse donando, non potuisse donare, nō donasse. Et prima quidē actio facilis ac fauorabilis, repetitū iure, quod ui sit ablatū. Sed hinc aspera & uehemens quæstio exoritur, de iure belli dicentibus Thessalis, hoc regna populos, fines gentiū atq; urbiū contineri. Inueniendū contrā est, quo distet hæc causa à cæteris, quæ in potestatem uictoris ueniret, nec circa probationē res hæret, sed circa propositionē. Dicamus in primis in eo quod in iudiciū deduci potest, nihil ualere ius belli, nec armis erepta, nisi armis posse retineri. Itaq; ubi illa ualeāt, nō esse iudicē, ubi iudex sit, illa nihil ualere. Hoc inueniendū est, ut adhiberi possit argumentū. Ideo captiuos si in patriā redierint, liberos esse, quia bello parta nō nisi eadē ui possideant. Propriū et illud causæ, quod Amphictyones iudicāt, ut alia apud Centūuiros, alia apud iudicē priuatū in iisdē quæstionibus ratio sit. Tum secundo gradu, nō potuisse donari à uictore ius, quia id demū sit eius quod teneat: ius, quod sit incorporale, apprehendi manu nō potuisse. Hoc reperire difficilius, quàm cū inueneris, argumentis adiuuare, ut alia sit conditio hæredis, alia uictoris, quia ad illum ius, ad hunc res transeat. Propriū deinde materiæ, ius publici crediti transire ad uictorē nō potuisse, quia quod populus crediderit, omnibus debeat: & quandiu quilibet unus superfuerit, esse cum totius summæ creditorē. Thebanos autē nō omnes in Alexandri manu fuisse. Hoc nō extrinsecus probatur, quæ uis est argumenti, sed ipsum per se ualet. Tertij loci pars prior magis uulgaris. Non in tabulis esse ius, idq; multis argumentis defendi potest. Mens quoq; Alexandri duci debet in dubiū, honorarit eos, an deceperit. Illud iam rursus materiæ proprium, & uelut nouæ cōtrouersia, quod restitutione recepisse ius, etiam si quod amiserint, Thebani uidentur. Hic & quid Cassander uelit quæritur. Sed uel potētissima apud Amphictyonas æqui tractatio est. Hæc nō idcirco dico, quod inutilem horū locorū, ex quibus argumenta ducuntur, cognitionē putem, alioqui nec tradidissem, sed ne si qui cognouerint ista, si cætera negligant, perfectos se protinus atque consummatos putent, & nisi

A nisi in cæteris, quæ mox præcipienda sunt, elaborauerint, mutā quandam scientiam se consecutos intelligant. Nec enim artibus editis factum est, ut argumenta inueniremus, sed dicta sunt omnia antequam præciperentur, mox ea scriptores obseruata, & collecta ediderūt. Cuius rei probatio est, quod exemplis eorum ueteribus utuntur, & ab oratoribus illa repetunt, ipsi nullum nouum, & quod dictum non sit, inueniunt. Artifices ergo illi, qui dixerunt. Sed habenda his quoq; gratia est, per quos labor nobis detractus est. Nam quæ priores beneficio ingenij singula inuenerunt, nobis & non sunt requirenda, & nota omnia. Sed non magis hoc sat est, quàm palæstram didicisse, nisi corpus exercitatione, continentia, cibis, ante omnia natura iuuetur. Sicut contrā, ne illa quidē satis sine arte profuerint. Illud quoq; studiosi eloquentiæ cogitēt, neq; omnibus in causis ea quæ demonstrauimus, cuncta posse reperiri, neq; cū proposita fuerit materia dicendi, scrutanda singula, et uelut ostiatim pulsanda, ut sciāt, an ad probandum id quod intendimus, fortē respondeant, nisi cū discunt, & adhuc usu carent. Infinitā enim faciet ipsa res dicendi tarditatē, si semper sit necesse, ut tentantes unumquodq; eorū quod sit aptū, atq; conueniens, experiendo noscamus. Nescio an etiā impedimento futura sint, nisi & animi quædam ingenua natura, & studio exercitata uelocitas, rectā nos ad ea quæ conueniant causæ, ferant. Nam ut cantus uocis plurimū iuuat sociata neruorum concordia, si tamen tardior manus, nisi inspectis, dimensisq; singulis, quibus quæq; uox fidibus iungenda sit, dubitet, potius fuerit esse contentum † eo, quod simplex canendi natura tulerit. Ita huiusmodi præceptis debet quidem apta esse, & citharæ modo intenta ratio doctrinæ, sed hoc exercitatione multa consequendum, ut quemadmodum illorum artificum, etiam si † aliō spectent, manus tamen illa ipsa consuetudine ad graues acutos, mediosq; horū sonos fertur, sic oratoris cogitationem nihil moretur hæc uarietas argumentorum & copia, sed quasi offerat se, & occurrat: & ut literæ syllabæq; scribentium cogitationem non exigunt, sic rationes sponte quadam sequantur.

De Exemplis. CAP. XI.

Tertium est genus ex his quæ extrinsecus adducuntur in causam, Græci uocāt ἀνάγμα, quo nomine & generaliter usi sunt in omni similitum appositione, & specialiter in his, quæ rerum gestarum † autoritate nituntur. Nostri ferē similitudinē uocare maluerunt, quod ab illis ἀβολὴ dicitur, hoc alterum, exemplum, quam & hoc simile est, & illud exemplum. Nos quo facilius propositum explicemus, utrunq; ἀνάγμα esse credamus, & ipsi appellemus exemplum. Nec uereor, ne uidear repugnare Ciceroni, quanquā collationē se paret ab exemplo. Nam idem omnem argumentationem diuidit in duas parteis, inductionem & ratiocinationem, ut pleriq; Græcorum in ἀνάγμα γματα, & ἐπιχαρίματα, dixeruntq; ἀνάγμα ἱστορικῶν ἐπαγωγῶν. Nam illa, qua

† in eo quo

† alia

† autoritatem
tulantur.

C plurimum est Socrates usus, hanc habuit uiam, cum plura interrogasset, quæ fateri aduersario necesse esset, nouissime id de quo quærebatur, inferret, cui simile concessisset. Id est inductio. Hoc in ratiocinatione fieri non potest. Sed quod illic interrogatur, hic ferè sumitur. Sit igitur illa interrogatio talis: Quod est pomū generosissimū: nōne quod optimū: cōcederetur. Quis equus generosissimus: nōne qui optimus: & plura in eundē modū. Deinde cuius rei gratia rogatū est, quid homo: nōne is generosissimus qui optimus: Fatendū erit. Hoc in testium interrogatione ualet plurimū, in oratione perpetua dissimile est, etenim sibi ipse respondet orator: quod pomum generosissimū: puto quod optimū, & equus, qui uelocissimus: ita hominū, non qui claritate nascendi, sed qui uirtute maxime excellit. Omnia igitur ex hoc genere sumpta, necesse est aut similia esse, aut dissimilia, aut cōtraria. [†] Similitudo assumitur interim & ad orationis ornatū. Sed illa cum res exiget. Nunc ea quæ ad probationē pertinent, exequar. Potentissimū autem est inter ea, quæ sunt huius generis, quod proprie uocamus exemplum, id est rei gestæ, aut ut gestæ utilis ad persuadendum id quod intenderis, cōmemoratio. Intuendū igitur, totū simile sit, an ex parte, ut aut omnia ex eo sumamus, aut quæ utilia erūt. Simile est, iure occisus est Saturninus, sicut Gracchi. Dissimile, Brutus occidit liberos proditiōē molientes, Manlius uirtutē filij morte multauit: Contrariū, Marcellus ornamenta Syracusanis hostibus restituit, Verres eadem socijs abstulit. Et probandorū & culpandorū ex his cōfirmatio eisdem gradus habet. Etiam in his quæ futura dicemus, utilis similiū admonitio est, ut si quis dicēs Dionysium idcirco petere custodes salutis suæ, ut eorū adiutus armis tyrannidem occupet, hoc referat exemplum, eadem ratione Pisistratū ad dominationem peruenisse. Sed ut sunt exempla interim tota similia, ut hoc proximum, sic interim ex maioribus ad minora, ex minoribus ad maiora ducuntur: Si propter matrimonia uiolata urbes euersæ sunt, quid fieri adultero par est: Tibicines cum ab urbe discessissent, publice reuocati sunt, quanto magis principes ciuitatis uiri, & bene de repub. meriti, cum inuidiæ cesserint, ab exilio reducendū: Ad exhortationē uero præcipue ualent imparia. Admirabilior in foemina quàm in uiro uirtus. Quare si ad fortiter faciendum accendatur aliquis, non tantū afferret momenti Horatius et Torquatus, quantū illa mulier, cuius manu Pyrrhus est interfectus. Et ad moriendum nō tam Cato & Scipio, quàm Lucretia. Quod ipsum est ex minoribus ad maiora. Singula igitur horū generū ex Cicerone (nam unde potius?) exempla ponamus. Simile hoc est pro Muræna. Etenim mihi ipsi accidit, ut cū duobus patritijs, altero improbissimo, altero modestissimo atq; optimo uiro peterem, superauit tamen dignitate Catilinā: gratia Galbam. Maius minoris pro Milone: Negant intueri lucem esse fas ei, qui à se hominē occisum esse fateatur. In qua tandem urbe hoc homines stultissimi disputant: nempe in ea quæ primum iudicium de capite uidit Marci Horatij, fortissimi

† Dissimilitudo

A fortissimi uiri, qui nondū libera ciuitate, tamen populi Ro. cōmitijs libera tus est, cū sua manu sororē esse interfectā fateretur. Minus maioris: Occidit nō Sp. Meliū, qui annona leuanda, iacturaq; rei familiaris, quia nimis amplecti plebem uidebatur, in suspiciōē incidit regni appetendi, & cætera, deinde: sed eum (auderet enim dicere cum patriā periculo liberasset) cuius nefandum adulterium in puluinaribus. Et, totus in Clodium locus. Dissimile plures causas habet, sit enim genere, modo, tempore, loco, cæterisq; per quæ ferè omnia Cicero præiudicia, quæ de Cluentio uidebantur facta, subuertit. Contrario uero exemplo censoriā notā, laudando censorem Africanū, qui cum, quæ peierasse conceptis uerbis palam dixisset, testimoniū etiam pollicitus, si quis contradiceret, nullo accusante traduce re equum passus esset. Quæ quia erant longiora, non suis uerbis exposui. Breue autem apud Vergilium contrarij exemplū est: At non ille satum quo te mentiris Achilles. Talis in hoste fuit Priamo. Quædam autem ex his quæ gesta sunt, tota narrabimus, ut Cicero pro Milone: Pudicitia cū eriperet militi tribunus militaris in exercitu C. Marij, propinquus eius Imperatoris interfectus ab eo est, cui uim afferebat. Facere enim probus adolescens periculose, quàm perpeti turpiter maluit, atq; hunc ille summus uir scelere solutū periculo liberauit. Quædam significare satis erit, ut idem ac pro eodem: Neque enim posset ille Hala Seruilius, aut P. Nasica, aut L. Opimius, aut me consulē, senatus non nefarius haberi, si sceleratos interfici nefas esset. Hæc ita dicentur, prout nota erunt, uel utilitas causæ, aut decor postulabit. Eadem ratio est eorum, quæ ex poëticis fabulis ducuntur, nisi quod his minus affirmationis adhibetur, cuius usus qualis esse deberet, idem optimus autor, ac magister eloquentiæ ostendit. Nam huius quoq; generis eadem in oratione reperietur exemplū: Itaq; hoc iudices, non sine causa etiam fictis fabulis doctissimi homines memoriæ prodiderunt, eum, qui patris ulciscendi causa matrem necauisset, uariatis hominū sententijs, nō solum diuina, sed etiam sapientissimæ deæ sententia liberatū. Illæ quoq; fabulæ, quæ etiam si ab Aesopo originē non acceperūt (nam uidetur earū primus autor Hesiodus) nomine tamen Aesopi maxime celebrantur, ducere animos solent, præcipue rusticorum & imperitorum, qui & simplicius quæ ficta sunt audiunt, & capti uoluptate, facile his quibus delectantur, consentiunt. Siquidē & Menenius Agrippa, plebem cum patribus in gratiam traditur reduxisse, nota illa de membris humanis aduersus uentrem discordantibus fabula. Et Horatius, ne in poemate quidem humilem huius generis usum putauit his uerbis: Olim quod uulpes ægroto cauta leoni. *Αἴνον* Græci uocant, & *ἀπολογητικόν*, & ut dixi, *λόγος μυθικός*. Nostrorū quidam nō sane recepto in usum nomine apologationem, cui cōsine est *ὑπομνήματα* genus illud quod est fabella breuior, & per allegoriam accipitur. Non nostrum, inquit, onus, bos clitellas. Proximas exemplo uires habet

† casus

Aeneid. 2.

C similitudo, præcipueq; illa, quæ ducitur citra ullam translationū mixturā ex rebus penè paribus: Vt, qui accipere in campo consueuerūt, his candidatis, quorū nummos suppressos esse putāt, inimicissimi solent esse, sic huiusmodi iudices infestissimi tum reo: nam *ἄβολοι*, quā Cicero collationē uocat, longius res, quæ parent, repetere solet. Neq; hominū modo inter se opera similia spectātur, ut Cicero pro Muræna facit: Quod si ē portu soluentibus, qui iam in portum ex alto inuehuntur, prædicere summo studio solent, & tempestatum rationem, & prædonum, & locorum (quod natura fert, ut his faueamus, qui eadem pericula, quibus nos perfuncti sumus, ingrediuntur) quo me tandem animo esse oportet, propè iam ex magna iactatione terram uidentem, in hūc, cui uideo maximas tempestates esse subeundas: Sed & à mutis, atq; etiā inanimis interim huiusmodi ducitur. Et quoniam similia alia facies, in tali ratione admonendum est, rarius esse in oratione illud genus, quod *εἰκόνα* Græci uocant (quo exprimitur rerū, aut personarū imago, ut Cassius: Quis istam faciem planipedis senis torquens) quàm id quo probabilius sit quod intendimus, ut si animum dicas excolendum, similitudine utaris terræ, quæ neglecta sentes atq; dumos, exculca fructus creat: Aut si ad curam reipublicæ horteris, ostendas apes etiā, formicasq;, non modò muta, sed etiam parua animalia, in cōmune tamen laborare. Ex hoc genere ductum est illud Ciceronis: Vt corpora nostra sine mente, ita ciuitas sine lege, suis partibus, ut neruis ac sanguine, & membris uti nō potest. Sed ut hac corporis humani pro Cluentio, ita pro Cornelio equorū, pro Archia saxorū quoq; est usus similitudine. Illa, ut dixi, proptera, ut remiges sine gubernatore, ita milites sine imperatore nihil ualere. Solent tamen fallere similitudinū species, ideoq; adhibendum est his iudicium. Neq; enim ut nauis utilior noua quàm uetus, sic amicitia uel ut laudanda quæ pecuniā suam pluribus largitur, ita quæ formā. Verba sunt in his similia, largitionis, & uetustatis, uis quidem longe diuersa, pecuniæ & pudicitia. Itaq; in hoc genere maxime quæritur, an simile sit quod inferitur. Etiam in illis interrogationibus Socratis, quarū paulò ante feci mentionem, cauendum, ne incaute respondeas, ut apud Aeschinem Socraticum male respondit Aspasia Xenophontis uxor, quod Cicero his uerbis transfert: Dic mihi quæso Xenophontis uxor, si uicina tua melius habeat aurum, quàm tu habes, utrum ne tuū, an illius malis? Illius inquit. Ornatū muliebrem pretij maioris habeat quàm tu habes, tuū ne an illius malis? respondit, illius uero. Age sis, inquit, si uirum illa meliorem habeat quàm tu habes, utrum ne tuū uirum malis, an illius? Hic mulier erubuit, meritò: male enim responderat, se malle alienū aurū quàm suū. Nam est id improbū. At si respondisset, se malle aurū suū tale esse, quale illud esset, potuisset pudice respondere, malle se uirū suū talem esse, qualis melior esset. Scio quosdā inani diligētia per minutissimas partes ista secuisse, & aliquid esse simile minus, ut similia homini, & marmora deformata prima manu; ali

A nu: aliquid plus, ut illud: Nō ouū tam simile ouo. Et dissimilibus inesse simile, ut formicæ et elephanto, genus, quia sunt animalia. Et similibus dissimile, ut canibus catulos, & matribus hædos, differūt eī atate. Cōtrariorū quoq; aliter accipi opposita, ut noctē luci: aliter noxia, ut aquā frigidā febrī: aliter repugnantia, ut uerū falso: aliter disparata, ut dura non duris. Sed quid hæc ad præsens propositū magnopere pertineant, nō reperio. Illud est annotandum, argumenta magis duci ex iure simili, ut Cicero in Topicis: Ei cui domus usus fructus relictus sit, non restitutorū hæredi, si corruerit, quia non restituat seruū si decesserit. Ex contrario, nihil obstat quo minus iustum matrimoniū sit iuste coeuntium, etiā si tabulæ signatæ non fuerint. Nihil enim proderit signasse tabulas, si mentem matrimoni non fuisse constabit. Ex dissimili, quale est Ciceronis pro Cecinna. ut: Si quis me exire domo coegisset armis, haberē actionē: si quis introire prohibuisset, non haberem. Dissimilia sic deprehenduntur, non si quis argentum omne legauit, uideri potest signatam quoq; pecuniam reliquisse, ideo etiam quod est in nominibus, dari uoluisse creditur. *Αναλογίαι* quidam à simili separauerūt, nos eam subiectam huic generi putamus. Nam ut unum ad decem, sic decem ad centum, simile certe est, & ut hostis, sic malus ciuis. Quanquam hæc ulterius quoq; procedere solent. Si turpis dominæ consuetudo cum seruo, turpis domino cum ancilla: si mutis animalibus finis uoluptas, idem homini. Cui rei facillime occurrit ex dissimilibus argumentatio. Nō idem est dominū cum ancilla coisse, quod dominam cum seruo. Nec si mutis finis uoluptas, rationabilibus quoq;, imò ex contrario, quia mutis, ideo nō rationabilibus. Adhibetur extrinsecus in causam & auctoritas. Hæc secuti Græcos, à quibus *κρίσις* dicuntur, iudicia aut iudicationes uocant, non de quibus ex causa dicta sententia est (nam ea quidē in exemplorum locum cedunt) sed si quid ita uisum gentibus, populis, sapientibus uiris, claris ciuibus, illustribus poetis, referri potest. Ne hæc quidem uulgo dicta, & recepta persuasionē populari sine usu fuerint testimonia. Sunt enim quodammodo uel potentiora, etiam quod non causis accommodata, sed liberis odio & gratia mentibus, ideo tantum dicta factaq;, quia aut honestissima, aut uerissima uidebantur. An uero me de incommodis uitæ differrentem, non iuuabit earum persuasio nationū, quæ stertibus natos, læticia defunctos prosequuntur? Aut si misericordiam cōmendabo iudici, nihil proderit quod prudentissima ciuitas Atheniensium, nō eam pro affectu, sed pro *τ* numine accepit? Nam illa septē præcepta sapientū, nōne quædam uitæ leges existimamus? Si causam ueneficij dicat adultera, non M. Catonis iudicio damnata uideatur, qui nullam adulteram nō eandem esse ueneficam dixit? Jam sententijs quidem poetarum non orationes modò sunt refertæ, sed libri etiā philosophorū. Qui quanquam inferiora omnia præceptis suis ac literis credunt, repetere tamen auctoritatē à plurimis uersibus non fastidierunt. Neq; est ignobile exemplum, Megareos ab Athe-

C nienſibus cum de Salamine cōtenderent, uictos Homeri uerſu, qui tamen ipſe non in omni editione reperitur, ſignificans Aiaceſ naues ſuas Athenienſibus iunxiſſe. Ea quoq; quæ uulgo recepta ſunt, hoc ipſo quod incertum autorem habent, uelut omnium ſiunt, quale eſt: Vbi amici, ibi opes. Et: Conſcientia mille teſtes. Et apud Ciceronem: Pares autem (ut eſt in uetere prouerbio) cum paribus [†] facilime congregantur. Neq; enim durarent hæc in æternum, niſi uera omnibus uiderentur. Ponitur à quibusdam, & quidem in parte prima, deorum autoritas, quæ eſt ex reſponſis, ut Socratem eſſe ſapientiffimum. Id rarum eſt, tamen utitur eo Cicero in libro de Haruſpicū reſponſis, & in cōcione contra Catilinam, cum ſignū Iouis columnæ impositum populo oſtendit. Et pro Ligario, cum cauſam C. Cæſaris meliorē, quia dii hoc iudicauerint, conſitetur. Quæ cum propria cauſæ ſunt, diuina teſtimonia uocantur, cum aliunde arceſſuntur, argumenta. Nonnunquam contingit iudicis quoq; aut aduerſarij, aut eius qui ex diuerſo agit, dictum aliquod aut factum aſſumere, ad eorū quæ intendimus, fidem. Propter quod fuerunt qui exempla, & has autoritates, probationū inartificialium eſſe arbitrarentur, quod ea non inueniret orator, ſed acciperet. Plurimū autem refert. Nam teſtis & quæſtio, & his ſimilia, de ipſa re, quæ in iudicio eſt, pronūciant. Extra petita, niſi ad aliquā præſentis diſceptationis utilitatē ingenio applicantur, nihil per ſe ualent.

D De uſu Argumentorum. CAP. XII.



Aec ferè de probatione uel ab alijs tradita, uel uſu percepta in hoc tempus ſciebā. Nec mihi fiducia eſt, ut ea ſola eſſe contentam, quinimò hortor ad quærendum, & inueniri poſſe fateor, quæ tamen adiecta fuerint, non multum ab his abhorrebunt. Nunc breuiter quemadmodum ſit utendum his, ſubiungam. Traditum ſere eſt, argumentum oportere eſſe conſeſſum. Dubijs enim probari dubia qui poſſunt. Quædam tamen, quæ in alterius rei probationem ducimus, ipſa probanda ſunt. Occidiſti uirum, eras enim adultera. Prius de adulterio conuincendum eſt, ut cum id cœperit eſſe pro certo, fiat incerti argumentum: Spiculum tuum in corpore occiſi inuentum eſt: negat ſuum. Ut probationi proſit, probandum eſt. Illud hoc loco monere inter neceſſaria eſt, nulla eſſe firmiora, quā quæ ex dubijs facta ſunt certa. Cædes à te commiſſa eſt, cruentam enim ueſtem habuiſti. Non eſt tam graue argumentū ſi fatetur, quā ſi conuincitur. Nam ſi fatetur, multis ex cauſis potuit cruenta eſſe ueſtis. Si negat, hic cauſæ cardinem ponit, in quo ſi uictus fuerit, etiam in ſequentibus ruit. Non enim uidetur in negando mentiturus fuiſſe, niſi deſperat eſſe id poſſe defendi, ſi conſiteretur. Firmiſſimis argumentorum ſingulis inſtandū, infirmiora congreganda ſunt, quia illa per ſe fortia non oportet circumſtantibus obſcurare, ut qualia ſunt appareant, hæc imbecilla natura, mutuo auxilio ſuſtinent. Itaq; ſi non poſſunt ualere quia magna non ſunt, ualebunt quia multa ſunt, quæ ad eiufdem rei probationem

nem

A nem omnia ſpectant, ut ſi quis hæreditatis gratia hominem occidiſſe dicatur: Hæreditatem ſperabas, & magnam hæreditatem, & pauper eras, & [†] tum maxime à creditoribus appellaberis, & offenderas eum, cuius hæres eras, & mutaturum tabulas ſciebas. Singula leuia ſunt & communia, uniuerſa uero nocent, etiam ſi non ut fulmine, tamen ut grandine. Quædam argumenta ponere ſatis non eſt, adiuuanda ſunt, ut cupiditas cauſa ſceleris fuit, quæ ſit uis eius, ira, quantum efficiat in animis hominum talis affectio: ita & firmiora erunt ipſa, & plus habebunt decoris, ſi non nudos & uelut carne ſpoliatos artus oſtenderint. Multum etiam refert, ſi argumento nitentur odij, utrum hoc ex inuidia ſit, an ex iniuria, an ex ambitu, uetus an nouum, aduerſus inferiorem, parem, ſuperiorem, alicum, propinquum. Suos habent omnia iſta tractatus, & ad utilitatem partis eius, quam tuemur, referenda ſunt. Nec tamen omnibus ſemper, quæ inuenimus, argumentis onerandus eſt iudex, quia & tædiū afferunt, & fidem detrahunt. Neq; enim poteſt iudex credere ſatis eſſe ea potentia, quæ nō putamus ſufficere, qui dicimus. In rebus uero apertis argumentari tam ſit ſtultum, quā in clariffimum ſolem mortale lumen inferre. His quidam probationes adijciunt, quas [†] uocant, ductas ex affectibus. Atq; Ariſtoteles quidem potentiffimū putat ex eo qui dicit, ſi ſit uir optimus, quod ut optimum eſt, ita longe quidem, ſed ſequitur tamen uideri. Inde enim illa nobilis Scauri deſenſio: **Q.** Varius Sucronenſis ait, [Aemilium Scaurum Rempub. populi Romani prodidiſſe.] Aemilius Scaurus negat. Cui ſimile quiddam feciſſe Iphicrates dicitur, qui cum Ariſtophonem, quo accuſante ſimilis criminis reus erat, interrogat, an is accepta pecunia Rempub. proditurus eſſet, iſc; id negat. Quod igitur, inquit, tu nō feciſſes, ego feci. Intuendum autem, & qui ſit apud quem dicemus, & id quod illi maxime probabile uideatur, requirendum. Qua de re locuti ſumus, & in proceſſu & ſuaſoria præceptis. Altera ex affirmatiōne probatio eſt. Ego hoc feci, tu mihi hoc dixiſti. Et o facinus indignum, & ſimilia, quæ non debent de eſſe quidem orationi: & ſi de ſunt, multū nocent, non tamen habenda ſunt inter magna præſidia, cum hoc in eadem cauſa fieri ex utraq; parte ſimiliter poſſit. Illæ firmiores ex ſua cuiq; perſona probationes, quæ credibilem rationem ſubiectam habent, ut uulneratus, aut filio orbat, non fuerit alium accuſaturus quā nocentē, quando ſi negotium innocenti facit, liberet eum noxa, qui admiferit. Hinc & patres aduerſus liberos, & aduerſus ſuos quiſq; neceſſarios, autoritatem petunt. Quæſitū etiam, potentiffima argumenta primò ne ponenda ſint loco, ut occupent animos, an ſummo, ut inde dimittant: an partita primo ſummoq; ut Homericæ diſpoſitione in medio ſint infirma, an à minimis [†] crescant. Quæ prout ratio cauſæ cuiuſq; poſtulabit, ordinabuntur, uno, ut ego cenſeo, excepto, ne à potentiffimis ad leuiſſima decreſcat oratio. Ego hæc breuiter demonſtraſſe contentus, ita poſui, ut locos ipſos, &

x

Non erat in uetusto codice, et uidetur adiecta alicunde a scio lo.

† aut

C genera, quàm possem apertissime ostenderem. Quidam executi sunt uerbosius, quibus placuit, proposita locorum cōmunium materia, quo quæque res modo dici posset, ostendere. Sed mihi superuacuum uidebatur. Nam & ferè apparet quid in iniuriam, quid in auaritiā, quid in testem inimicum, potentes amicos dicendum sit. Et de his omnia dicere infinitum est, tam hercule, quàm si controuersiarum, quæ sunt, quæque futuræ sunt, quæstiones, argumenta, sententias tradere uelim. Ipsas autem argumentorū uelut sedes, non me quidem omnes ostendisse confido, plurimas tamen. Quod eo diligentius faciendū fuit, quia declamationes quibus ad pugnam forensē uelut præpilatis exerceri solebamus, olim iam ab illa uera imagine orandi recesserunt, atque ad solam compositæ uoluptatem neruis carent, non alio mediūfidius uitio dicentium, quàm quo mancipiorū negotiatores formæ puerorum uirilitate excisa lenocinantur. Nam ut illi robur ac lacertos, barbamque ante omnia, & alia, quæ natura propria maribus dedit, parum existimant decora, quæque fortia, si liceret, forent, ut dura molliunt, ita nos habitum orationis ipsum uirilem, & illam uim stricte, robusteque dicendi, tenera quadam elocutionis cute operimus, et dum leuia sint, ac nitida, quantum ualeant nihil interesse arbitramur. Sed mihi naturam inuenti nemo non uir spadone formosior erit. Nec tam auersa unquam uidebitur ab opere suo prouidentia, ut debilitas inter optima inuenta sit. Nec id ferro speciosum fieri putabo, quod si nasceretur, monstrum erat. Libidinem iuuet ipsum effeminati sexus mendacium, nunquam tamen hoc continget malis moribus regnū, ut si qua pretiosa fecit, fecerit & bona. Quapropter eloquentiam licet hanc (ut sentio enim dicam) libidinosam, refuspinam, uoluptate auditoria probent, nullam esse existimabo, quæ ne minimum quidem in se indicium masculinum incorrupti, ne dicam grauis, & sancti uiri, ostendet. An uero statuarū artifices, pictoresque clarissimi, cum corpora quam speciosissima fingendo, pingendoue effingere cuperent, nunquam in hunc inciderunt errorem, ut Bagoam, aut Megabyzum aliquem, in exemplū operis sumere sibi, sed doryphoron illum, aptum uel militiæ, uel palæstræ, aliorum quoque iuuenum bellicosorum, & athletarum corpora uere decora existimauerint. Nos qui oratorem studemus effingere, non arma, sed tympana eloquentiæ demus. Igitur & ille, quem instituimus, adulescens, quam maxime potest, componat se ad imitationem ueritatis, initurusque frequenter forensium certaminum pugnam, iam in schola uictoriam spectet, & ferire uitalia, ac tueri sciat. Et præceptor id maxime exigat, & inuentum præcipue probet. Nam ut ad peiora iuuenes laude ducuntur, ita laudari in bonis gaudent. Nunc illud mali est, quod necessaria plerumque silentio transeunt, nec in dicendo uidetur inter bona utilitas. Sed hæc & in alio nobis tractata sunt opere, & in hoc sæpe repetenda. Nunc ad ordinem inceptum reuertamur.

De Refu

De Refutatione CAP. XIII.

Refutatio dupliciter accipi potest. Nam & pars defensoris tota est posita in refutatione, quod quæ dicta sunt, ex diuerso debent utrinque dissolui, & hoc est proprie dissolui, cui in causis quartus assignatur locus. Sed utriusque similis conditio est. Neque uero ex alijs locis ratio argumentorum in hac parte peti potest, quàm in confirmatione, nec locorum, aut sententiarum, aut uerborum & figurarum alia conditio est. Affectus plerumque hæc pars mitiores habet. Non sine causa tamen difficilius semper est creditum (quod Cicero sæpe testatur) defendere, quàm accusare. Primum, quod est res illa simplicior. Proponitur enim uno modo, uarie dissoluitur, cum accusatori satis sit plerumque uerum esse id, quod obiecerit. Patronus neget, defendat, transferat, excuset, deprecetur, molliat, minuat, auertat, despiciat, derideat. Quare indirecta ferè, atque (ut sic dixerim) clamosa est actio. Hinc mille flexus, & artes desiderantur. Tū accusator præmeditate plerumque domo affert. Patronus etiā inopinatis frequenter occurrit. Accusator dat testem. Patronus ex re ipsa refellit. Accusator criminum inuidia, & si falsa sit, materiam dicendi trahit, de paricidio, sacrilegio, maiestate, quæ patrono tantum neganda sunt. Ideoque accusationibus etiam mediocres in dicendo suffecerunt, bonus defensor nemo, nisi qui eloquentissimus fuit. Nam ut quod sentio semel finiam, tanto est accusare, quàm defendere, quanto facere, quàm sanare uulnere, facilius. Plurimum autem refert, & quid protulerit aduersarius, & quo modo. Primum igitur intuendum est id, cui responsuri sumus, proprium sit eius iudicij, an ad causam extra accersitum. Nam si proprium, aut negandum, aut defendendum, aut transferendum: extra hæc in iudicij ferè nihil est. Deprecatio quidem quæ est sine ulla specie defensionis, rara admodum, & apud eos solos iudices, qui nulla certa pronuntiandi forma tenentur, quamquam illæ quoque apud C. Cæsarem, & Triumuiros pro diuersarum partium hominibus actiones, etiam si precibus utuntur, adhibent tamen patrocinia, nisi hoc non fortissime defendentis est, dicere: Quid aliud egimus Tubero, nisi ut quod hic potest, nos possemus? Quod si quando apud principem, alium uel, cui utrum uelit liceat, dicemus: dignum quidem morte eum pro quo loquemur, clementia tamen seruandum esse uel talem. Primum omnium non erit res nobis cum aduersario, sed cum iudice, deinde forma deliberatiue magis materis, quàm iudicialis utemur: suadebimus enim ut laudem humanitatis potius, quàm uoluptatem ultionis concupiscat. Apud iudices quidem secundum leges dicturos sententiam, de confessis precipere ridiculum est. Ergo quæ neque negari, neque transferri possunt, utique defendenda sunt, qualiacumque sint, aut causa cedendum. Negandi duplicem ostendimus formam, aut non esse factum, aut non hoc esse, quod factum sit. Quæ neque defendi, neque transferri possunt, utique neganda, nec solum si finitio potest esse pro nobis, sed etiā si nuda inficiatio superest. Testes erunt. Multa in eos dicere licet.

C Chirographū de similitudine literarū differendū. Vtiq; nihil erit peius q̄
cōfessio. Vltima est actionis cōtrouersia, cum defendendi negandūue, nō
est locus, translatio. Atqui quādā sunt, quæ nec negari, nec defendi, nec
transferri possunt. Adulteri; rea est, quæ cū anno uidua fuisset, enixa est,
lis nōerit. Quare illud stultissime præcipit, quod defendi nō possit, silen-
tio dissimulandū, siquidem est id, de quo iudex pronūtiaturus est. At si ex
tra causam sit adductū, & tamen coniunctū, malim quidē dicere, nihil id
ad quæstionem, nec esse in his morandū, & minus esse, quā aduersarius
dicit, tamen uelut huic simulationi obliuionis ignoscā. Debet enim bo-
nus aduocatus pro rei salute breuem negligentia reprehensionem non
pertimescere. Videndum etiam, simul nobis plura aggrediendaan, amo-
lienda singula. Plura simul inuadimus, si aut tā infirma sunt, ut pariter im-
pelli possint, aut tam molesta, ut pedem conferre cum singulis non expe-
diat. Tum enim toto corpore enitendū, & ut sic dixerim, † detecta fronte
pugnandum est. Interim si resoluerē ex parte diuersa dicta difficilius erit,
nostra argumenta cum aduersariorum argumentis conferemus, si modō
hæc ut ualētiora uideantur, effici poterit. Quæ uero turba ualebūt, didu-
cenda erunt, ut paulō ante dixi. Eras hæres, & pauper, et magna pecunia
appellabaris à creditoribus, & offenderas, & mutaturū tabulas testamen-
ti sciebas. Vrgent uniuersa. At si singula quæq; dissolueris, iam illa flama,
quæ magna congerie conualuerat, diductis quibus alebatur, concidit.
O Vt si uel maxima flumina in riuos diducantur, qualibet transitū præ-
bent. Itaq; propositio quoq;, secundum hanc utilitatem accommodabi-
tur, ut ea nunc singula ostendamus, nunc complectamur uniuersa. Nam
interim quod pluribus collegit aduersarius, satis est semel proponere, ut
si multas causas faciendi quod arguit, reo dicet accusator fuisse, nos non
enumeratis singulis semel hoc intuendum negemus, quia non quisquis
causam faciendi sceleris habuit, & fecerit. Sæpius tamen quia accusatori
congerere argumenta, reo dissoluere expediet. Id autem quod erit ab ad-
uersario dictū, quomodo refutari debeat, intuendū est. Nam si erit falsum,
negare satis est, ut pro Cluētio Cicero, eū quē dixerat accusator epoto po-
culo cōcidisse, negat eodē die mortuū. Palām etiā cōtraria & superuacua,
et stulta reprehēdere nullius artis est. Ideoq; nec rationes eorū, nec exem-
pla tradere necesse est. Id quoq;, obscurū uocant, quod secretū, & sine tes-
te, aut argumēto dicit factū, satis natura sua infirmū est. Sufficit em̄ quod
aduersarius non probat. Itē si ad causam non pertinet. Sed tamen interim
oratoris est efficere, ut quid aut contrariū esse, aut à causa diuersum, aut in-
credibile, aut superuacuum, aut nostræ potius causæ uideatur esse coniunctū.
Obicitur Oppio, quod de militum cibarijs detraxerit: Asperū crimen,
sed id contrariū ostendit Cicero, quia ijdem accusatores obiecerunt Op-
pio, quod his uoluerit largiendo corrumpere exercitū. Testes in Corne-
lium accusator lecti à tribuno codicis pollicetur, facit hoc Cicero superua-
cum

A eum, quia ipse fateatur. Petit accusationē in Verrem Q. Cæcilius, quod
fuerat quæstor eius, ipsum Cicero ut pro se uideret, effecit. Cætera quæ
proponuntur, cōmuneis locos habēt. Aut enim coniectura excutiuntur,
an uera sint: aut finitione, an propria: aut qualitate, an inhonesta, iniqua,
improba, inhumana, crudelia, & cætera, quæ ei generi accidunt. Ea q; nō
modō in propositionibus, aut rationibus, sed in toto genere actionis in-
tuenda, an sit crudelis, ut Labieni in Rabirium lege perduellionis: Inhu-
mana, ut Tuberonis, Ligarium exulem accusantis, atque id agentis, ne ei
Cæsar ignoscat: Superba, ut in Oppium ex epistola Cottæ reum factum.
Proinde præcipites, insidiosæ, impotentes deprehenduntur. Ex quibus
tamen fortissime inuaseris, quod est aut omnibus periculosum, ut dicit Ci-
cero pro Tullio: Quis hoc statuit unquam, aut cui concedi sine summo o-
mnium periculo potest, ut eum iure potuerit occidere, à quo metuisse se di-
cat, ne ipse posterius occideretur? Aut ipsis iudicibus, ut pro Oppio mo-
net pluribus, ne illud actionis genus in equestrem ordinem admittant.
Nonnunquam tamen quædam bene contemnuntur, uel tanquam leuia,
uel tanquam ad causam nihil pertinentia. Multis hoc locis facit Cicero.
Sed hæc simulatio interim hucusq; procedit, ut quæ dicendo refutare nō
possumus, quasi fastidiendo calcemus. Quoniam uero maxima pars eo-
rum similibus constat, rimandū erit diligentissime, quid sit in quoq; quod
assumitur dissimile. Id in iure facile deprehenditur. Est enim scriptum de
rebus utiq; diuersis, tantoq; magis ipsa rerum differentia potest esse ma-
nifesta. Illas uero similitudines quæ ducuntur ex mutis animalibus, aut in-
animis, facile est eludere. Exempla rerum uarie tractanda sunt, si nocē-
bunt: quæ si uetera erunt, fabulosa dicere licebit: † si uera, maxime qui-
dem dissimilia. Neq; em̄ fieri potest ut paria sint omnia, ut si Nafica post
occisum Gracchum defendatur exemplo Halæ, à quo Melius est interfe-
ctus, Melium regni affectatorem fuisse, à Graccho leges modō latas esse
populares, Halam magistrum equitum fuisse, Naficam priuatum esse di-
catur. Si defecerint omnia, tum uidendum erit, an obtineri possit, ne illud
quidem recte factū. Quod de exemplis, idem etiā de iudicatis obseruan-
dū. Quod aut posui, referre quo quicq; accusator modo dixerit, huc per-
tinet, ut si est minus efficaciter locutus, ipsa eius uerba ponantur: si acri &
uehemēti usus fuerit oratione, eandē rem nostris uerbis mitioribus pro-
feramus, ut Cicero Cornelio, Codicem attigit, & protinus cum quadam
defensione, ut si pro luxurioso dicendum sit, obiecta est paulō liberalior
uita. Sic & pro sordido parcum, & pro maledico liberum dicere licebit.
Vtiq; nunquam committendum est, ut aduersariorum dicta cum sua con-
firmatione referamus, aut etiam loci alicuius executione adiuues, nisi cum
eludenda. Apud exercitum mihi fueris, inquit, tot annis forum non atti-
geris, abfueris tandiu, & cum tam longo interuallo ueneris, cū his qui in
foro habitauerunt, de dignitate contendas. Præterea in contradictionibus,

† sin dubia

C interim totum crimen exponitur, ut Cicero pro Scauro contra Boftarem facit, uelut orationem diuersæ partis imitatus. Aut pluribus propositionibus iunctis, ut pro Vareno: Cum iter per agros, et loca sola faceret cū Populeno, in familiam Ancharianam incidisse dixerunt, deinde Populenum occisum esse, ^{† illic} illico Varenū uinctū, adseruatū, dum hic ostenderet, quid de eo fieri uellet. Quod est utiq; faciendum, si erit incredibilis rei ordo, & ipsa expositione fidem perditurus. Interim per partes dissoluitur, quod contextu nocet, & plerunq; id est tutius. Quædam contradictiones natura sunt singulæ. Id exemplis non eget. Communia bene apprehenduntur non tantum quia utriusq; sunt partis, sed quia plus profunt respondentī. Neq; enim pigebit, quod sæpe monui, referre, commune qui prior dicit, contrarium facit. Est enim contrariū quo aduersarius bene uti potest. At enim non uerisimile est tantum scelus M. Cottam esse commentū. Quid hoc uerisimile est tantum scelus Oppium esse conatū? Artificis autem est inuenire in actione aduersarij, quæ in semetipsa pugnent, aut pugnare uideantur, quæ aliquādo ex rebus ipsis manifesta sunt, ut in causa Cæliana: Clodia aurum se Cælio commodasse dicit, quod signum magnæ familiaritatis est, uenenum sibi paratum, quod summi odij argumentum est. Tubero Ligarium accusat, quod is in Africa fuerit, & queritur quod ab eo ipse in Africam non sit admissus. Aliquādo uero præbet eius rei occasionem, minus considerata ex aduerso dicentis oratio, quod accidit præcipue cupidis sententiarum, ut ducti occasione dicendi, nō respiciant quid dixerint, dum locum præsentem, non totam causam intuentur. Quid tam uideri potest contra Cluentiū quàm censoria nota? Quid tam cōtra eundem, quàm filium ab Egnatio corrupti iudicij, quo Cluentius Opianicum circumuenisset, crimine exhæredatum? At hæc Cicero pugnare inuicem ostendit. Sed tu Acci consideres, cenfeo, diligenter, utrum censorium iudicium graue uelis esse, an Egnatij. Si Egnatij, leue est quod censes de cæteris subscripserunt. Ipsum enim Egnatium, quem tu grauem esse uis, de senatu eiecerunt: Sin autem censorium, hunc ipsum Egnatium, quem pater censoria ^{† subscriptione} subscriptione exhæredauit, censes in senatu, cum patrem eiecissent, retinuerunt. Illa magis uitiose dicuntur, quàm acute reprehenduntur, argumentum dubium pro uero necessario, controuersum pro confesso, cōmune pluribus pro proprio, uulgare, superuacuum, constitutū contra fidem. Nam & illa accidunt parum cautis, ut crimen augeant, quod probandum est, de facto disputent, cum de autore quærat, impossibilia aggrediatur. pro effectis relinquunt uix dum inchoata, de homine dicere, quàm de causa malint, hominum uitam rebus assignent, ut si quis Decemuiratum accuset, non Appium, manifestis repugnent, dicant quod aliter accipi possit, summam quæstionis nō intueantur, non ad proposita respondeant. Quod unum aliquando recipi potest, cum mala causa adhibitis extrinsecus remedijs tuenda est, ut cum peculatus Verres reus fortiter, & industrie tutatus contra

A contra piratas Siciliam dicitur. Eadem aduersus cōtradictiones nobis oppositas præcepta sunt. Hoc tamen amplius, quod circa eas multi duobus uitijs diuersis laborant. Nam quidam etiā in foro tanquam molestā rem & odiosam prætereunt, ^{† teneim} & his plerūq; quæ composita domo attulerunt, ^{† scilicet} contenti, sine aduersario dicūt, & [†] si licet multo magis in scolis, in quibus non solum contradictiones omittuntur, uerum etiam ipsæ materiæ sic plerunq; finguntur, ut nihil dici pro altera parte possit. Alij diligentia lapsi, uerbis etiam uel sententiolis omnibus respondendum putant, quod est & infinitū & superuacuum: non enim causa reprehenditur, sed actor, quem ego semper uideri malim disertum, ut si dixerit quod rei profuerit, ingenij credatur laus esse, non causæ: si quando forte lædat, causæ, nō ingenij culpa. Itaq; illæ reprehensiones, aut obscuritatis, qualis in [†] Rullū fuit, aut infantia in dicendo, qualis in Pisonē, aut inscitia rerū, uerborumq; & insulsiatatis etiam, qualis in Antoniū est, accōmodantur iustis odijs, suntq; utiles ad conciliandum his, quos inuisos facere uolueris, odium. Alia respondendi patronis ratio, & aliquando tamen eorum non oratio modo, sed uita etiam, uultus deniq; incessus, habitus recte incusari solet. Ut aduersus Quintium Cicero non hæc solum, sed ipsam etiam prætextam dimissam ad talos infectatus est. Presserat enim turbulentis cōcionibus Cluentium Quintius. Nonnunquā eleuandę inuidiæ gratia, quæ asperius dicta sunt, eluduntur, ut à Cicerone Triarius cum Scauri columnas per urbem plaustris uectas esse dixit. Ego porrò, inquit, [†] qui Albanas habeo columnas, [†] clitellis eas apportauit. Et magis hoc in accusatores concessum est, quibus cōuiciari aliquando patrocinijs fides cogit. Illa uero aduersus omnes & recepta, & non inhumana conquestio, si callide quid tacuisse, breuiasse, obscurasse, distulisse dicuntur. Defensionis quoq; permutatio reprehendit sæpe, ut fecit Accius aduersus Cluentiū, Aeschines aduersus Ctesiphontem, cum ille Ciceronem lege usurū modo, hic minime de lege dicturum Demosthenē querit. Declamatores uero in primis sunt admonendi, ne contradictiones eas ponant, quibus facillime responderi possit, [†] neu sibi [†] stultum aduersarium fingant. Facimus autem, quod maxime uberes loci, popularesq; sententiæ nascuntur, materiam dicendi nobis [†] quò uolumus [†] ducentibus, ut non sit nobis inutilis uersus: [†] ne hi [†] quod uolumus [†] dicentibus

Non male respondit, male enim prior ille rogarat.

Fallet hæc nos in foro consuetudo, ubi aduersario, non ipsis nobis respondimus. Aiunt Acciū interrogatū, cur causas nō ageret, cum apud eum in tragædijs tanta uis esset [optime respondendi] optime hanc reddidisse rationem, quod illic ea dicerentur, quæ ipse uellet, in foro essent dicturi aduersarij, quæ minime uellet. Ridiculum est ergo in exercitationibus quæ foro præparantur, prius cogitare quid responderi, quàm quid ex diuerso dici possit. Et bonus præceptor non minus discipulum laudare debet, si quid pro diuersa, quàm si quid pro sua parte acriter excogitauit. Rur-

C sus aliquid in scholis permittendum semper, in foro raro. Nam loco à peti-
tore primo contradictione uti qui possumus, ubi uera res agitur, cum ad-
uersarius adhuc nihil dixerit. Incidunt tamen plerique in hoc uitiū, uel con-
suetudine declamatoria, uel etiam cupiditate dicendi, dantque de se respon-
dentibus uenustissimos lusos, cum modo se uero nihil dixisse, nec tam stul-
te dicturos, modo bene admonitos ab aduersario, & agere gratias, quod
adiuti sint, iocantur. Frequentissime uero, id quod firmissimum est, nunquam
his responsurum aduersarium fuisse, quæ proposita non essent, nisi sciret
illa uera esse, & ad fatendum conscientia esset impulsus, ut pro Cluentio
Cicero: Nam hoc persæpe dixisti, tibi sic renunciari, me habere in animo
causam hanc præsidio legis defendere, ita ne est: ab amicis imprudentes
prodimus, & est nescio quis de his, quos amicos nobis arbitramur, qui no-
stra cōsilia ad aduersariū deferat. Quisnam tibi hoc renūciavit? Quis tam
improbis fuit? cui autē ego narraui? nemo, ut opinor, in culpa est, nimirū
tibi istud lex ipsa renūciavit. At quidam contradictione nō contenti, to-
tos etiā locos explicant. Scire se hoc dicturos aduersarios, & ita persecutur-
ros. Quod factum uenuste temporibus nostris elusit Vibius Crispus, uir
ingenij iucundi & elegantis. Ego uero, inquit, ista nō dico. Quid enim atti-
net illa bis dici? Nonnunquam tamen aliquid simile contradictioni poni pos-
test, si quid ab aduersario testationibus cōprehensum, in aduocationibus
iactatum. Respondebimus enim rei ab illis dictæ, nō à nobis excogitatæ,
aut si id genus erit causæ, ut proponere possimus certa, extra quæ nihil di-
ci possit, ut cum res furtiua in domo deprehensa sit, dicat necesse est reus,
aut se ignorante illatam, aut depositam apud se, aut donatam sibi, quibus
omnibus etiā si proposita nō sint, responderi potest. At in scholis recte.
& interpellationibus & contradictionibus occurremus, ut in utrunque lo-
cum, id est primū & secundum, simul exerceamur: quod nisi fecerimus,
nunquam utemur contradictione. Non enim erit cui respondeamus. Est
& illud uitiū nimium solliciti, & circa omnia momenta luctantis. Suspectam
enim facit iudici causam, & frequenter quæ statim dicta omnem dubita-
tionem sustulissent, dilata ipsis præparationibus fidem perdunt, quia pa-
tronus & alij crediderit opus fuisse. Fidutiam igitur orator præ se ferat,
semperque ita dicat, tanquam de causa optime sentiat. Quod, sicut omnia,
in Cicerone præcipuum est. Nam illa summa cura securitatis est similis,
tantaque in oratione autoritas, ut probationis locū obtineat, dubitare nobis
non audentibus. Porro qui scierit, quid pars aduersa, quid nostra habeat
ualentissimum, facile iudicabit, quibus maxime rebus, uel occurrendum
sit, uel instandum. Ordo quidem in parte nulla minus affert laboris. Nam
si agimus, nostra confirmanda sunt primum, tum quæ nostris opponun-
tur, refutanda. Si respondemus, prius incipiendum est à refutatione. Na-
scuntur autē ex his, quæ contradictioni opposuimus, aliæ contradictiones,
euntque interim longius, ut gladiatorum manus, quæ secundæ uocantur,
fiunt

Vibius Crispus

D

A fiunt & tertie, si prima ad euocandū aduersarij ictum prolata erit, & quar-
te, si geminata captatio est, ut bis etiā cauere bis repetere oportuerit. Que
ratio & ultra ducit. Sed illā etiā quā supra ostendi, simplicē ex affectibus,
atque ex affirmatione sola probationē recipit refutatio, qualis est illa Scau-
ri, de qua dixi supra. Quin nescio, an etiam frequentior ubi quid negatur.
Videndum præcipue utriusque parti, ubi sit rei summa. Nam ferè accidit, ut
in causis multa dicantur, de paucis iudicetur. In his probandi refutandique
ratio est, sed adiuuanda uiribus dicentis, & adornanda. Quamlibet enim
sint ad dicendum quod uolumus accommodata, tamen erunt infirma, nisi
maiore quodam oratoris spiritu impleantur. Quare & illi cōmunes loci,
de testibus, de tabulis, de argumentis, aliisque similibus magnam uim ani-
mis iudicum afferunt, & hi proprij, quibus factum quodque laudamus, aut
contrā, iustum uel iniustum docemus, maius aut minus, asperius aut mi-
tius. Ex his autem alij ad probationem singulorum argumentorum fa-
ciunt, alij ad plurimum, alij ad totius causæ inclinationem. Ex quibus sunt
qui præparent animū iudicis, sunt qui confirmant. Sed præparatio quo-
que aut confirmatio aliquando totius causæ est, aliquando partium, &
proinde, ut cuiusque conueniunt, subiicienda. Ideoque miror inter duos diuer-
sarum sectarum uelut duces non medioeri contentione quæsitum, singu-
lis ne quæstionibus subiiciendi essent loci, ut Theodoro placet, an prius
docendus iudex, quam mouendus, ut præcipit Apollodorus, tanquam pe-
rierit hæc ratio media, & nihil cum ipsius causæ utilitate sit deliberandū.
Hæc præcipiunt, qui ipsi nō dicunt in foro, ut artes à securis, ociosisque com-
positæ, ipsa pugnae necessitate turbentur. Namque omnes ferè qui legē di-
cendi quasi quædam mysteria tradiderunt, certis non inueniendorū mo-
do argumentorum locis, sed concludendorum quoque nos præceptis alli-
gauerunt, de quibus breuissime prælocutus, quid ipse sentiam, id est, quid
clarissimos oratores fecisse uideam, non tacebo.

Secundæ man-
us gladiatorū

† cōparationē

Quibus constet Epichirema, & quomodo refel-
latur, CAP. XIII.

gitur enthymema, & argumentū ipsum, id est rem, quæ pro-
bationi alterius adhibetur appellant, & argumenti elocutio-
nem. Eam uero dixi duplicem: Ex consequentibus, quod ha-
bet propositionē, coniunctamque ei protinus probationē, qua-
le pro Ligario: Causa tum dubia, quod erat aliquid in utraque parte, quod
probari posset, nunc melior ea iudicanda est, quam etiam dii adiuuerunt.
Habet enim propositionem, nō habet conclusionem. Ita est ille imperfe-
ctus syllogismus. Ex pugnantibus uero quod etiam solū enthymema qui-
dam uocant, fortior multo probatio est. Tale est Ciceronis pro Milone:
Eius igitur mortis sedetis ultores, cuius uitā si putetis per uos restitui pos-
se, nolitis. Quod quidem etiam aliquando multiplicari solet, ut est ab eo-
dem, & pro eodem reo factū: Quæ igitur cum aliqua gratia noluit, hunc

y

C uoluit cum aliquorum querela, quem iure, quem loco, quem tempore non est ausus, hunc iniuria, iniquo loco, alieno tempore, cum periculo capitis non dubitauit occidere. Optimū autē uidetur enthymematis genus cum proposito dissimili, uel contrario, ratio subiungitur, quale est Demosthenis: Non enim si quid unquā contra leges factum est, id quod tu es imitatus, idecirco te cōuenit pœna liberali, quin ē contrario damnari multo magis. Nam ut si quis eorum damnatus esset, tu hæc non scripsisses, ita damnatus nisi tu fueris, nō scribet alius. Epichirematos, & quatuor, & quinque, & sex etiam factæ sunt partes à quibusdā, Cicero maxime quinque defendit, ut sit propositio, deinde ratio eius, tū assumptio, & eius probatio, quinta complexio. Quia uero interim & propositio non egeat rationis, & assumptio probationis, nonnunquam etiam complexione opus non sit, & quadripartitam, & tripartitam & bipartitam quoque fieri posse rationationem, mihi & plurimis nihilominus autoribus tres ad summum uidentur. Nam ita se habet natura, ut sit de quo quærat, & per quod probetur, tertium adijci potest uelut ex consensu duorum antecedentium. Ita erit prima intentio, secunda assumptio, tertia connexio. Nam confirmatio primæ ac secundæ partis exornatio, eisdē cedere possunt, quibus subiiciuntur. Sumamus autē ex Cicerone quinque partiū exemplū: Melius gubernantur ea, quæ consilio reguntur, quam quæ sine consilio administrantur.

D Hanc primā partem numerat, eam deinceps rationibus uarijs, & quam copiosissimis uerbis approbari putat oportere. Hoc ego totū cum sua ratione unum puto, alioqui si ratio pars est, est autē uaria ratio, plures partes esse dicant. Assumptionem deinde ponit: Nihil autē omnium rerū melius, quæ omnis mundus administrat. Huius assumptionis quarto in loco iam porro inducunt approbationē, de quo idem quod supra dico. Quinto inducunt loco cōplexionē, quæ aut infert solū quod ex omnibus partibus cogitur, hoc modo: Consilio igit mundus administrat: aut unū in locū cum conduxerit breuiter expolitionē & assumptionē, adiungit quid ex his cōficiat, ad hunc modū: Quod si melius gerunt quæ consilio, quæ quæ sine consilio administrant, nihil autē omnium rerū melius quæ omnis mundus administrat consilio igit mundus administrat. Cui parti cōsentio. In tribus autē, quas fecimus partibus, nō est forma semper eadem, sed una in qua idem cōcluditur: Anima immortalis est. Nā quicquid ex seipso mouet, immortale est, anima autē ex seipsa mouet, immortalis igitur est anima. Hoc sit nō solū in singulis argumētis, sed in totis causis, quæ sunt simplices, & in quæstionibus. Nam & hæc primā habent propositionē. Sacrilegiū cōmisisti. Non quisquis hominē occidit, cædis reus tenetur. Deinde rationē. Sed hæc est in causis & quæstionibus longior, quæ in singulis argumentis, & plerumque summa complexione, uel per enumerationem, uel per breuem conclusionem testant quid effecerint. In hoc genere propositio dubia est. De hæc enim quæritur. Altera est complexio nō par intentioni, sed uim habens

parem

A parem: Mors nihil ad nos. Nam quod est dissolutum, sensu caret: quod autem sensu caret, nihil ad nos. In alio genere, non eadem propositio est, quæ connexio: Omnia animalia meliora sunt quàm inanima, nihil autem melius est mundo, Mundus igitur animal. Hic potest uideri de re contentio. Potuit enim sic cōstitui ratiocinatio: Animal est mundus, omnia enim animalia meliora sunt quàm inanima. Cæterum hæc propositio, aut confessæ est ut proxima, aut probanda, ut qui beatam uitam uiuere uolet, philosophetur oportet. Non enim conceditur, cætera sequi, nisi confirmata prima parte, non possunt. Est & assumptio interim confessæ, ut omnes autem uolunt beatā uitam uiuere. Interim probanda, ut illa: Quod est dissolutum sensu caret, cum soluta corpore anima, an sit immortalis, uel ad tempus certum maneat, sit in dubio. Quam assumptionem, alij rationem uocant, alij epichirema. Epichirema autem nullo differt à syllogismis, nisi quod illi & plures habent species, & uera colligunt ueris: epichirematos frequentior circa credibilia est usus. Nam si contingeret semper contra uersa confessis probare, uix esset in hoc genere usus oratoris. Nam quid ingenio est opus, ut dicas, bona ad me pertinent: Solus enim sum filius defuncti, uel solus hæres, cum iure bonorum possessio intestatis secundū tabulas testamenti detur, ad me igitur pertinet. Sed cum ipsa ratio in quæstionem uenit, efficiendum est certū id quod probaturi sumus, quod incertū est, ut si ipsa forte intentione dicatur, aut filius nō es, aut nō es legitimus, aut non es solus. Itaque aut hæres non es, aut iustum testamentū non est, aut capere non potes, aut habes cohæredes. Efficiendum est iustum, propter quod bona adiudicari nobis debeant. Sed tum est necessaria illa summa cōnexio, cum interuenit oratio largior. Aliquando sufficiunt intentio ac ratio. Silent leges inter arma, nec se expectari iubent, cum ei qui expectare uelit, ante iniusta pœna luenda sit, quæ iusta repetenda. Ideoque id enthymema quod est ex consequentibus rationi simile dixerunt. Sed & singula quoque interim recte ponuntur, ut ipsum illud: Silent leges inter arma. Et, à ratione fas est incipere, deinde cōcludere ibidem: Quod si duodecim tabulæ nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem, si se telo defenderet, interfici impune uoluerunt, quis est qui quoquo modo quis interfectus sit, puniendum putet? Variant autē hic adhuc, & rursus rationem tertio loco ponunt, cum uideant aliquando gladium nobis ab ipsis porrigi legibus. Prioris autem partis duxit ordinem. Insidiatori autem & latroni, quæ potest inferri iniusta nex: Hæc intentio. Quid comitatus nostri? quid gladij uolunt? Hæc ratio. Quos habere circa te non liceret, si uti illis nullo pacto liceret. Hæc ex intentione & ratione connexio. Huic generi probationis tribus occurrit modis, id est per omnes partes. Aut enim expugnatur intentio, aut assumptio, aut conclusio, nonnunquam omnia. Sed omnia hæc tria sunt. Intentio expugnatur: Iure occidi cum, qui insidiatus sit. Nam prima statim pro Milone quæstio est: An sit ei fas

y 2

tortum

teum planē

solummodo

sita ratione

concluserit

ad quod

Quid comitatus quidē nostri uiri clari uolunt?

C lucem intueri, qui à se hominem necatū esse fatcat. Expugnatur assumptio omnibus his, quæ de refutatione diximus. Et ratio quidem nonnunquā est uera, cū eius propositio uera nō sit. Interim ueræ propositionis falsa ratio est: Virtus bonū est, uerū est, si quis rationem subiiciat, quod ea locupletes faciat, ueræ intentionis falsa sit ratio. Connexio autē uera negatur, cum aliud colligit quā id, quod ex prioribus cōficitur, aut nihil ad quæstionē dicitur pertinere. Non est uera sic: Insidiator iure occiditur: Nam qui curauit, ut uim afferat ut hostis, debet etiā ut hostis repelli: Recte igitur Clodius ut hostis occisus est. Non utiq; . Nondū enim Clodiū insidiatorem ostendimus. Sed sit uera connexio: Recte igitur insidiator ut hostis occiditur. Nihil ad nos. Nondū enim Clodius insidiator apparct. † Sed ut potest esse uera connexio, & tamen falsa intentio & ratio, ita si illa uera sunt, nunquam est falsa connexio. Enthymema ab alijs oratorius syllogismus, ab alijs pars dicitur syllogismi, propterea quod syllogismus utiq; conclusionem & propositionem habet, & per omnes partes efficit, quod proposuit, enthymema tantum intentum intelligi contentum sit. Syllogismus talis: Solum bonum uirtus. Nam id demum bonum est, quo nemo male uti potest. Virtute nemo male uti potest: Bonum est ergo uirtus. Enthymema ex cōsequentibus. Bonum est uirtus, qua nemo male uti potest. Et contrā: Non est bonum pecunia. Non enim bonum, quo quisquam male uti potest. Pecunia potest quis male uti, Non igitur bonū est pecunia. Enthymema ex pugnantibus: An bonū est pecunia, qua quisq; potest male uti? Si pecunia, quæ est in argento signato, argentum est, qui argentū omne legauit, & pecuniam quæ est in argento signato legauit. Argentū autem omne legauit. Igitur & pecuniam quæ est in argento legauit. Habebit formam syllogismi. Oratori satis est dicere: Cum argentum legauerit omne, pecuniam quoq; legauit quæ est in argento. Peregisse mihi uideor sacra tradentiū artes, sed consilio locus superest. Namq; ego, ut in oratione syllogismo quidem aliquando uti, nefas non duco, ita constare totam, aut certe confertam esse aggressionum & enthymematum stipatione, minime uelim. Dialogis enim & dialecticis disputationibus erit similior, quā nostri operis actionibus, quæ quidem inter se plurimū differunt. Namq; illi homines docti, & inter doctos uerum quærentes, minutius & scrupulosius scrutantur omnia, & ad liquidum confessumq; perducunt, ut qui sibi & inueniendi, & iudicandi uendicent partes, quarum alteram *ῥητορικῆς*, alteram *νεγικῆς* uocant. Nobis ad aliorum iudicia cōponenda est oratio, & sapius apud omnino imperitos, atq; aliarū certe ignaros literarum loquendum est: quos nisi & delectatione allicimus, & uiribus trahimus, & non nunquā turbamus affectibus, ipsa quæ iusta ac uera sunt, tenere non possumus. Locuples & speciosa uult esse eloquentia, quorū nihil consequitur, si conclusionibus certis, & crebris, & in unam propē formam cadentibus concisa, & cōtemptū ex humilitate, & odium ex quadam seruitute, & ex copia

† Sed ut potest uera esse intentio & ratio, & tamen falsa connexio, ita si illa falsa sunt, nunquam est uera connexio.

A copia satietatem, & ex amplitudine fastidiū tulerit. Feratur igitur non semitis, sed campis, non uti fontes angustis fistulis colliguntur, sed ut latissimi amnes totis uallibus fluat, ac sibi uiam si quando non acceperit, faciat. Nam quid illa miserius lege uelut præformatas infantibus literas persequentium, ut Græci dicere solent, quem mater amictū dedit, sollicito custodientium? Propositio, ac conclusio, ex consequentibus & repugnantibus nō inspiret, nō augeat, nō mille figuris uariet, ac uerset, ut ea nasci, & ipsa prouenire natura nō manufacta, & arte suscepta, magistrū fateri ubiq; uideantur? Quis unquā sic dixit orator? nonne apud ipsum Demosthenē paucissima huiusmodi reperiunt? Quæ apprehensa Græci magis (nam hoc solum nobis peius faciūt) in catenas ligant, & inexplicabili serie connectunt, & indubitata colligunt, & probant confessa, & se antiquis per hoc similes uocant. Deinde interrogati, nunquam respondebunt quem imitentur. Sed de figuris alio loco. Nunc illud adijciendū, ne his quidem consentire me, qui argumenta sermone puro, & dilucido, & distincto, cæterum minime lato ornatoq; putant esse dicenda. Namq; ea distincta quidem, ac perspicua debere esse confiteor, in rebus uero minoribus etiā sermone, ac uerbis quammaxime proprijs, & ex usu. At si maior erit materia, nullum ornatum his (qui modò non obscuret) subtrahendum puto. Nam & sæpe plurimum lucis affert ipsa translatio, cum etiam ipsi iurisconsulti, quorū summus circa uerborū proprietatem labor est, littus esse audeant dicere, qua fluctus † alludit. Quoq; quid natura magis asperum, hoc pluribus condiendum est uoluptatibus, & nimis suspecta argumentatio dissimulatione, & multum ad fidem adiuuat audientis uoluptas. Nisi fortē existimamus Ciceronem male in hac ipsa argumentatione dixisse: Silere leges inter arma, & gladiū nobis interim ab ipsis porrigi legibus. His tamen † habendus modus, ut sint ornamento, non impedimento.

† huius artis & iuris

† eludis

† adiectis modis

M. FABII QVINTILIA

NI DE INSTITVTIONE ORATORIA, LIBRI SEXTI PROOEMIUM, IN QVO DE FORTUNA SUA QVERITVR.



HÆC MARCILLE Victori, ex tua uoluntate maxime ingressus, tum si qua ex nobis ad iuuenes bonos peruenire posset utilitas, nouissime penē & necessitate quadam officij delegati mihi, sedulo laborabam, respiciens tamen illam curam meæ uoluptatis, quod filio cuius eminens ingenium, sollicitam quoque parentis diligentiam merebatur, hanc optimam partem relicturus hæreditatis uidebar, ut si me (quod æquum & optabile fuit) fata interceptissent, præceptore tamen patre uteretur.

C At me fortuna id agentem diebus ac noctibus, festinantemq; metu meae mortalitatis, ita subito prostravit, ut laboris mei fructus ad neminem minus quam ad me pertineret. Illum enim de quo summa conceperam, & in quo spem unicam senectutis meae reponebam, repetito uulnere orbitatis amisi. Quid nunc agam, aut quem ultra esse usum mei dijs reprobantibus credam? nam ita forte accidit, ut eum quoq; librum, quem de causis corruptae eloquentiae [†] emisit, iam scribere aggressus, simili ictu ferirer. Tunc igitur optimum fuit infaustum opus, & quicquid hoc est in me infelicium literarum, super immaturum funus consumpturis uiscera mea flammis iniicere, neq; hanc impiam uiuacitatem nouis insuper curis fatigare. Quis enim mihi bonus parens ignoscat, si studere amplius possum: ac non ode rit hanc animi mei firmitatem, si quis in me est alius usus uocis, quam ut incusem deos superstes omnium meorum: nullam terras despiciere prouidentiam tester: si non meo casu, cui tamen nihil obijci, nisi quod uiuam potest, at illorum certe, quos utiq; immeritos mors acerba damnauit, erepta mihi prius eorundem est mater, quae nondum expleto aetatis undeuicesimo anno, duos enixa filios, quamuis acerbissimis rapta fatis, felix decessit. Ego uel hoc uno malo sic eram afflictus, ut me iam nulla fortuna posset efficere felicem. Nam cum omni uirtute, quae in foeminas cadit, functa sit, insanabilem attulit marito dolorem, tum aetate [†] ea puellari, praesertim meae coparata, potest & ipsa numerari inter uulnera orbitatis, liberis tamen superstitibus oblectabar & quod nefas erat, saeva, sed optabat ipsa, me saluo maximos cruciatus praecipiti uia effugit. Mihi filius minor quintum egressus annum, ut in malis agerem, prior alterum ex duobus eruit lumen. Non sum ambitiosus in malis, nec augere lachrymarum causas uolo, utinamq; esset ratio minuendi. Sed dissimulare qui possum, quid illi gratiae in uultu, quid iucunditatis in sermone, quos ingenij igniculos, quam [†] praestantiam placidae, & (quod scio uix posse credi) tantum altae mentis ostenderit: qualis amorem quicumq; alienus infans mereretur. Illud uero insidiantis, quo me ualidius cruciaret, fortunae fuit, ut ille mihi blandissimus, me suis nutricibus me auiae educanti, me omnibus qui sollicitare solent illas aetates, anteferet. Quapropter illi dolori, quae ex matre optima, atq; laudem omnem supergressa paucos ante menses ceperam, gratulor. Minus enim est quod flendum meo nomine, quam quod illius gaudendum est. Vna post haec Quintiliani mei spe ac uoluptate nitebar, & poterat sufficere solatio. Non enim flosculos sicut prior, sed & decimum aetatis iam ingressus annum, certos atq; deformatos fructus ostenderat. Iuro per mala mea, per infelicem conscientiam, per illos manes, numina doloris mei, has me in illo uidisse uirtutes ingenij, non modo ad percipiendas disciplinas, quo nihil prestantius cognoui, plurima expertus, [†] studijq; iam tum non coacti (sciunt preceptores) sed probitatis, pietatis, humanitatis, liberalitatis, ut prorsus possit hinc esse tanti fulminis metus, quod obseruatum ferè est, celerius occidere festinatam maturitatem,

[†] studia quae iam tum non coacti sciunt esse preceptores.

A maturitatem, & esse nescio quam, quae spes tantas decerpat, inuidiam, ne uidelicet ultra quam homini datum est, nostra prouehantur. Etiam illa fortunae aderant omnia, uocis iucunditas, claritasq; oris suauitas, & in utraque lingua, tanquam ad eam demum natus esset, expressa proprietas omnium literarum. Sed haec spes adhuc, illa maiora, constantia, grauitas, contra dolores etiam ac metus robur. Nam quo ille animo, qua medicorum admiratione, mensium octo ualitudinem tulit: ut me in supremis consolatus est: quam etiam deficiens, quamq; non tunc ipsum illum alienatae mentis errorem circa solas literas habuit: Tuos ne ego o meae spes inanes, labentes oculos, cum fugientem spiritum uidi: cum corpus frigidum exangue complexus, animam recipere, auramq; communem haurire amplius potui: dignus his cruciatibus quos fero, dignus his cogitationibus. Te ne consulari nuper adoptione, ad omnium spes honorum [†] patris admotum, te auunculo Praetori generum destinatum, te omnium spe Atticae eloquentiae candidatum, superstes parens habiturus est tantum ad poenas: Et si non cupido lucis, certe patientia uindictet te reliqua mea aetate. Nam frustra mala omnia ad crimen fortunae relegamus. Nemo nisi sua culpa diu dolet. Sed uiuimus, & aliqua uiuendi ratio quaerenda est, credendumq; doctissimis hominibus, qui unicum aduersorum solatium literas putauerunt. Si quando tamen ita resederit praesens impetus, ut aliqua tot luctibus alia cogitatio inferi posset, non iniuste petierim morae ueniam. Quis enim dilata studia miretur, quae potius non abrupta mirandum est: Tum si qua minus fuerint effecta his, quae leuius adhuc afflictis ceperamus, imperitiae, aut fortunae remittantur: quae si quid mediocrius alioqui nostro ingenio uirum fuit, ut non extinxerit, debilitauit tamen. Sed uel propter hoc nos contumacius erigamus, quod illam ut perferre nobis difficile est, ita facile contemnere. Nihil enim sibi aduersus me reliquit, & infelicem quidem, sed certissimam tamen attulit mihi ex his malis securitatem. Boni autem consulere nostrum laborem uel propter hoc certum est, quod in nullum iam proprium usum perseueramus, sed omnis haec cura ad alienos, ut alienis utilis (si modo quid utile scribimus) spectat. Nos miseri, sicut facultates patrimonij nostri, ita hoc opus alijs praeparamus, alijs relinquemus.

De Conclusionem seu Peroratione. CAP. I.

Peroratio sequebatur, quam cumulum quidam, conclusionem alij uocant. Eius duplex ratio est posita, aut in rebus, aut in affectibus. Rerum repetitio & congregatio, quae graece dicitur *καταλογοῖς*, quibusdam Latinorum enumeratio, & memoriam iudicis reficit, & totum simul causam ponit ante oculos, & etiam si per singula minus mouerat, turba ualet. In hac quae repetemus quam breuissime dicenda sunt, & quod graeco uerbo patet, decurrendum per capita. Nam si morabimur, non iam enumeratio, sed altera quasi fiet oratio. Quae autem enumeranda uidentur, cum pondere aliquo dicenda sunt, et aptis excitanda sen

C tentijs, & figuris utiq; uarianda, alioqui nihil est odiosius recta illa repetitione uelut memorię iudicū diffidentis. Sunt aut̄ innumerabiles, optimeq; in Verrem Cicero: Si pater ipse iudicaret, quæ diceret cum hæc probarentur: & deinde subiecit enumerationē. Aut cum idem in eundem per inuocationem deorū spoliata à Prætorē templa dinumerat. Licet & dubitare num quid nos fugerit, et quid responsuri sint aduersarij his & his, aut quam spem accusator habeat omnibus ita defensis. Illa uero iucūdiſſima, si contingat aliquod ex aduersario ducere argumentum, ut si dicas: Reliquit uero hanc partem causæ: aut, inuidia premere maluit: aut, ad ꝑ̄ preces confugit, & merito, cum sciret hæc & hæc. Sed non sunt singulæ species prosequendæ, ne sola uideantur, quæ fortē nunc dixero, cum occasiones & ex ausis, & ex dictis aduersariorum, & ex quibusdam fortuitis quoq; oriantur. Nec referenda modò nostra, sed postulandum etiam ab aduersarijs, ut ad quædam respondeant. Id autem, si actionis supererit locus, & ea proposuerimus, quæ refelli nō possunt. Nam prouocare ꝑ̄ quæ inde fortia, non arguentis est, sed monentis. Id unum epilogi genus uisum est plerisq; Atticorū, & philosophis ferē omnibus, qui de arte oratoria scriptum aliquid reliquerūt. Id sensisse Atticos credo, quia Athenis affectus mouere etiā per præconem prohibebatur orator. Philosophos minus miror, apud quos uitij est loco, affici, nec boni mores uidentur, sic à uero iudicem auerti, nec conuenire bono uiro uitij uti. Necessarios tamen affectus fatebuntur, si aliter obtineri uera & iusta, & in cōmune profutura nō possint. Cæterum illud constitit inter omnes, etiam in alijs partibus actionis, si multiplex causa sit, & pluribus argumentis defensa, utiliter *ἀνακεφαλαιώσασθαι* fieri solere. Sicut nemo dubitauerit multas esse causas, in quibus nullo loco sit necessaria, si breues & simplices fuerint. Hæc pars perorationis accusatori, patronoq; æque communis est. Affectibus quoq; eisdem ferē utuntur, sed rarius hic, at ille sepius & magis. Nam huic cōcitare iudices, illi flectere conuenit. Verum & accusator habet interim lachrymas ex miseratione eius rei quem ulciscitur, & reus de indignitate calumniæ conspirationis uehementius interim queritur. Diuidere igitur hæc officia cōmodissimum, quæ plerunq; sunt, ut dixi, proœmio similia, sed liberiora, plenioraq;. Inclinatio enim iudicū ad nos petitur initio ꝑ̄ parcius, cū admitti satis est, & oratio tota superest. In epilogo uero est, qualem animū iudex in consilium serat, & iam nihil amplius dicturi sumus, nec restat quo seruemus. Est igitur utrisq; cōmune, conciliare sibi, auertere ab aduersario iudicem, concitare affectus & componere. Et breuissimum quidem hoc præceptum dari utriq; parti potest, ut totas causæ suæ uires orator ante oculos ponat, & cum uiderit quid inuidiosum, fauorabile, inuisum, miserabile, aut sit in rebus aut uideri possit, ea dicat, quibus si iudex esset, ipse maxime moueretur. Sed certius est ire per singula. Et quæ conciliant quidem accusatorem, in præceptis exordij iam diximus. Quædam tamen, quæ illic

ꝑ̄ preces

ꝑ̄ quæ desint

ꝑ̄ partim
iudem consilio
fecerat

A ostendere satis est, in peroratione implenda sunt, magis si cōtra impotentem, inuisum, perniciosum suscepta causa est, si iudicibus ipsis aut gloriæ damnatio rei, aut deformitati futura absolutio. Nam egregie in Vatiniū Caluus: Factū, inquit, ambitū scitis omnes, & hæc uos scire omnes sciunt. Cicero quidē in Verrem etiam emendari posse infamiam iudiciorum damnato reo, dicit, quod est unū ex supradictis. Metus etiam si est adhibendus, ut facit idem, hunc habeat locum fortiorem, quàm in proœmio. Quæ de re quid sentirem, alio iam libro exposui. Concitare quoq; inuidiā, odium, iram, liberius in peroratione contingit, quorum inuidiam gratia, odium turpitudine, iram offensio iudicis facit, si cōtumax, arrogans, securus sit, qui non ex facto modo, dicto uel aliquo, sed uultu, habitu, aspectu moueri solet. Egregieq; nobis adoleſcētibus dixisse accusator Cossutiani Capitoni uidebatur, græce quidem, sed in hunc sensum: Erubescit Cæsarem timere. Summa tamen cōcitandi affectus accusatori in hoc est, ut id quod ꝑ̄ obiecit, aut quam atrocissimū, aut etiā si fieri potest, quam maxime miserabile esse uideatur. Atrocitas crescit ex his, quid factum sit, à quo, in quem, quo animo, quo tempore, quo loco, quo modo, quæ omnia infinitos anfractus habent. Pulsatū querimur, de re primū ipsa dicendū, tum si senex, si puer, si magistratus, si probus, si bene de Repub. meritis, etiā si ꝑ̄ percussus sit à uili aliquo, contemptoq; uel ex cōtrario à potente nimium, uel ab eo à quo minime oportuit. Et si die forte solenni, aut his temporibus, cum iudicia eius rei maxime exercerentur, aut in sollicito ciuitatis statu. Item in theatro, in templo, in concione crescit inuidia. Et si nō errore, nec ira, uel etiam si forte ira, sed iniqua, quod patri affuisset, quod respondisset, quod honores contrā peteret. Et si plus etiā uideri potest uoluisse, quàm fecit. Plurimū tamen afferet atrocitatis modus, si grauius, si cōtumeliose, ut Demosthenes ex parte percussi corporis, ex uultu ferientis, ex habitu inuidiam Midie querit. Occisus est, utrū ferro, an igne, an ueneno: uno uulnere an pluribus, subito an expectatione ꝑ̄ tortus, ad hanc partē maxime pertinet. Utitur frequenter accusator & miseratione, cum aut eius casum quem ulciscitur, aut liberorum, aut parentū solitudinem cōqueritur. Etiā futuri temporis imagine iudices mouet, qui maneant eos casus, qui de ui & iniuria questi sunt, nisi uindicentur, fugiendū de ciuitate, cedendū bonis, aut omnia quæcūq; inimici animus fert, perferenda. Sed sepius id est accusatoris, auertere iudicē à miseratione qua reus sit usurus, atq; ad fortiter iudicandū concitare. Cuius loci est etiā occupare, quæ dicturū, facturū uel aduersariū putes. Nam & cautiores ad custodiā suæ religionis iudices facit, & gratiā responsuris aufert, cum ea prædicta sunt ab accusatore, iam si pro reo petentur, nō sint noua, ut Seruius Sulpitius contra Aufidiā, ne signatorū, ut ab ipsis discrimen obijciat sibi, præmonet. Nec nō ab Aeschine, quali sit usurus Demosthenes actione, prædictū est. Docendi quoq; interim iudices, quid rogantibus respondere debeant, quod est unū

ꝑ̄ obiecit

ꝑ̄ contemptus

ꝑ̄ tertius

repetitionis genus. Perichitantē uero cōmendat dignitas, & studia for-
 tia, & susceptæ bello cicatrices, et nobilitas, & merita maiorū. Hoc quod
 proxime dixi, Cicero atque Asinius certatim sunt usi, pro Scauro, patre
 hic, ille pro filio. Commdenat & causa periculi, si suscepisse inimicitias ob
 aliquod factum honestū uidetur, præcipue bonitas, humanitas, misericor-
 dia. † Iuste enim tunc petere ea quisq; uidetur à iudice, quæ alij ipse præsti-
 terit. Referenda pars hæc quoq; ad utilitatem Reip. ad iudiciū gloriā, ad
 quæ exemplū, ad memoriā posteritatis. Plurimū tamen ualeat miseratio,
 iudicem flecti non tantum cogit, sed motum quoq; animi sui lachrymis
 confiteri. Hæc petentur, aut ex his quæ passus est reus, aut his quæ tum
 maxime patitur, aut his quæ damnatum manent, quæ & ipsa duplican-
 tur, cum dicimus e qua illi fortuna, & in quam recidendum sit. Affert in
 his momentum & ætas, & sexus, & pignora, liberi dico, & parentes, &
 propinqui, quæ omnia tractari uarie solent. Nonnunquam etiam & ipse
 patronus has partes subit, ut Cicero pro Milone: O me miserum, ò te in-
 felicem. Reuocare me tu in patriam Milo potuisti per hos, ego te in patria
 per eosdem retinere non potero? Maximeq; si (ut tunc accidit) non con-
 uenit ei, qui accusatur, preces. Nam quis ferret Milonem pro capite suo
 supplicantem, qui à se uirum nobilem interfectū, quia id fieri oportuisset,
 fateret? Ergo & ille captauit ex illa præstantia animi fauorem, & in locū
 lachrymarū eius ipse successit. His præcipuæ locis utiles sunt profopo-
 pœiæ, id est, fictæ alienarum personarū orationes, quales litigatorem de-
 cent, uel patronum. Nudæ tantū res mouent, aut cum ipsi loquimur, aut
 cum ipsas loqui fingimus. Ex personis quoq; trahitur affectus. Nō enim
 audire iudex uidetur aliena mala deflentes, sed sensum ac uocem auribus
 † accipere miserorū, quorū etiam mutus aspectus lachrymas mouet, quan-
 toq; essent miserabiliora, si ea dicerēt ipsi, tanto sunt quadā sua portione
 ad efficiendū potentiora, cum uelut ipsorū ore dicuntur, ut scenicis acto-
 ribus eadem uox, eademq; pronuntiatio plus ad mouendos affectus sub
 persona ualeat. Itaq; idem Cicero, quanquā preces nō dat Miloni, eumq;
 potius animi præstantia commendat, accommodauit ei tamen uerba, &
 conuenientes etiam forti uiro conquestiones: O frustra, inquit, mei sus-
 cepti labores. O spes fallaces, ò cogitationes meæ inanes. Nunquam ta-
 men debet esse longa miseratio, nec sine causā dictum est: Nihil facilius
 quàm lachrymas inarescere. Nam cum etiam ueros dolores mitiget tem-
 pus, citius euanescat necesse est illa, quam dicendo effinximus imago: in
 qua si moramur, fatigatur lachrymis auditor, & requiescit, & ab illo, quem
 ceperat impetu, ad rationem redit. Non patiamur igitur frigescere hoc
 opus, & affectum, cum ad summū perduxerimus, relinquamus, nec spe-
 remus fore, ut aliena quisquam diu ploret. Ideoq; cum in alijs, tum maxi-
 me in hac parte debet crescere oratio. Quia quicquid non adiicit, priori-
 bus etiam detrahare uidetur, & facile deficit affectus, qui descendit.

Lachryme ci-
 tissime inares-
 cunt.

Adhuc

Adhuc de Affectibus mouendis. CAP. II.

A



Non solum autē dicendo, sed etiam faciendo quædam, lachry-
 mas mouemus, unde & producere ipsos qui periclitentur, squa-
 lidos atq; deformes, & liberos eorum, ac parentes institutum,
 & ab accusatoribus ostendi cruentum gladium, & lecta e uul-
 neribus ossa, & uestes sanguine perfusas uidemus, & uulnera resoluī, ac
 uerberata corpora nudari. Quarum rerum ingens plerunq; uis est, uelut
 in rem præsentem, animos hominum ducentium. Et populum Romanum
 egit in furorē prætexta C. Cæsaris prolata in foro cruenta. Sciebatur in-
 terfectum eum, corpus deniq; ipsum impositum lecto † erat, uestis tamen
 illa sanguine madens ita representauit imaginem sceleris, ut non occisus
 esse Cæsar, sed tum maxime occidi uideretur. Sed non ideo probauerim,
 quod factum et lego, & ipse aliquando uidi depictā tabulam † supra Iouem
 in imaginem rei, cuius atrocitate iudex erat cōmouendus. Quæ enim erit
 actoris infantia, quæ mutam illam effigiem magis quàm orationem pro se
 putet locuturam? At sordes, & squalores, & propinquorū quoq; similem
 habitum scio profuisse, & magnum ad salutem momentū preces attulisse.
 Quare & obsecratio illa iudiciū per charissima pignora, utiq; si & reo sint
 liberi, coniunx, parentes, utilis erit. Et deorum etiam inuocatio, uelut ex
 bona conscientia profecta uideri solet. Stratū deniq; iacere, & genua com-
 plecti, nisi tamen persona nos, & antea acta uita, & rei cōditio prohibebit.
 Quædam enim tam fortiter tuenda, quàm facta sunt. Verū sic est habenda
 autoritatis ratio, ne sit inuisa securitas. Fuit quondam inter hæc omnia
 potentissimum id, quo Lucium Murænam Cicero, accusantibus clarissi-
 mis uiris, eripuisse præcipue uidetur: persuasit enim nihil esse ad præsen-
 tem rerum statum utilius, quàm pridic Cal. Ianuarias ingredi consulatū.
 Quod genus nostris temporibus totum penè sublatū est, cum omnia cura
 tutelæq; unius innixa, periclitari nullo iudicij exitu possint. De accusa-
 toribus & reis sum locutus, quia in periculis maxime uersatur affectus.
 Sed priuatæ quoque causæ utrunq; habent perorationis genus, & illud
 quod est ex enumeratione probationum, & hoc quod ex lachrymis, si aut
 statu periclitari, aut opinione litigator uidetur. Nam in paruis quidem li-
 tibus has tragedias mouere tale est, quale si personā Herculis, & cothur-
 nos aptare infantibus uelis. Illud ne indignum quidem admonitione, in-
 gens in epilogis meo iudicio uerti discrimen, quomodo se dicenti, qui ex-
 citatur, accommodet. Nam & imperitia, & rusticitas, & rigor, & deforma-
 tas afferūt interim frigus, diligenterq; hæc sunt actori prouidenda. Equi-
 dem repugnanteis eos patrono, & nihil uultu cōmotos, & intempestiue
 ridentes, & facto aliquo, uel ipso uultu risum mouentes, sæpe etiam uidi,
 præcipue uero cum aliqua uelut secnice † fuit. Transtulit patronus aliquan-
 do puellam, quæ soror esse aduersarij dicebatur (nam de hoc lis erat) in
 aduersa sub sellia, tanquam in gremio fratris relicturus. At is à nobis præ-

† adest

† supra Iouis
 imaginem

B

† cadunt

C monitus decesserat. Tum ille, alioqui uir facundus, inopinatae rei casu obmutuit, & infantem suam frigidissime reportauit. Alius imaginem mariti pro rea proferre magni putauit, at ea sepius risum fecit. Nam & hi, quorum officij erat ut traderent eam, ignari quid esset epilogus, quoties eum respexisset patronus, offerebant palam, & prolata nouissime deformitate ipsa, nam senis cadaueri infusa, praeteritam quoque orationis gratiam perdidit. Nec ignotum quid Gliconi, cui Spiridion fuit cognomen, acciderit. Huic ^{† is} puer, quae [†] in ius productum quid fleret interrogabat, ex paedagogo se uellicari respondit. Sed nihil illa contra Cepasios Ciceronis fabula efficacius ad pericula epilogorum. Omnia tamen haec tolerabilia, quibus actionem mutare facile est, at qui a stylo non recedunt, aut conticescunt ad hos casus, aut frequentissime falsa dicunt. Inde est enim: Tendit ad uestra genua supplices manus, & haeret in complexu liberorum miser, & reuocat ecce me, etsi nihil horum is, de quo dicitur, faciat. Et scholis haec uitia, in quibus omnia libere fingimus, & impune, quia pro facto est quicquid uolumus, non admittit hoc idem ueritas fori. Egregieque Cassius dicenti adulescentulo: Quid me toruo uultu intueris seuerus? Non me hercules [†] inquit, faciebam, sed sic scripsisti. Ecce, et quae potuit truculentissime eum aspexit. Illud praecipue monendum, ne quis nisi summis ingenij uiribus ad mouendas lachrymas aggredi audeat. Nam ut est longe uehementissimus hic cum inualuit affectus, ita si nihil efficit, tepet, quem melius infirmus actor tacitis iudicium cogitationibus reliquisset. Nam & uultus, & uox, & ipsa illa excitati rei facies, ludibrio etiam plerumque sunt hominibus, quos non permouerunt. Quare metiam, ac diligenter aestimet uires suas actor, & quantum onus subiturus sit, intelligat. Nihil habet ista res medium, sed aut lachrymas metetur, aut risum. Non autem commouere tantum miserationem, sed etiam discutere, epilogi est proprium, cum oratione continua, quae motos lachrymis iudices ad iustitiam reducat, tum etiam quibusdam urbane dictis, quale est: Date puero panem, ne ploret; & corpulento litigatori, cuius aduersarius item puer, circa iudices erat ab aduocato latus. Quid faciam? ego te baiulare non possum. Sed haec tamen non debent esse mimica. Ita neque illum probauerim, qui inter clarissimos sui temporis oratores fuit, qui pueris in epilogum productis, talos proiecit in medium, quos illi diripere ceperunt. Namque haec ipsa discriminis sui ignorantia potuit esse miserabilis. Neque illum, qui, cum esset cruentus gladius eius ab accusatore prolatus, quo is hominem probabat occisum, subito ex subsellis ut territus fugit, & capite ex parte uelato cum ad agentem ex turba prospexisset, interrogauit, an iam ille cum gladio recessisset. Fecit enim risum, sed ridiculus fuit. Discutiendae tamen oratione huiusmodi scenae. Egregieque Cicero, qui contra imaginem Saturnini pro Rabirio grauiter, & contra iuuenem, cuius subinde uulnus in iudicio resoluebatur, pro Vareno multa dixit urbane. Sunt & illi leniores epilogi, quibus aduersario satis facimus, si forte eius sit
 persona

A persona talis, ut illi debeatur reuerentia, aut cum amice aliquid commune mus. & ad concordiam hortamur, quod est genus egregie tractatum a Passiano, cum Domitiae uxoris suae pecuniariam litem aduersus fratrem eius Aenobarbum ageret. Nam cum de necessitudine multa dixisset, de fortuna quoque, qua uterque abundabat, adiecit: Nihil uobis minus deest, quam de quo contenditis. Omnes autem hos affectus, etiam si quibusdam uidentur in proemio, atque in epilogo sedere habere, in quibus sane sunt frequentissimi, tamen aliae quoque partes recipiunt, sed breuiore, ut cum ex his plurima sint [†] reseruanda. At hic, si usquam, totos eloquentiae aperire fontes licet. Nam ex his, si bene diximus reliqua, possidemus iam iudicium animos, & [†] cofragosis atque asperis euecti, tota pandere possumus uela: ut cum sit maxima pars epilogi amplificatio, uerbis atque sententijs uti liceat magnificis atque ornatis. Tunc est commouendum theatrum, cum uentum est ad ipsum illud, quo ueteres traegediae comediaeque clauduntur, Plaudite. In alijs autem partibus tractandus affectus erit, ut quisque nascetur. Nam neque exponi sine hoc res atroces, & miserabiles debent. Cum de qualitate alicuius rei questio est, probationibus uniuscuiusque rei recte subiungitur. Vbi uero coniunctam ex pluribus causam agimus, etiam necesse erit uti pluribus quasi epilogis, ut in Verrē Cicero fecit. Nam & Philodamo, & nauarchis, & cruciatis ciuibus Romanis, & alijs plurimis suas lachrymas dedit. Sunt qui hos ^{μερικους επιλογους} uocent, quo partitam perorationem significant. Mihi non tam partes eius quam species uidentur. Siquidem [†] haec epilogi & perorationis nomiga ipsa aperte satis ostendunt, hanc esse
 consummationem orationis.

De diuisione affectuum, & quo modo mouendi sint. CAP. III.



Vamuis autem pars haec iudicialium causarum sit summa, praecipueque constet affectibus, & aliqua de his necessario dixerim, non tamen potui, ac ne debui quidem locum istum in unam speciem concludere. Quare adhuc opus superest, cum ad obtinenda, quae uolumus, potentissimum, tum supradictis multo difficilius, mouendi iudicum animos, atque in eum quem uolumus habitum formandi, & uelut transfigurandi. Qua de re pauca, quae postulabat haec materia, sic attigi, ut magis quid oporteret fieri, quam quo id modo consequi possemus, ostenderem. Nunc altius omnis rei repetenda ratio est. Nam & per totam (ut diximus) causam, locus est affectibus, & eorum non simplex natura, nec in transitu tractanda, quo nihil maius [†] afferre uis orandi potest. Nam extera forsitan tenuis quoque, & angusta ingenij uena, si modo uel doctrina, uel usu sit adiuta, generare, atque ad frugem aliquam perducere queat. Certe sunt semperque fuerunt non parum multi, qui satis perite, quae essent probationibus utilia, reperirent, quos equidem non contemno, sed haecenus utiles credo, ne quid per eos iudici sit ignotum, atque (ut dicam quod sentio) dignos a quibus causas disertis docerentur. Qui uero iudicem

teruenda

† cofragosis
atque asperus

ter

† afferri orandi
potest

C rapere, & si quē uellet habitū animi posset perducere, quo dicto flendū, & irascendum esset, rarius fuit. Atq; hoc est, quod dominetur in iudicijs, hæc eloquentiam regunt. Namq; argumenta plerunq; nascuntur ex causa, & pro meliore parte plura sunt semper, ut qui per hæc uicit tantum, nō defuisse sibi aduocatum sciat. Vbi uero animis iudicum uis afferenda est, & ab ipsa ueri contemplatione abducenda mens, ibi proprium oratoris opus est. Hoc non docet litigator, hoc libellis non continetur. Probationes enim efficiunt sanē, ut causam nostram meliorem esse iudices putent, affectus t̄prestāt ut etiam uelint. Sed id quia uolunt, credunt quoq;. Nam cū irasci, fauere, odisse, misereri cōperint, agi iam rem suā existimant: & sicut amantes de forma iudicare nō possunt, quia sensum oculorum præmit amor, ita omnem inquirendæ ueritatis rationem iudex amittit, occupatus affectibus, æstu fertur, & uelut rapido flumini obsequitur: ita argumenta, ac testes quid egerint, pronuntiatio ostendit, commotus autem ab oratore iudex quid sentiat, sedens adhuc atq; audiens cōfitetur. An cum ille, qui plerisq; perorationibus petitur, fletus erūpit, nō palam dicta sententia est? Huc igitur incūbat orator, hoc opus eius, hic labor est, sine quo cætera nuda, ieiuna, infirma, ingrata sunt. Ad eō uelut spiritus operis huius atq; animus est in affectibus. Horum autem, sicut antiquitus traditum accepimus, duæ sunt species, alteram Græci πᾶθος uocant, quam nos uertentes recte ac proprie affectū dicimus: alterā ἰσθμῶς, cuius nomine, ut ego quidem sentio, caret sermo Romanus, mores appellantur, atq; inde pars quoq; illa philosophiæ ἠθικῆς moralis est dicta. Sed ipsam rei naturam spectanti mihi, non tam mores significari uidentur, quā morū quædam proprietates. Nam ipsis quidem omnes habitus mentis cōtinentur. Cautiores uoluntatem complecti, quā nomina interpretari maluerūt. Affectus igitur hos concitatos, illos mites atq; compositos esse dixerunt. In altero uehementer cōmotos, in altero lenes, deniq; hos imperare, illos persuadere, hos ad t̄p̄turbationem, illos ad beneuolentiam præualere. Adijciunt quidam peritorum πᾶθος temporale esse. Quod ut accidere frequentius fateor, ita nonnullas credo esse materias, quæ continuum desiderent affectum. Nec tamen minus artis, aut usus hi leniores habent, uirium atq; impetus non tantundem exigunt. In causis uero etiam pluribus uersant, imō secundū quendā intellectum in omnibus. Nam cum nisi ex illo & hoc loco nihil ab oratore tractetur, quicquid de honestis, & utilibus, deniq; faciendis & non faciendis dicitur, hoc uocari potest. Quidam cōmendationem, atq; excusationem propria huius officij putauerunt, nec abnuo esse ista in hac parte, sed non concedo ut sola sint, t̄quin illud adhuc adijcio, πᾶθος, atq; ἰσθμῶς esse interim ex eadē natura, ita ut illud maius sit, hoc minus, ut amor πᾶθος, charitas ἰσθμῶς. Interdum diuersa inter se, sicut in epilogis. Namq; πᾶθος concitat, ἰσθμῶς solet mitigare. Propria tamen mihi uis nominis & exprimenda natura est, quatinus appellatione ipsa non satis significari

t̄animi
t̄p̄turbant

t̄impetrare
t̄probationem

t̄alioqui

A cari uidetur. ἰσθμῶς quod intelligimus, quodq; a docentibus desideramus, id erit, quod ante omnia bonitate cōmendabitur, non solum mite ac placidū, sed plerunq; blandum, & humanum, & audientibus amabile, atq; iucundum. In quo exprimendo summa uirtus ea est, ut fluere omnia ex natura rerum hominumq; uideantur, quo mores dicētis ex oratione pelluceant, & quodā modo agnoscant, quod est sine dubio inter coniunctas maxime personas, quoties perferimus, ignoscimus, satisfacimus, monemus, procul ab ira, procul ab odio. Sed tamen alia patris aduersus filiū, tutoris aduersus pupillū, mariti aduersus uxorem moderatio est. Hi enim præ se ferunt eorū ipsorū, a quibus lædūtur, charitatē, neq; alio modo inuisos eos faciunt, quā quod amare ipsi uidentur. Alia cum senex adolescentis, alia cum conuictum honestus inferioris fert. Hic enim tantum concitari, illic etiā affici debet. Sunt & illa ex eadem natura, sed motus adhuc minoris, ueniam petere, adolescentiæ defendere amores. Nonnunquam etiam leuis alieni caloris derisus ex hac forma uenit, sed nō his ex locis tantum, uerum aliquanto magis propriae sunt uirtutes simulationis, satisfaciendi, rogandi & εἰς ὀφθαλμῶν, quæ diuersum ei quod dicit, intellectū petit. Hinc etiam ille maior ad concitandū odium nasci affectus solet, cum hoc ipso, quo nos aduersarijs submitimus, intelligitur tacite impotentiæ exprobratio. Namque eos graues, & intolerabiles id ipsum demonstrat, quod cedimus, & ignorant cupidi maledicēdi, aut affectatores libertatis, plus inuidiā quā conuictum posse: nam inuidia aduersarios, conuictum nos inuisos facit. Ille iam penē medius affectus est ex amoribus, & desiderijs amicorum, & necessariorum: nam & hoc maior est, & illo minor. Non parum significanter etiā illa in scholis ἠθικῆς, dixerimus, quibus plerūq; rusticos, superstiosos, auaros, t̄timidos, secundum conditionem propositorum effingimus. Nam sic ἠθικῆς mores sunt, cum hos imitatur, & ex his ducimus orationem. Deniq; hoc omne, bonum & comem uirū poscit, quas uirtutes cum etiam in litigatore debeat orator, si fieri potest, approbare, utiq; ipse aut habeat, aut habere credatur. Sic proderit plurimū causis, quibus ex sua bonitate faciet fidem. Nam qui dum dicit, malus uidet, utiq; male dicit. Non enim uidetur iusta dicere, alioqui ἰσθμῶς uideretur. Quare ipsum etiam dicendi genus, in hoc placidum debet esse, ac mite, nihil superbum, nihil elatū saltem ac sublime desideret. Proprie, iucunde, credibiliter dicere sat est. Ideoq; & medius ille orationis modus maxime conuenit. Diuersum est huic quod πᾶθος dicitur, quodq; nos affectū proprie uocamus, & ut proxime utriusq; differentiam signem, illud comœdiæ, hoc tragœdiæ simile. Hæc pars circa iram, odium, metum, inuidiam, miserationē, ferē tota uersatur. Quæ quibus ex locis ducenda sint, & manifestum omnibus, & nobis in ratione procemij, atq; epilogi dictū est. Et metum tamen duplicem intelligi uolo, quem patimur, & quem facimus: Et inuidiam. Namq; altera inuidū, altera inuidiosum facit. Hoc autem hominis, illud rei est, in quo

t̄inuidos

C & plus habet operis oratio. Nam quædam uidentur grauiâ per se, paricidium, cædes, ueneficium: quædam efficienda sunt. Id aut contingit, cum magnis alioqui malis grauius esse id quod passi sumus, ostenditur. Quale est apud Verg.

Aeneid. 3. O felix una ante alias Priameia uirgo,
Hostilem ad tumulum Troiæ sub mœnibus altis Iussa mori.

Quam miser enim casus Andromachæ, si comparata ei felix Polyxena? Aut cum ita exaggeramus iniuriam nostram, ut etiam quæ multo minora sint, intoleranda dicamus: Si pulsasses, defendi non poteras, uulnerasti.

Sed hæc diligentius, cum ad eam amplificationem uenerimus, dicemus. Interim notasse contentus sum, non id solû agere affectus, ut quæ sunt ostendantur acerbâ ac luctuosa, sed etiam ut quæ toleranda haberi solent, grauiâ uideantur, ut cum in maledicto plus iniuriæ, quàm in manu, in infamia plus pœnæ dicimus, quàm in morte. Namque in hoc eloquentiæ uis est,

† ipsa res natura ducetur

ut iudicem nō ad id tantum impellat, in quod ipse à rei natura duceretur, sed aut qui non est, aut maiorem quàm est faciat affectû. Hæc est illa, quæ *δὲ τῶν πραγμάτων* uocatur, rebus indignis, asperis, inuidiosis, addēs uim oratio. Quæ uirtute, præter alios, plurimû Demosthenes ualuit. Quod si tradita mihi sequi præcepta sufficeret, satisfecerâ huic parti, nihil eorû quæ legi, uel dici, quod modò probabile fuit, omittendo. Sed mihi in animo est, quæ latent penitus, ipsa huius loci aperire penetralia: quæ quidē non aliquo tradente, sed experimēto meo, ac natura ipsa duce accepi. Summa enim (quâ

D tum ego quidem sentio) circa mouendos affectus in hoc posita est, ut moueamur ipsi. Nam & luctus, & iræ, & indignationis, aliquando ridicula fuerit imitatio, si uerba, uultumque tantum, non etiam animum accommodauerimus. Quid enim aliud est causæ, ut lugentes utique in recenti dolore disertissime quædam exclamare uideantur, & ira nōnunquam indoctis quoque eloquentiâ faciat, quàm quod illis inest uis mentis, & ueritas ipsa morum? Quare in his, quæ uerisimilia esse uolumus, simus ipsi similes eorum, qui uere patiuntur affectibus, & à tali animo proficiatur oratio, qualem facere iudicē uolet. An ille dolebit, qui audiet me, cum hoc dicam, non dolentem? irascetur, si nihil ipsæ, qui in iram concitat, idque exigit, simile patietur? siccis agens oculis lachrymas dabit? fieri nō potest. Nec incendit nisi ignis, nec madescimus nisi humore, nec res ulla dat alteri colorem, quæ non ipsa habet. Primû est igitur, ut apud nos ualeant ea, quæ ualere apud iudicem uolumus, afficiamurque antequam afficere conemur. At quomodo fiet, ut afficiamur? Neque enim sunt motus in nostra potestate. Tentabo etiam de hoc dicere, quas *φαντασίας* Græci uocant, nos sanè uisiones appellamus, per quas imagines rerum absentium ita representantur animo, ut eas cernere oculis, ac præsentibus habere uideamur. Has quisquis bene ceperit, is erit in affectibus potentissimus. Hunc quidam dicunt *ἐνφαντασιαστικὸν*, qui sibi res, uoces, actus secundum uerû optime finget, quod quidem nobis uolentibus facile continget. Nam ut inter otia animorum, & spes inanes

A inanes, & uelut somnia quædam uigilantium, ita nos hæc, de quibus loquimur imagines prosequuntur, ut peregrinari, nauigare, præliari, populos alloqui, diuitiarum, quas non habemus, usum uideamur disponere, nec cogitare, sed facere: hoc animi uitiû ad utilitatem nō transferemus. † Ut hominem occisum queror, non omnia quæ in re præsentibus accidisse credibile est, in oculis habebō: non percussor ille subitus erumpet? nō expauescet? circūuentus exclamabit? uel rogabit? uel fugiet? non ferientem, non concidentem uidebō? non animo sanguis, & † pavor, & gemitus, extremus denique expirantis hiatus insidet? Insequetur *ἐνδὲ γυμνασία*, quæ à Cicerone illustratio & euidentia nominatur, quæ non tam dicere uidetur quàm ostendere, & affectus non aliter quàm si rebus ipsis intersimus, sequent. An non ex his uisionibus illa sunt? Excussi manibus radij, reuolutaque pensa.

† nostram

† Ac

† pallor

Aeneid. 9.

-Leuique patens in pectore uulnus. Et equus ille in funere Pallantis positus insignibus. Quid? nō idem poëta penitus ultimi fati cepit imaginem, ut diceret: Et dulcis moriens reminiscitur Argos? Vbi uero miseratione opus erit, nobis ea, de quibus querimus, accidisse credamus, atque id animo nostro persuadeamus. Nos illi simus, quos grauiâ, indigna, tristitia passos queramur. Nec agamus rem quasi alienam, sed assumamus parumper illum dolorem. Ita dicemus, quæ in simili nostro casu dicturi essemus.

B Vidi ego sæpe histriones, atque comædos, cum ex aliquo grauiore actu personam deposuissent, stantes adhuc egredi. Quod si in alienis scriptis sola pronuntiatio ita falsis accedit affectibus, quid nos faciemus, qui illa cogitare debemus, moueri periclitantium uice possimus? Sed in schola rebus quoque ipsis affici conuenit, easque ueras sibi fingere, hoc magis, quod illic ut litigatores loquimur frequentius, quàm ut aduocati. Orbem agimus, & naufragum, & periclitantem, quorum induere personas nō attinet, nisi affectus assumimus? Hæc dissimulanda mihi nō fuerunt, quibus ipse, quantumcunque usus fuit (nam perucnisse me ad aliquod nomen ingenij credo) frequenter motus sum, ut me non lachrymæ solum deprehenderint, sed pallor, & uero similis dolor.

† quid

De Risu, CAP. IIII.



† Vic diuersa uirtus, quæ risum iudicis mouedo, & illos tristes soluit affectus, & animû ab intentione rerû frequenter auertit, & aliquando etiâ reficit, & à satietate, uel à fatigatione renouat. Quanta sit aut in ea difficultas, uel duo maximi oratores, alter græce, alter latinæ eloquentiæ principes, docet. Nam plerique Demostheni facultatem huius rei defuisse credunt, Ciceroni modum. Nec uideri potest noluisse Demosthenes, cuius pauca admodum dicta, nec sanè cæteris eius uirtutibus respondentia, palam ostendunt, nec displicuisse illi iocos, sed non contigisse. Noster uero nō solum extra iudicia, sed in ipsis etiam orationibus habitus est nimis risus affectator. Mihi quidem, siue id recte iudico, siue amore immodico præcipui eloquentia uiri laboro, mira

† Hinc

A

quædã uidetur in eo fuisse urbanitas. Nam & in sermone quotidiano multa, & in altercationibus & interrogandis testibus plura quàm quisquam dixit facete, & illa ipsa quæ sunt in Verrem dicta frigidius, alijs assignauit, & testimoniij loco posuit, ut quo sunt magis uulgaria, eo sit credibilius illa ab oratore non ficta, sed passim esse iactata. † Utinã Quintus, & libertus eius Tiro, aut alius quisquis fuit, qui tres hac de re libros edidit, parcius dictorũ numero indulgissent, & plus iudicij in eligendis, quàm in congerendis studiij adhibuissent. Minus obiectus calumniantibus foret, qui tamen nunc quoq; ut in omni eius ingenio, facilius quid reijci, quàm quid adijci possit, inuenient. Afferunt autem summam rei difficultatem. Primum quod ridiculum dictum plerumq; falsum est, hoc semper humile, sæpe ex industria deprauatum, præterea † nunquam honorificum, tum uaria hominum iudicia in eo, quia non ratione aliqua, sed motu quodam, nescio an enarrabili iudicatur. Neq; hoc ab ullo satis explicari puto, licet multi tentauerint. Vnde risus quidem non solũ factio aliquo dictioe, sed interdum quodã etiam corporis tractu † lacessitur. Præterea nõ una ratione moueri solent. Neq; enim acute tantum, ac uenuste, sed stulte, iracunde, timide dicta aut facta rident. Ideoq; anceps eius rei ratio est, quod à derisu nõ procul abest risus. Habet enim, ut Cicero dicit, sedem in deformitate aliqua, & turpitudine: quæ cū in alijs demonstrantur, urbanitas: cum in ipsum dicentem recidunt, stultitia uocat. Cū uideatur aut res leuis, & quæ à scurris, mimis, insipientibus deniq; sæpe moueat, tamen habet uim nescio an imperiosissimã, & cui repugnari minime potest. Erumpit enim inuitis sæpe, nec sultus ope, nec uultus modo ac uocis exprimit confessionem, sed totũ corpus ui sua concutit. Rerũ aut sæpe, ut dixi, maximarũ momenta uertit, cum odiũ iramq; frequentissime frangat. Documento sunt iuuenes Tarentini, qui multa de Pyrrho rege securius inter cenã locuti, cum rationẽ facti reposcerent, & neq; negari res, neq; defendi posset, risu sunt & oportuno ioco elapsi. Nanq; unus ex his, Imò, inquit, nisi lagena defecisset, occidisset te. Eaq; urbanitate tota est inuidia criminis dissoluta. Verũ hoc quicquid est, ut nõ ausim dicere, carere omnino arte, quia nõnullã obseruationẽ habet, suntq; ad id pertinẽtia, & à Græcis & à Latinis cõposita præcepta, ita planẽ affirmitur præcipue positũ esse in natura, & in occasione. Porro natura non tantum in hoc ualet, ut acutior quis atq; habilior sit ad inueniendum: nam id sanẽ doctrina posset augeri, sed inest proprius quibusdam decor in habitu atq; uultu, ut eadem illa minus dicẽte alio uideantur urbana esse. Occasioni uero & in rebus est tanta uis, ut sæpe adiuti ea non indocti modo, sed etiam rustici false dicant, † ut cum quis aliquid dixerit prior. Sũt enim longe uenustiora omnia in respondẽdo, quàm in prouocando. Accedit difficultati, quod eius rei nulla exercitatio est, nulli præceptores. Utiq; in conuiujs, & sermonibus multi dicaces, sed quia in hoc usu quotidiano proficimus, oratoria urbanitas rara, nec ex arte propria, sed

† Utinãq;
libertus eius
Tiro

† tanquam

† Hoc uerbum
non erat in uer-
gusto codice.

† in eo quis
quis aliquid di-
xerit prior

sed ad hanc consuetudinem accommodata. Nihil autem uetabat, & componi materias in hoc idoneas, ut controuersia permixtis salibus fingeretur, uel res proponi singulas ad iuuenũ talem exercitationem. Quin illæ ipsæ, quæ dicta sunt, ac uocantur, quas certis diebus festæ licentiæ dicere solebamus, si paulum adhibita ratione fingerentur, aut aliquid in his serium quoq; esset admixtum, plurimũ poterunt utilitatis afferre, quæ nunc iuuenum uel sibi ludentiũ exercitatio est. Pluribus aut nominibus in eadem re uulgo utimur, quæ tamen si diducas, suam propriam quandam uim ostendent. Nam & urbanitas dicitur, qua quidem significari uideo sermonem præ se ferentem in uerbis, & sono, & usu propriũ quendam gustũ urbis, & sumptam ex conuersatione doctorũ tacitam eruditionem. Deniq; cui contraria sit rusticitas. Venustum esse, quod cum gratia quadam & uenustate dicatur apparet. Salsum in consuetudine pro ridiculo tantũ accipimus, natura non utiq; hoc est, quanquam & ridicula oporteat esse falsa. Nam & Cicero, omne quod falsum sit ait esse Atticorũ, non quia sunt maxime ad risum compositi. Et Catullus cum dicit:

Nulla in tam magno est corpore mica Salis. Hoc dicit, nihil in corpore eius esse ridiculũ. Salsum igit erit quod nõ erit insulsum, uelut quoddam simplex orationis cõdimentũ quod sentit latente iudicio, uelut palatro, excitatq;, & à tædio defendit orationẽ. Sanẽ tamen ut ille in cibus paulo liberalius aspersus, si tamen non sit immodicus, affert aliquid propriæ uoluptatis: ita hi quoq; in dicẽdo habent quiddã, quod nobis faciat audiendi sitim. Facetũ quoq; non tantũ circa ridicula opinor consistere. Neq; enim diceret Horatius facetũ carminis genus natura cõcessum esse Vergilio, decoris hanc magis & excultæ cuiusdã elegantiæ appellationẽ puto. Ideoq; in epistolis Cicero hæc Bruti refert uerba: Ne ulli sunt pedes faceti, ac delitijs ingredienti molles, quod conuenit cū illo Horatiano, Molle atq; facetum, Vergilio. Iocũ uero accipimus, quod est contrarium serio. Nam & fingere, & terrere, & promittere interim iocus est. Dicacitas sine dubio à dicendo, quæ ex omni genere cõmuni ducta est, proprie tamen significat sermonem cū risu aliquos incessentem. Ideo Demosthenem urbanũ fuisse dicunt, dicacem negant. Proprium autem materiæ, de qua nunc loquimur, est ridiculum. Ideoq; hæc tota disputatio à Græcis πρὸ γελῶν inscribitur. † Eius prima diuisio traditur eadem, quæ est omnis orationis, ut sit positum in rebus, aut in uerbis. Vfus aut maxime simplex. Aut enim ex alijs risum petimus, aut ex nobis, aut ex rebus medijs. Aliena aut reprehendimus, aut refutamus, aut eleuamus, aut repercutimus, aut eludimus: Nostra ridicula indicamus, & ut uerbo Ciceronis utar, dicimus aliqua subabsurda. Nanque eadem, quæ si imprudentibus excidant, stulta sunt, si simulamus, uenusta creduntur. Tertiũ est genus, ut idem dicit, in decipiendis expectationibus dictis aliter accipiendis, cæterisq; quæ neutrà personam contingunt. Ideoq; à me media dicuntur.

Urbanum.

Venustum.

Salsum.

Facetum.

Iocus.

† etenim

C Item ridicula, aut facimus, aut dicimus. Facto risus cōciliatur interim admixta grauitate, ut M. Cæcilius Prætor, cum sellam eius curulem Consul Isauricus fregisset, alteram posuit loris intentam. Dicebatur autem Consul à patre aliquando cæsus flagris. Interim sine respectu pudoris, ut in illa pyxide Cæliana, quod neq; oratori, neq; ulli graui uiro cōueniat. Idem autem de uultu gestuq; ridiculo dictum sit, in quibus est quidem summa gratia, sed † maior cum captare risum non uidentur. Nihil enim ex his quæ dicunt falsa, dicunt insulsius. Quanquā autem gratiæ plurimū dictis seueritas affert, sitq; ridiculum id ipsum, quia qui dicit nō ridet, est tamen interim & aspectus, & habitus oris, & gestus nō inurbanus, cum his modus contigit. Id porrò quod dicitur, aut est lasciuū & hilare, qualia Galbæ plerq; aut contumeliosum, qualia nuper Iunij Bassi: aut asperū, qualia Cassij Seueri: aut lene, qualia Domitij Afri. Refert his ubi quis utatur. Nam in conuiujs & quotidiano sermone lasciuia humilibus, hilaria omnibus cōuenient. Ludere nunquam uelimus, longeq; absit propositū illud: potius amicum quā dictum perdidit. In hac quidem pugna forensi malim mihi lenibus uti licere: quanquam & contumeliose, & aspere dicere in aduersarios permissum est, cum accusare etiam palam, & caput alterius iuste petere concessum sit. Sed hic quoq; tamen inhumana uideri solet fortunæ insectatio, uel quia culpa caret, uel quia recidere etiam in ipsos qui obiecerunt, potest. Primum itaq; considerandum est, & quis, in qua causa, & apud quem, & in quem, & quid dicat. Oratori minime conuenit distortus uultus gestuq; que in mimis rideri solent. Dicacitas etiam scurrilis & scenica huic personæ alienissima est. Obscœnitas uero non à uerbis tantum abesse debet, sed etiam à significatione. Nam si quando obijci potest, non in omni loco exprobranda est. Oratorem præterea ut dicere urbane uolo, ita uideri affectare id planè nolo. Quapropter ne dicet quidem false quoties poterit, & dictum potius aliquando perdet, quā minuet autoritatem. Nec accusatorem atroci in causa, nec patronum in miserabili iocantem feret quisquam. Sunt etiam iudices quidam tristiores, quā ut risum libenter patiātur. Solet interim accidere, ut id quod in aduersarium dicimus, aut in iudicem conueniat, aut nostrum quoq; litigatorem, quanquam aliqui reperiuntur, qui ne id quidem, quod in ipsos recidere possit, euitent. Quod fecit Longus Sulpitius, qui cum ipse scēdissimus esset, ad eum, contra quem iudicio liberali aderat, ne faciem quidem haberet liberi hominis. Cui respondens Domitius Afer: Et tu, inquit, ex animi sententia Longe, qui malam faciem habet, liber non est. Vitandum etiam, ne petulans, ne superbum, ne loco, ne tempore alienum, ne præparatum & domo allatum uideatur, quod dicimus. Nam aduersus miseros, sicut supra dixeram, inhumanus est iocus. Sed quidā ita sunt receptæ autoritatis, & notæ uerecundiæ, ut nocitura sit in eos dicendi petulantia. Nam de amicis iam præceptū est. Illud non ad orandi ferè consilium, sed ad omnia

† maiorē captare risum non uidentur. Nihil enim ex his quæ dicuntur insulsius.

A ad † omnia pertinet. Lacescat hoc modo, quem lædere sit periculosum, ne aut inimicitie graues insequantur, aut turpis satisfactio. Male etiam dicit, quod in plures conuenit, si aut nationes totæ incessantur, aut ordines, aut conditio, aut studia multorū. Ea quæ dicit uir bonus, omnia † salua dignitate ac uerecundiā † decent. Nimum enim risus pretium est, si probitatis compendio constat. Vnde autem concilietur risus, & quibus ex locis peti solet, difficilimū est dicere. Nam si species omnes persequi uelimus, nec modū reperiemus, & frustra laborabimus. Neq; enim numerosi minus sunt loci, ex quibus hæc ducta, quā illi ex quibus eæ quas sententias uocamus, ducuntur, neq; alij. Nam hic quoq; est inuentio, & elocutio, atq; ipsius elocutionis uis alia in uerbis, alia in figuris. Risus igitur oriūtur aut ex corpore eius in quē dicimus, aut ex animo, qui factis ab eo dictisq; colligitur, aut ex his quæ sunt extra posita. Intra hæc enim est omnis uituperatio, quæ si grauius posita sit, † feria sit: si leuius, ridicula. Hæc aut ostenduntur, aut narrantur, aut dicto notantur. Rarum est autē, ut oculis subiicere cōtingat, ut fecit † C. Julius, qui cum Heluio mancipi sæpius obstrepenti sibi diceret, iam ostendam qualis sis, isq; planè instaret interrogatone, qualem se tandem ostensurus esset, digito demonstrauit imaginem galli in scuto Cimbrico pictam, cui manceps † tum similitudinis esset uisus. Tabernæ autem erant circa forum, ac scutum illud signi gratia positum.

B Narrare quæ falsa sint, in primis est subtile & oratorium, ut Cicero pro Cluentio narrat de Cepasio, atq; Fabricio, ac M. Cælius de illa D. Lælij, collegæq; eius prouinciam infestantiū cōtentione. Sed in his omnibus cum elegans & uenusta exigitur tota expositio, tum id est festiuissimum, quod adijcit orator. Nā & à Cicerone sic est Fabricij fuga illa condita. Itaq; cum callidissime se putaret dicere, & cum illa uerba grauissima ex intimo artificio deprompsisset: Respicite, inquit, hominū fortunas, respicite uarios duosq; casus, respicite C. Fabritij senectutem. Cum hoc respicite, ornadæ orationis causa, sæpe dixisset, respexit ipse. At Fabritius à subsellis demisso capite discesserat, & cetera quæ adiecit, nam notus locus, cū in re hac solū esset, Fabritiū à iudicio recessisse. Et Cælius cū omnia uenustissime finxit, tum illud ultimū sic subsecutus: Quo modo transierit, utrum rate, an piscatorio nauigio, nemo sciebat. Siculi quidem, ut sunt lasciuī & dicaces, aiebant in delphino sedisse, & sic tanquam Ariona transuectum. In narrando aut Cicero consistere facetias putat, dicacitatem in iaciēdo. Mire fuit in hoc genere uenustus Afer Domitius, cuius orationibus complures huiusmodi narrationes insertæ reperiuntur, sed dictorū quoq; ab eodem urbane, sunt editi libri. Illud quoq; genus est positū non in hac ueluti iaculatione uerborum, & inclusa breuiter urbanitate, sed in quodam longiore actu, quod de Crasso contra Brutum Cicero in secundo de Orat. libro & alijs quibusdam locis narrat. Nam cum Brutus in accusatione C. Planci ex duobus lectoribus ostendisset, contraria L. Crassa

† Thomines

† falsa

† dicet

† seuera

† Crassus habet Plinius lib. 35. capite 4.

† quam

C sum patronū eius in oratione quā de colonia Narbonensi habuerat, suasse his quæ de lege Seruilia dixerat, tres excitauit & ipse lectores, hisque patris eius dialogos dedit legendos, quorum cum in Priuernati unus, alter in Albano, tertius in Tiburti sermonem habitum compelleretur, requirebat ubi essent hæc possessiones. Omneis autem illas Brutus uendiderat, & cum paterna manciparet prædia, turpis habebatur. Similis in apologis quoque, & quibusdam etiam inter historiarum exponendis, gratia consequi solet. Sed acutior est illa, atque uelocior in urbanitate breuitas. Cuius quidem duplex est forma, dicendi ac respondendi, sed ratio communis in parte. Nihil enim in laceffendo dici potest, quod non etiam in repercutiendo. At propria quædam sunt respondentium, illa etiam ira concitati afferre solent, hæc plerumque in altercatione, aut in rogandis testibus. Cum sint autem loci plures, ex quibus dicta ridicula ducantur, repetendum est mihi, non omneis eos oratoribus conuenire. In primis autem ex amphibologia, neque illa obscura, quæ Atellanæ more captantur, nec qualia uulgo iactantur, uilissimo quoque conuersa in maledictum ferè ambiguitate. Ne illa quidem quæ Ciceroni aliquando, sed non in agendo exciderunt, ut dixi, cum is candidatus, qui coqui filius habebatur, coram eo suffragium ab alio peteret: Ego quoque tibi fauebo. Non quia excludenda sint omnino uerba duos sensus significantia, sed quia raro belle respondeant, nisi cum prorsus rebus ipsis adiuuantur. Quare non hoc modo penè & ipsum scurrile Ciceronis est in eundem, de quo supra dixi, Isauricum: Miror quid sit, quod pater tuus homo constantissimus te nobis uarium reliquit. Sed illud ex eodem genere præclarum, cum obijceret Miloni accusator in argumentum factarum Clodio insidiarum, quod Bouillas ante horam nonam diuertisset, ut expectaret dum Clodius à uilla sua exiret, & identidem interrogaret quo tempore Clodius occisus esset, respondit sero, quod uel solū sufficit, ut hoc genus non totum repudietur. Nec plura modo significari solent, sed etiam diuersa, ut Nero de seruo pessimo dixit: Nulli apud se plus fidei haberi, nihil ei neque inclusum, neque signatum esse. Peruenit res usque ad ænigma, quale est Ciceronis in Pletorium Fonteij accusatorem, cuius matrem dixit dum uixisset ludum, postquam mortua esset magistrōs habuisse. Dicebantur autem, dum uixit, infames scemine ad eam conuenire solitæ, post mortem eius bona uenibant, quanquam hic ludus per translationem dictus est, magistrī per ambiguitatem. In metalepsi quoque cadit eadem ratio dictorum, Vt Fabius Maximus inculans Augusti congiariorum, quæ amicis dabatur, exiguitatem, heminaria esse dixit. Nam congiarium cum sit commune liberalitatis atque mensuræ, à mensura ducta imminutio est rerum. Et hæc tam frigida, quam est nominum fictio, adiectis, detractis, mutatis literis, ut Acisculum, quia esset pactus Pacisculum, & Placidum nomine, quia his acerbus natura esset, Acidum, & Tullium, cum fur esset, Tollium dictos inuenio. Sed hæc eadem genera commodius in rebus

† anguste

A in rebus quam in nominibus respondent. Afer enim uenuste Manlium Suram multum in agendo discursantem, salientem, manus iactantem, togam deijcientem & reponentem, non agere dixit, sed satagere. Est hoc dictum per se urbanum satagere, etiamsi nulla subsit alterius uerbi similitudo. Fiunt & detracta, & adiecta aspiratione, & binis cōiunctis uerbis, similiter sæpius frigida, aliquando tamen recipienda, eademque conditio est in his, quæ à nominibus trahuntur. Multa ex hoc Cicero in Verrem, sed ut ab alijs dicta, modo futurum ut omnia uerteret, cum diceretur Verres: modo Herculi, quæ expilauerat, molestior est quam is apro Erymanthio fuisset: modo malum sacerdotem, qui tam nequam Verrem reliquisset, quia sacerdoti Verres successerat. Præbet tamen aliquando occasionem quædam felicitas hoc quoque genere bene utendi, ut pro Cecinna Cicero in testem Sex. Clodij Phormionem: Nec minus niger, inquit, nec minus cōfidens, quæ est ille Terentianus Phormio. Acriora igitur sunt & elegantiora, quæ trahunt ex uerborum. In his maxime ualeat similitudo, si tamen ad aliquid inferius leuiusque referat, quæ iam ueteres illi iocabantur, qui Lentulum Spinterem, & Scipionem Serapionem esse dixerunt. Sed ea non ab hominibus modo petitur, uerum etiam ab animalibus, ut nobis pueris Iunius Bassus homo in primis dicax, asinus albus uocabatur, & Sarmentus, seu Publius Blessus Iunium hominem nigrum, & macrum, & pandum, si bulam ferream dixit, quod nunc risus petendi genus frequentissimum est. Adhibetur autem similitudo interim palam, interim inferi solet parabola, cuius est geueris id Augusti, qui militi libellum timidè porrigenti: noli, inquit, dubitare tanquam assem elephantō des. Sunt quædam etiam uerisimilia. Vnde Vatinius dixit hoc dictum, cum reus agente in eum Caluo, candido frontē sudario tergeret, idque ipsum accusator in inuidiam uocaret: Quamuis reus sum, inquit, & panem candidum edo. Adhuc est subtilior illa ex simili translatio, cum quod in alia re fieri solet, in aliam mutamur. Ea dicitur sanè fictio, ut Chrysippus, cum in triumpho Cæsaris eburnea oppida essent translata, & post dies paucos Fabij Maximi lignea, thecas esse oppidorum Cæsaris dixit. Et Peto de Mirmillone, qui retiariū consequebatur, nec feriebat: Viuum, inquit, capere uult. Iungit amphibologiæ similitudo, ut L. Galba, qui pilam negligenter petenti, sic inquit, petis tanquam Cæsaris candidatus. Nam illud petis ambiguum est, securitas similis. Quod hactenus ostendisse satis est. Cæterum frequentissima aliorum generum cum alijs mixtura est, eaque optima quæ ex pluribus constat. Eadem dissimiliū ratio est. Hinc eques Ro. ad quæ in spectaculis bibentem cum misisset Augustus, qui ei diceret, ego si prandere uolo, domum eo: Tu enim, inquit, non times, ne locum perdas. Ex contrario non una species: Neque enim eodem modo dixit Augustus præfecto, quæ ignominia notabat, subinde interponenti precibus: Quid respondebo patri meo? Dic me tibi displicuisse, quo Galba penulam roganti, non possum commodare, domi maneo, cum coenaculum

† Siritionem

† Aulus

† omnium

† mittebat

C eius perplueret. Tertium adhuc illud, siquidem, ut ne autorem ponam, ue recundia ipsius facit: Libidiniosior es, quam ullus spado, quo sine dubio & opinio decipitur, sed ex contrario. Et hoc ex eodem loco est, sed nulli priorum simile, quod dixit M. Vestinius, cum ei nunciatum esset, aliquando desinet putere. Onerabo librum exemplis, similemque his, qui risus gratia componuntur, efficiam, si persequi uoluero singula ueterum. Ex omnibus argumentorum locis eadem occasio est. Nam & finitione usus est Augustus de Pantomimis duobus, qui alternis gestibus contendebant, cum eorum alterum saltatorem dixit, alterum interpellatorem. Et partitione Galba, cum penulam roganti respondit, non pluit, non est opus tibi: si pluit, ipse utar. Proinde genere, specie, proprijs, differentibus, iugatis, adiunctis, consequentibus, antecedentibus, repugnantibus, causis, effectis, comparatione parium, maiorum, minorum, similis materia praeberetur, sicut in *ἰσος* quoque omnes cadunt. An non plurima *καὶ ὑπεβολή* dicuntur: quale refert Cicero de homine praelongo, caput eum ad fornitem Fabij offensus disse, Et quod P. Oppius dixit de genere Lentulorum, cum assidue minores parentibus liberi essent nascendo. Interim utrumque. Quid ironia? nonne etiam quae sit uerissima, & iocis proprie genus est? Qua urbane usus est *† proprie* Afer, *† pro* cum Didio Gallo, qui prouinciam ambitiosissime petierat, deinde impetrata ea, tanquam coactus querebatur, age, inquit, aliquid, & reipublicae causa elabora. Quaeque Cicero usus sit, cum Vatini morte nunciata, cuius parum certus dicebatur autor: Interim, inquit, usura fruar. Idem per allegoriam M. Caesium melius obijcientem crimina quam defendentem, bonam dextram, malam sinistram habere dicebat. Emphasi qua Iulius dixit ferrum Accium Nauium incidisse. Figuras quoque mentis, quae *ἰνταχὺ* *διανοίας* dicuntur, res eadem recipit omnes, in quas nonnulli diuiserunt species dictorum. Nam & interrogamus, & dubitamus, & affirmamus, & minamur, & optamus: Quaedam ut miserantes, & quaedam ut irascentes dicimus. Ridiculum autem est omne, quod aperte fingitur. Stulta reprehendere facillimum est. Nam per se sunt ridicula. Sed rem urbanam facit aliqua ex nobis adiectio. Stulte interrogauerat exeuntem de theatro Carpathium Tityus Maximus, an spectasset, fecit Carpathius dubitationem eius stultiorem dicendo: Non, sed in orchestra pila lusi. Refutatio cum sit in negando, redarguendo, defendendo, eleuando, ridicule negauit Manius Curius. Nam cum eius accusator in sparatio omnibus locis, aut nudum eum in neruo, aut ab amicis redemptum ex alea pinxisset: Ergo ego, inquit nunquam uici. Redarguimus interim aperte, ut Cicero Vibium Curium multum de annis aetatis suae mentientem: tum ergo cum una declamabamus, non eras natus. Interim & simulata assensione, ut idem Fabia Dolobellae dicenti triginta se annos habere, Verum est inquit. Nam hoc iam uiginti annis audio. Belle interim subiicitur pro eo quod neges, aliud mordacius, ut Iunius Bassus quaerente Domitia Passieni, quod incusans eius

fordes,

A fordes, calceos cum ueteres diceret uendere solere: Non mehercules, inquit, hoc unquam dixi, sed emere te solere. Defensionem imitatus est eques Ro. qui obijcienti Augusto, quod patrimonium comedisset: meum, inquit, putauit. Eleuandi ratio est duplex, ut aut ueniam quis, aut iactantiam minuat. Quemadmodum C. Caesar Pomponio ostendenti uulnus ore exceptum in seditione Sulpitiana, quod ipse se passum pro Caesare pugnantem gloriabatur, nunquam fugiens respexeris, inquit. Aut crimen obiectum, ut Cicero obiurgantibus, quod sexagenarius Popiliam uirginem duxisset, Cras mulier erit inquit. Hoc genus dicti consequens uocant quidam, atque illi simile, quod Cicero Curionem semper ab excusatione aetatis incipientem, facilius quotidie proemium habere dixit, quia ista natura sequi & cohaerere uideantur. Sed eleuandi genus est etiam causarum relatio, qua Cicero est usus in Vatinium, qui pedibus aeger, cum uellet uideri commodioris ualitudinis factus, & diceret se iam bina milia passuum ambulare: Dies hi, inquit, longiores sunt. Et Augustus nunciatis Tarraconensibus palmam in ara eius enatam: Apparet, inquit, quam saepe accendatis. Transtulit crimen Cassius Seuerus. Nam cum obiurgaret a Praetore, quod aduocati eius L. Varo Epicureo Caesaris amico conuictum fecissent: Nescio, inquit, qui conuicti sint, & puto Stoicos fuisse. Repercutiendi multa sunt genera, uenustissimum quod etiam similitudine aliqua uerbi adiuuat, ut Tracallus dicenti *†* Suellio: Si hoc ita est, is in exilium, si non est ita, redis *Sudio* inquit. Elusit Cassius Seuerus, obijciente quodam quod ei domo sua Proculeius interdixisset, respondendo: Nunquid ego illud accedo? Sic eludit & ridiculum ridiculo, ut Diuus Augustus cum ei Galli torquem aureum centum pondo dedissent, & Dolobella per iocum, tentans tamen iocis sui eventum dixisset: Torque me dona: Malo te, inquit, ciuica donare. Mendacium quoque mendacio, ut Galba, dicente quodam *** uictoriato se uno in Sicilia quinque pedes longam Murana emisse: Nihil, inquit, mirum, nam ibi tam longe nascuntur, ut his piscatores pro restibus cingant. Contraria est neganti confessionis simulatio. Sed ipsa quoque multum habet urbanitatis. Sic Afer cum ageret contra libertum Claudij Caesaris, & ex diuerso quidam conditionis eiusdem cuius erat litigator, exclamasse fertur: praeterea tu semper in libertos Caesaris dicis: Nec mehercule, inquit, quicquam proficio. Cui uicinum est, non negare quod obijcitur, cum & id palam falsum est, & inde materia bene respondendi datur, ut Catulus dicenti Philippo, quid latras? Furem uideo, inquit. In se dicere, non est fere nisi scurrarum, & in oratore utique minime probabile. Quod fieri totidem modis, quot in alios potest: Ideoque hoc quamuis frequens sit, transeo. Illud uero etiam si ridiculum est, indignum tamen est homini liberali, quod aut turpiter, aut impotenter dicitur. Quod fecisse quendam scio, qui humiliori libere aduersus se loquenti, colaphum, inquit, tibi ducam, & formulam scribam, quod caput durum habeas. Hic enim dubium est, utrum ridere audientes, an indignari de-

B

C buerint. Superest genus decipiendi opinione, aut dicta aliter intelligendi, quæ sunt in omni hac materia uel uenustissima. Inopinatum et à læscen-
 † fecit te poni solet, quale est quod † refert Cicero: Quid huic abest, nisi res & uirtus? Aut illud Afri: Homo in agendis causis optime uestitus. Et in occurrendo, ut Cicero audita falsa Vatini morte, cum Ouinium libertum eius interrogasset, rectene omnia? dicenti recte: Mortuus est? inquit. Plurimus autem circa simulationem & dissimulationem risus est, quæ sunt uicina, & propè eadem. Sed simulatio est certam opinionem animi sui imitantis: dissimulatio, aliena parum se intelligere fingentis. Simulauit Afer, cum in causa subinde dicentibus Celsinam dicere cognouisset, quæ erat potens foemina: Quis est, inquit, iste? Celsinam enim uideri sibi uirum finxit. Dissimulauit Cicero, cum Sex. Annalis testis reum læsisset, & instaret identidem accusator ei, Dic Marce Tulli, nunquid potes de Sexto Annali? Versus tunc dicere cepit de libro Ennii annali sexto:

Qui potis ingentis causas euoluere belli.

† C. Celio Cui sine dubio frequentissimam dat occasionem ambiguitas, ut † Casselio, qui consultori dicenti, nauem diuidere uolo, pedes inquit. Sed auerti intellectus etiam aliter solet, cum ab asperioribus ad leniora inde flectitur, ut qui interrogatus, quid sentiret de eo qui in adulterio deprehensus esset, tardum fuisse respondit. Ei confine, quod dicitur per suspicionem, quale illud apud Ciceronem: Querenti quod uxor sua è fico se suspendisset, rogo des mihi furculum ex illa arbore, ut inferam. Intelligitur enim quod non dicitur. Et hercle omnis false dicendi ratio in eo est, ut aliter quam est, rectum uerumque dicatur, quod fit totum fingendis aut nostris, aut alienis persuasionibus, aut dicendo quod fieri non potest. Aliena finxit Iuba, qui querenti, quod ab equo suo esset aspersus, quid tu inquit, me hippocentaurum putas? Sua, C. Cassius, qui militi sine gladio discurreti, heus comilito, pugno bene uteris inquit. Et Galba de piscibus, qui cum pridie ex parte adusti, & uersati, postero die appositi essent: Festinemus, alij subcenant, inquit. Tertium illud Ciceronis aduersus Curium: Fieri enim certe non poterat, ut declamaret & natus non esset. Est & illa ex ironia fictio, qua usus est C. Cæsar. Nam cum testes dicerent à reo foemina sua ferro petita, & esset facilis reprehensio, cur illam potissimum partem corporis uulnerare uoluisset: Quid enim faceret, inquit, cum tu galeam & loriam haberes? Vel optima est simulatio contra simulantem, qualis illa Domitij Afri fuit: Vetus habebat testamentum, & unus ex amicis recentioribus sperans aliquid ex mutatione tabularum, falsam tabulam intulerat, consulens eum, an primipilaris ei testamento suaderet ordinare suprema iudicia, noli, inquit, facere, offendis illum. Lucundissima sunt autem ex his omnibus lenia, & (ut sic dixerim) boni stomachi, ut Afer ingrato litigatori conspectum eius uitanti in foro, per nomenclatorem missum ad eum: Amas me, inquit, quod te non uidi, & dispensatori, qui cum ad reliqua non responderet, dicebat

A cebat subinde, non comedi panem & aquam bibo. Pasce & redde quod debes, quæ ὑπαγωγὰς uocant. Est gratus iocus, qui minus exprobrat quam potest, ut idem dicenti candidato, semper domum tuam colui, cum posset palam negare, credo, inquit, & uerum est. Interim de se dicere ridiculum est, & quod in alium, si absentem diceret, urbanum non erat, quoniam ipsi palam exprobratur, mouet risum, quale Augusti est, cum ab eo miles nescio quid improbe peteret, ueniret contra Martianus, quem suspicabatur & ipsum aliquid iniuste rogaturum: Non magis, inquit, faciam comilito quæ petis, quam quod Martianus à me petiturus est. Adiuuant urbanitatem, & uersus comode positi, seu toti ut sunt, quod adeo facile est, ut Ouidius ex tetraſticho Macri carmine librum in malos poetas composuerit. Quod fit gratius, si qua etiã ambiguitate conditur, ut Cicero in † Accium † Arrium hominem callidum & uersutum, cum is in quadam causa suspectus esset: Nisi qua Vlyſſes rate euasit Laertius. Seu uerbis ex parte mutatis, ut in eum, qui cum antea stultissimus esset habitus, post acceptam hereditatem primus sententiam rogabatur. Cuius hereditas est, quam uocant sapientiam, pro illo facultas est. Seu fictis notis uersibus. Simile est quod Domitia dicitur, & † proueria opportune aptata, ut de homine in aquam lapso, & ut al- † uerba leuaretur roganti: Tollat te qui non nouit. Ex historia etiam ducere urbanitatem eruditum, ut Cicero fecit, cum ei testem in iudicio Verris roganti dixisset Hortensius, non intelligo hæc ænigmata: atqui debes, inquit, cum Sphingem domi habeas. Acceperat autem ille à Verre Sphingem æneam, magnæ pecuniæ. Subabsurda illa constant stultis simili imitatione: & quæ nisi fingantur stulta sunt, ut qui mirantibus quod humile candelabrum emisisset, pransorium erit inquit. Sed illa similia absurdis sunt acria, quæ tanquam sine ratione dicta feruntur, ut seruus Dolobellæ, cum interrogaretur, an dominus eius auctionem proposuisset, domum, inquit, uendidit. Deprehensi interim pudorem suum ridiculo aliquo explicant, ut qui testem dicentem se à reo uulneratum interrogauerat, an cicatrices haberet, cum ille ingentem in foemore ostendisset, latus inquit oportuit. Comumelios quoque † opportunijs uti belle datur, ut Hispo obijcienti bis acerba crimina accusatori, mentiris inquit. Et Fuluius propinquus legato interrogati, an in tabulis, quas proferebat, chirographus esset, & uerus, inquit, domine. Has autem accepi species, aut inueni frequentissimas, ex quibus ridicula dicerentur. Sed repetam necesse est, infinitas esse tam false dicendi, quam seuerè, quas præstat persona, locus, tempus, casus denique, qui est maxime uarijs. Itaque hæc ne omisisse uiderer attingi, illa autem quæ de usu ipso, & modo iocandi complexus sum, adeo infirma, sed planè necessaria. His adijcit Domitius Marsus, qui de urbanitate diligentissime scripsit, quædam non ridicula, sed cuiuslibet seuerissimæ orationi conuenientia eleganter dicta, & proprio quodam lepore iucunda, quæ sunt quidem urbana, sed risum tamen non habent. Neque enim ei de risu, sed de urbanitate est opus institutum, quam

C propriam esse nostræ ciuitatis ait, & sero sic intelligi ceptam, postquam
urbis appellationem, etiam si nomen proprium non adijceretur, Romam
tamen accipi sit receptum, eamque sic finit: Urbanitas est uirtus quædam in
breue dictū coacta, & apta ad delectandos, mouendosque homines in omnē
affectum, maxime idonea ad resistendum, uel laceffendum, prout quæque
res ac persona desiderat. Cui si breuitatis exceptionē detraxeris, omnis
orationis uirtutes complexa sit. Nam sicut ista rebus & personis, & quod
in utrisque oporteat dicere, perfectæ eloquentiæ est: cur autē breuem eam
esse uoluerit, nescio quidem. Ad quā in eodem libro dicat fuisse, & in mul-
tis narrandi urbanitatem, paulò post ita finit, Catonis, ut ait, opinionem
secutus: Urbanus homo erit, cuius multa bene dicta, responsaque erunt,
& qui in sermonibus, circulis, conuiujs, item in concionibus, omni denique
loco ridicule, commodeque dicet. Risus erunt, quicumque hæc faciet ora-
tor. Quas si recipimus finitiones, quicquid bene dicetur & urbane, dicti
nomen accipiet. Cæterū illi, qui hoc proposuerat, cōsentanea fuit illa diui-
sio, ut dictorum urbanorum, alia seria, alia iocosa, alia mediā faceret. Nam ea-
dem est omnium bene dictorum. Verum mihi etiam iocosa quædam uidentur
posse non satis urbane referri. Nam meo quidem iudicio illa est urbanitas,
in qua nihil absonum, nihil agreste, nihil inconditum, nihil peregrinum,
neque sensu, neque uerbis, neque ore, gestuue possit deprehendi, ut non tam sit
in singulis dictis, quam in toto colore dicendi, qualis apud Græcos, Atti-
D cimos ille redolens Athenarū propriū saporem. Ne tamen iudiciū Mar-
si hominis eruditissimi subtraham, Seria partitur in tria genera, honorifi-
cum, contumeliosum, medium. Et honorifici ponit exemplum Ciceronis
quoque pro Ligario apud Cæsarem: Qui nihil soles obliuisci, nisi iniurias.
Et contumeliosi, quod Attico scripsit de Pompeio & Cæsare: Habeo quæ
fugiam, quemque sequar non habeo. Et mediū, quod ἀπεφθγγυαλκός uocat, &
est cum ita dixit: neque grauem mortem accidere forti uiro posse, neque im-
maturam cōsulari, neque miseram sapienti. Quæ omnia sunt optime dicta,
sed cur proprie nomen urbanitatis accipiant, non uideo. Quod si non to-
tus, ut mihi uidetur, orationis color meretur, sed etiam singulis dictis tri-
buendum est, illa potius urbana esse dixerim, quæ sunt generis eiusdem,
quæ ridicula dicuntur, & tamen ridicula non sunt, ut de Pollione Asinio
ferijs, iocisque pariter accommodato dictum est, esse eum omnium hora-
rum. Et de actore facile dicente ex tempore, ingenium eum in numerato
habere. Etiam Pompeij, quod refert Marfus in Ciceronem diffidentem
partibus: Transi ad Cæsarem, me timebis. Erat enim, si de re minore, aut
alio animo, aut denique non ab ipso dictū fuisset, quod posset inter ridicula
numerari. Etiam illud, quod Cicero Coreliæ scripsit, reddens rationem
cur illa C. Cæsaris tempora tam patienter toleraret: Hæc aut animo Ca-
tonis ferenda sunt, aut Ciceronis stomacho. Stomachus enim illic habet
aliquid ioco simile. Hæc quæ mouebant dissimulanda mihi non fuerunt,
in quibus

A in quibus, ut errauerim, legentes tamen non decepti, indicata diuersa opi-
nionem, quam sequi magis probantibus liberum est.

De Altercatione. CAP. V.



Altercationis præcepta poterant uideri tunc inchoanda, cum
omnia, quæ ad continuam orationem pertinent, peregisset:
nam est usus eius ordine ultimus. Sed cum sit posita in sola in-
uentione, neque habere dispositionem possit, nec elocutionis
ornamenta magnopere desideret, aut circa memoriā & pronunciatio-
nem laboret, priusquam secundam quinque partiū, hanc quæ tota ex pri-
ma pendet, tractaturus non alieno loco uideor, quam scriptores alij ideo
fortasse reliquerunt, quia satis cæteris præceptis in hac quoque uidebatur
esse profectum. Constat enim aut intentione, aut depulsione, de quibus
satis traditū est, quia quicquid in actione perpetua circa probationes utile
est, id & in hac breui atque concisa proferri necesse est. Neque alia dicuntur in
altercatione, sed aliter aut interrogando, aut respondendo. Cuius rei fere
omnis obseruatio in illo testium loco excussa nobis est, tamen quia latius
hoc opus aggressi sumus, neque perfectus orator sine hac uirtute dici po-
test, paulum impendamus huic quoque peculiaris operæ, quæ quidem in
quibusdam causis ad uictoriā uel plurimum ualet. Nam ut in qualitate
generali, in qua recte factū quid, an contra sit, quaeritur, perpetua do-
B minatur oratio, & questionem finitionis actionis plerumque satis explicat,
& omnia penè in quibus de facto constat, aut coniectura, artificiali ratio-
ne colligitur, ita in his causis, quæ sunt frequentissime, quæ uel solis extra
artem probationibus, uel mixtis continentur, asperrima in hac parte di-
micatio est, nec alibi dixeris magis mucrone pugnari. Nam & firmissima
quæque memoriæ iudicis inculcanda sunt, & præstandum quicquid in
actione promissimus, & refellenda mendacia. Nusquam est denique qui co-
gnoscit intentior, nec immerito quidam, quanquam in dicendo medio-
cres, hac tamen altercandi præstantia meruerunt nomen patronorum.
At quidam litigatoribus suis illum modò ambiciosum declamandi su-
dorem præstitisse contenti, cum turba laudantium destituunt subsellia,
pugnamque illam decertatoriam imperitis ac sæpe pullatæ turbæ relin-
quunt. Itaque uideas alios plerumque iudicij priuatis ad altercationes
uocari, alios ad probationem. Quæ si diuidenda sunt officia, hoc certe
magis necessarium est, pudendumque dictu, si plus litigantibus profunt
minores. In publicis certe iudicij uox illa præconis, præter patronos,
ipsum qui egerit, citat. Opus est igitur in primis ingenio ueloci ac mo-
bili, animo præsentis & acris. Non enim cogitandum, sed dicendum sta-
tim est, & propè sub conatu aduersarij manus exigenda. Quare cum in
omni parte huiusce officij plurimum facit totas non diligenter modò, sed
etiam familiariter nosse causas, tum in altercatione maxime necessarium
est, omnium personarum, instrumentorum, temporum, locorum habere

† uis

† detrectoriam
† insidij

C notitiam, alioqui & tacendum est sæpe etiam alijs subijcientibus, plerūq; autem studio loquendi fatue modo accedendum, quod nunquam accidit, tñi credulitate aliena stultitia erubescamus, necq; tamen his ipsis monitoribus clarescit. Quidā faciunt aperte quod rixemur. Videas enim plerosq; ira percitos exclamantes, ut iudex audiat contrarium id esse quod admonetur, sciatq; ille, qui pronunciaturus est in causa, malum quod taceatur. Quare bonus altercator uitio iracundiæ careat. Nullius enim rationi magis obstat affectus, & fert extra causam, & plerunq; deformia conuitia facere, ac mereri cogit, & ipsos nonnunquam iudices incitat: Melior moderatio, ac nonnunquam etiam patientia. Neq; enim refutanda tantū quæ e contrario dicuntur, sed contemnenda, eleuanda, ridenda sunt, nec usquā plus loci reperit urbanitas, odium mordet & pudor, contra turbantes audendum, & impudentiæ fortiter resistendū. Sunt enim quidam præduri in hoc oris, ut obstrepant ingenti clamore, & medios sermones intercipient, & omnia tumultu cōfundant, quos ut nō imitari, sic acriter propulsare oportebit: & ipsorū improbitas retundenda, & iudices, uel magistratus appellandi frequenter, ut loquendi uices seruentur. Nam est res animi iacentis, & mollis supra modū frontis, fallitq; plerunq;, quod probitas uocatur, quæ est imbecillitas. Valet autem in altercatione plurimū acumen, quod sine dubio ex arte non uenit. Natura enim non docetur, arte tamen adiuuatur: in qua præcipuū est semper id in oculis habere, de quo quæritur, & quod uolumus efficere, quia propositum tenentes in rixam non ibimus, nec causæ debita tempora conuitiando conteremus, gaudebimusq;, si hoc aduersarius facit. Omnia tēpora ferē parata sunt meditati diligenter, quæq; aut ex aduerso dici, aut responderi à nobis possint. Nonnunq; tamen solet hoc quoq; esse artis genus, ut quædam in actione dissimulata subito in altercando proferantur, & inopinatis eruptionibus, aut ex insidijs citatissimo facto similimū. Id autem tum faciendū est, cum est aliquid cui responderi non statim possit, potuerat autem si tempus ad disponendum fuisset. Nam quod fideliter firmum est, à primis statim actionibus arripere optimum est, quo sæpius diutiusq; dicatur. Illud uix saltem præcipiendum uidetur, ne turbidus & clamorosus tantum sit altercator, & quales facti sunt, qui literas nesciunt. Nam improbitas licet aduersario molesta sit, iudici inuisa est. Nocet etiā diu pugna in his, quæ obtinere nō possis. Nam ubi uinci necesse est, expedit cedere: quia siue plura sunt, de quibus quæritur, facilius erit in cæteris fides: siue unū, † mitior solet irrogari pœna uerecundiæ. Nam culpam, præsertim deprehensam, pertinaciter tueri, culpa altera est. Dum stat acies, multi in rem consilij atque artis est, ut errantem aduersariū trahas, & ire quamlongissime cogas, ut uana interim spe exultet. Ideo quædam bene dissimulantur instrumenta. Instant enim, & sæpe discrimen omne committunt, quod deesse nobis putant, & faciunt probationibus nostris autoritatē postulando. Expedit etiam dare aliquid

†ni crudelitate
nostra aliena
studia erubescimus

†minor

A aliquid aduersario, quod pro se putet, quod apprehendens maius aliquid cogatur dimittere, duas interim res proponere, quarū utramlibet male sit electurus: Quod in altercatione sit potētius, quā in actione, quia in illa nobis ipsi respondemus, in hac aduersariū quasi confessum tenemus. Est in primis acuti, uidere quo iudex dicto moueatur, quid respuat, quod ex uultu sæpissime, & aliquando etiam dicto aliquo, factōue eius deprehenditur, & instare proficientibus, & ab his, quæ non adiuuant, quammolliissime pedem oportet referre. Faciunt hoc medici quoq;, ut remedia perinde perseuerent adhibere, uel desinant, ut illa recipi uel respui uident. Nonnunquam si rem euoluere propositam facile non sit, inferenda est alia quæstio, atq; in eam, si fieri potest, iudex auocandus. Quid enim cum respondere non possis, agendum est, nisi ut aliud inuenias cui aduersarius respondere non possit: In plerisq; iudex est auocandus, ut dixi, qui circa testes, locos, & personas modò distat, quod hic patronorū inter se certamen, illic pugna inter testem & patronum. Exercitatio uero huius rei longe facilius. Nam est utilissimum, frequenter cum aliquo qui sit studiorum eorundem, sumere materiam uel ueræ, uel etiam fictæ controuersiæ, & diuersas partes altercationis modo tueri, quod idem etiam in simplici genere quæstionū fieri potest. Ne illud quidem ignorare aduocatū uolo, quo quæq; ordine probatio sit apud iudices proferenda, cuius rei cadem in argumentis ratio est, ut potentissima, prima & summa ponantur. Illa enim ad credendum præparant iudicem, hæc ad pronunciandum.

De Iudicio & Consilio.

CAP. VI.



Is pro nostra facultate tractatis, non dubitassē transire protinus ad dispositionem, quæ ordine ipso sequitur, nisi uererer, ne quoniam fuerunt, qui iudiciū inuentioni subiungerēt, præterisse hunc locum quibusdam uiderer, qui mea quidem opinione adeo partibus operis huius omnibus connexus ac mixtus est, ut ne à sententijs quidem, aut uerbis saltem singulis possit separari, nec magis arte traditur, quā gustus, aut odor. Ideoq; nos quid in quaq; re sequendum cauendumq; sit docebimus, ut ad ea iudicium dirigatur. Præcipua igitur sine quibus effici nihil potest, aggrediamur, ut contraria uitemus, & cōmunia, ne quid in eloquendo corruptum obscurumq; sit. Referatur oportet ad sensus, qui non docentur. Nec multum à iudicio credo distare consilium, nisi quod illud ostendentibus se rebus adhibetur, hoc latentibus, & aut omnino nondum repertis, aut dubijs. Et iudicium frequentissime certum est. Consilium uero est ratio quædam alte petita, & plerunq; plura perpendens, & comparans, habensq; in se & inuentionem, & iudicationē. Sed ne hæc quidē præcepta in uniuersum spectanda sunt. Nam ex re sumitur, cui locus ante actionem est frequēter. Nam Cicero summo consilio uidetur in Verrem uel cōtrahere tēpora dicendi maluisse, quā in eum annū, quo erat Q. Hortensius consul futurus, incidere. Et in ipsis

C actionibus primum ac potentissimum obtinet locum. Nam quid dicendum, quid tacendum, quid diffidendum sit, exigere consilij est: negare sit satius, an defendere: Vbi proœmio utendū, & quali: Narrandum ne, & quomodo. Iure prius pugnandum, an æquo: Qui sit ordo utilissimus, tum omnes colores, asperere, an leniter, an etiā submisso loqui expediat. Sed hæc quoque ut quisque passus est locus, monuimus, idemque in reliqua parte faciemus. Pauca tamen exempli gratia ponam, quibus manifestius appareat, quid sit quod demonstrari posse præceptis non arbitror. Laudatur consilium Demosthenis, quod cum suaderet bellum Atheniensibus, parum id prospere expertis, nihil adhuc factum esse ratione monstrat. Poterat enim emendari negligentia. At si nihil esset erratum, melioris in posterum spei non erat ratio. Idem cum offensam uereretur, si obiurgaret populi segnitiam, in asserenda libertate reipublicæ maiorum laude uti maluit, qui rem fortissime administrassent. Nam & faciles habuit aures, & natura sequebatur, ut meliora probanteis, peiorum poeniteret. Cicronis quidem uel una pro Cluentio quamlibet multis exemplis sufficeret oratio. Nam quod in eo consilium maxime mirer: primam ne expositionem, qua matri, cuius filium premebat autoritas, abstulit fidem: An quod idem corrupti iudicij crimen transferre in aduersarium maluit, quam negare propter inueteratam, ut ipse dicit, infamiam: An quod in re inuidiosa legis auxilio nouissimum est usus: Quo genere defensionis etiam offendisset nondum præmollietas iudicum mentes. An quod se ipsum inuito Cluentio facere testatus est: Quid pro Milone: quod non ante narrauit, quam præiudicij omnibus reum liberaret: quod insidiarum inuidiam in Clodium uertit, quamquam re uera fuerat pugna fortuita, quod factum & laudauit, & tamen uoluntatem Milonis remouit, quod illi preces non dedit, & in earum locum ipse successit: In finitum est enumerare, ut Cottæ detraxerit autoritatem, ut pro Ligario se opposuerit, Cornelium ipsa confessionis fiducia eripuerit. Illud dicere satis habeo, nihil esse non modo in orando, sed in omni uita prius consilio, frustra que sine eo tradi cæteras artes, plusque uel sine doctrina prudentiam, quam sine prudentia facere doctrinam. † Aptæ etiam orationem locis, temporibus, personis, esse eiusdem uirtutis. Sed hic quia latius fusus est locus, mixtusque cum elocutione, tractabitur cum præcipere de apte dicendo cœperimus.

† Aptæ etiam orationem locis, &c.

Libri Sexti finis.

De Diuisione in uniuersum, seu Dispositione. CAP. I.



DE INVENTIONE, ut arbitror, satis dictum est. Neque enim ea demum, quæ ad docendum pertinent, executi sumus, uerum etiam motus animorum tractauimus. Sed ut opera extruentibus satis non est, saxa, atque materiam, & cætera ædificanti utilia cogerere, nisi disponendis eis collocandisque artificum manus adhibeatur, sic in dicendo quamlibet abundans rerum copia, cumulum tantum habeat atque congestum, nisi illas eadem dispositio in ordinem digestas, atque inter se commissas deuinxerit. Nec immerito secunda quinque partium posita est, cum sine ea prior nihil ualeat. Neque enim, quanquam fuis omnibus membris statua sit, nisi collocetur. Etsi quam in corporibus nostris, aliorum uel animalium partem permutas atque transferas, licet habeat eadem omnia, prodigium sit tamen. Et artus etiam leuiter loco moti, perdunt quo uiguerunt usum, & turbati exercitatus sibi ipsi sunt impedimento. Nec mihi uidentur errare, qui ipsam rerum naturam stare ordine putant, quo confuso peritura sint omnia. Sic oratio carens hac uirtute, tumultuetur necesse est, & sine rectore fluitet, nec cohareat sibi, multa repetat, multa transeat, uelut nocte in ignotis locis errans, nec initio, nec fine proposito, casum potius quam consilium sequatur. Quapropter totus hic liber seruiat dispositioni: quæ quidem, si certa aliqua uia tradi in omnes materias ullo modo posset, non tam paucis contigisset. Sed cum infinitæ litium formæ fuerint, futuræque sint, & tot secularis nulla reperta sit causa, quæ esset tota alteri similis, sapiat oportet actor, & uigilet, & inueniat, & iudicet, & consilium à seipso petat. Neque incicias eo quædam esse, quæ demonstrari possint, eaque non omittam. Sit igitur (ut supra significauimus) diuisio, rerum plurium in singulas partitio, singulorum in partes discretus ordo, & recta quædam locatio prioribus sequentia ^{† species} annectens. Dispositio, utilis rerum ac partium in locos distributio. Sed meminimus ipsam dispositionem plerumque utilitate mutari, nec eandem semper primam quaestionem ex utraque parte tractandam. Cuius rei ut cætera exempla præteream, Demosthenes quoque, atque Aeschines possunt esse se documento, in iudicio Ctesiphontis: diuersum secuti ordinem, cum accusator à iure, quo uidebatur potentior, cœperit patronus omnia, uel penè omnia ante ius posuerit, quibus iudicem quaestioni legum præpararet. Aliud enim alio docere prius expedit, alioqui semper petitoris arbitrio diceretur. Denique in accusatione † mutua, ut uacuum se uterque defendat, priusquam aduersarium arguat, omnium necesse est rerum ordinem esse diuersum. Igitur, quid ego sim secutus, quod partim præceptis, partim usum ^{† Non erat in ueteri exempla pluri.}

C

C patum cognouerā, promam, nec unquam dissimulaui. Erat mihi curā in controuersijs forensibus nosse omnia quæ in causis uersarentur. Nam in schola certa sunt, & pauca, & ante declamationē exponuntur, quæ *θέματα* Græci uocant, Cicero proposita. Cum hæc in conspectu quodammodo collocaueram, non minus pro aduersa parte, quā pro mea cogitabam. Et primum (quod non difficile dictu est, sed tamen ante omnia intuendū) constituēbam, quid utraq; pars uellet efficere, tum quidem hoc modo cogitabam, quid primum petitor diceret. Id aut confessum erat, aut controuersum: Si confessum, non poterat ibi esse quæstio. Transibam ergo ad responsum partis alterius, idem intuebar, nonnunquam etiam quod inde obtinebatur, confessum erat. Vbi primum cœperat non conuenire, quæstio oriebatur, id tale est: Occidisti hominem, occidi, conuenit, transeo. Rationem reddere debet reus quare occiderit. Adulterum, inquit, cum adultera occidere licet, legem esse certum est. Tertium iam aliquid uidendum est, in quo pugna consistat. Nō fuerunt adulteri: Fuerunt, quæstio. De facto ambigitur, coniectura est. Interim ergo & tertium confessum est, adulteros fuisse. Sed tibi, inquit accusator, illos non licuit occidere. Exul enim eras & ignominiosus, de iure quæritur. At si protinus dicenti, occidisti, respondeatur, non occidi, statim pugna est. Sic explorandū est, ubi pugna, ubi controuersia incipiat & considerari debet, quæ primam quæstionem facit. Intentio simplex: Occidit Saturninū Rabirius. Cōiuncta, **D** Lege de sicarijs cōmisit L. Varenus. Nam C. Varenū occidēdo, & Cn. uulnerando, & Salarium item occidendo, cadit. Nam sic diuersæ propositiones erunt, quo idem de petitionibus dictum sit. Verum ex cōiuncta propositione, plures esse quæstiones ac status possunt, si aliud negat reus, aliud defendit, aliud à iure actionis excludit. In quo genere agendi est discipendum, quid quoq; loco diluat, quod pertinet ad actorem. Non plane dissentio à Celso, qui sine dubio Ciceronem est secutus. Instat tamen huic parti uehementius, ut putet primo firmum aliquid esse ponendum, summo firmissimum, imbecilliora medio, quia & initio mouendus est iudex, & summo impellendus. At pro reo plerunq; grauissimum quicque primum mouendum est, ne illud spectans iudex, reliquorum defensionem sit auersior. Interim tamen & hoc mutabitur, si leuiores illa palam falsa erunt, grauissimi defensio difficilior, ut detracta prius accusatoribus fide aggrediamur ultimū, iam iudicibus omnia uana esse credentibus. Opus erit tamen præfatione, qua & ratio reddatur dilati criminis, & promittatur defensio, ne id quod non statim diluimus, timere uideamur. Antea actæ uitæ crimina plerunq; prima purganda sunt, ut id de quo laturus est sententiam, iudex audire propitius incipiat. Sed hoc quoque pro Varenō Cicero in ultimum distulit, non quid frequentissime, sed quid tum expediret, intuitus. Cum simplex intentio erit, uidendum est an unum aliquid respondeamus, an plura: Si unum, in re quæstionem instituamus, an in

† primum in
pugnanda sunt

† iure

A an in scripto. Si in re, negandū sit quod obijcitur, an tuendum. Si scripto, in qua specie iuris pugna sit, & in ea de uerbis, an uoluntate quærat. Id ita consequemur, si intuiti fuerimus quæ sit lex quæ litem faciat, hoc est, qua iudicium sit constitutum. Nam quædam in scholasticis ponuntur ad coniungendam modò actæ rei seriem,† ut pater expositum qui agnouerit, solutis alimentis recipiat. Minus dicto audientem filium liceat abdicare. Qui expositum recepit, imperat ei nuptias locupletis propinqui, ille ducere uult filiam pauperis educatoris. Lex de expositis ad affectū pertinet. Iudicium pendet ex lege abdicationis. Nec tamen semper ex una lege quæstio est, ut in *ἀνδραποδία*. His spectatis, apparebit circa quæ pugna sit. Cōiuncta defensio est, qualis pro Rabirio: Si occidisset, recte fecisset, sed non occidit. Vbi uero multa contra unam propositionem dicimus, cogitandum est primum quicquid dici potest, tum ex his quo quicq; loco dici expediat ordinandum, in quo non idem sentio, quod de propositionibus paulò ante, quodq; argumentis probationū loco concessi, aliquando nos incipere à firmioribus. Nam uis quæstionū percrefcere debet, & ad potentissima ab infirmis peruenire, siue sunt eiusdē generis, siue diuersi. Iuris aut quæstiones solent esse nonnunq; ex alijs atq; alijs conflictationibus, facti semper idem spectāt, in utroq; genere similis ordo est. Sed prius de dissimilibus, ex quibus infirmis quicq; primum tractari oportet. **B** Ideoq; quasdam quæstiones executi donare solemus, & cōcedere. Neq; em̄ transire ad alias solemus aut possumus, nisi omissis prioribus. Quod ipsum ita fieri oportet, non ut damnasse eas uideamur, sed omississe, quia possumus etiā sine eis uincere. Procurator alicuius pecuniam petit ex fœnore hæreditario, potest incidere quæstio, an huic esse procuratorem liceat. Finge nos, postq; tractauimus ea, remittere, uel etiā conuinci, quæretur, an ex cuius nomine litigat, procurator habendus sit is. Discedamus hinc quoq; recipit materia quæstionē, an ille cuius nomine agitur, hæres sit fœeneratoris, an ex asse hæres. Hæc quoq; cōcessa sint. Quæret an debeat. Contra nemo tam demens fuerit, ut etiā id quod firmissimū duxerit se habere, remittat, & ad leuiores transcendat. Huic in schola simile est: Non abdicabis adoptatū, ut hunc quoq; non uirū fortem, ut & fortē, non quicunq; uoluntati tuæ non paruerit, ut in alia omnia subiectus sit, non propter opinionem, & nū propter talem opinionem. Hæc iuris quæstionum differentia est. In factis autem ad idem tendentia sunt plura. Ex quibus a¹, uia citra summam quæstionem remitti solent, ut si is cum quo furti agitur, dicat, proba te habuisse, proba perdidisse, proba furto perdidisse, proba mea fraude. Priora enim remitti possunt, ultima nō possunt. Solebam & hoc facere præcipue, ut uel ab ultima specie (nam ea ferè est, quæ continet causam) retrorsum quærerem usq; ad primam generalem quæstionem, uel à genere ad extremam speciem descenderem, etiam in suoorsijs, ut deliberat Numa, an regnum offerentibus Romanis recipiat. Pri

Cum id est genus, an regnandum, an in ciuitate aliena, an Romæ, an la-
turi sint Romani talem regem. Similiter & in controuersijs. Optet enim
uir fortis alienam uxorem. Vltima species, an optare possit alienam uxo-
rem. Generale est, an quicquid optauerit, accipere debeat. Inde an ex pri-
uato, an nuptias, an maritum habentem. Sed hoc non quemadmodum di-
citur, ita & quæritur. Primum enim occurrit ferè, quod est ultimum dicen-
dum, ut hoc, nō debes alienam uxorem optare. Ideoq; diuisionem perdit
festinatio. Non oportet igitur offerentibus se contentum esse. Quærat
aliquid quod est ultra, si ne uidua quidem, adhuc plus, si nihil ex priuato,
ultimum retrorsum, quod idem à capite primum est, si nihil iniquum. Ita
propositione uisa, quod est facilimum, cogitemus, si fieri potest, quid natu-
rale sit primum responderi. Id si tanquā res agatur, & nobis ipsis respon-
dendi necessitas sit, intueri uoluerimus, occurrit. Si id nō contigerit, sepo-
namus id quod primum se obtulerit, & ipsi nobiscū sic loquamur. Quod
si hoc non esset, id iterum, & tertium, & dum nihil sit reliqui. Itaq; inferio-
ra quoq; scrutabimur, quæ tractata faciliore nobis iudicē in summa quæ-
stione facient. Non dissimile huic est & illud præceptum, ut à cōmunibus
ad propria ueniamus. Ferè enim cōmunia generalia sunt. Commune est,
tyrannum occidit: proprium, Viriatum tyrannum occidit, mulier occidit,
uxor occidit. Solebam & excerpere quid mihi cum aduersario conueni-
ret, si modò id pro me erat, nec solum premere confessionem, sed partien-
do multiplicare, ut in illa controuersia: Dux qui competitorem patrem in
suffragijs uicerat, captus est. Euntes ad redimendum eum legati, obuium
habuerunt patrem reuertentem ab hostibus, is legatis dixit, serò itis. Ex-
cusserunt illi patrem, & aurū in sinu eius inuenerunt, ipsi perseuerarunt
ire quò intenderant, inuenerunt ducem crucifixum, cuius uox fuit: Cauete
proditorem, reus est pater. Quæ conueniunt: proditio nobis prodita est,
& prædicta à duce, quærimus proditore, te ipse ad hostes fateris, & ipse
clām, & ab his incolumen redisse, aurum retulisse, & aurum occultum
habuisse. Nam quod fecit, id nonnuncq; potentius fit in propositione, quæ
si animos occuparit, propè aures ipsæ defensionis præcluduntur. In totum
autem congregatio criminum accusantem adiuuat, separatio defenden-
tem. Solebam id, quod fieri & in argumentis dixi, in tota facere materia,
ut propositis extra quæ nihil esset omnibus, deinde cæteris remotis, solū
id superesset, quod credi uolebam, ut in præuaricationum criminibus, ut
absoluatur reus, aut innocentia ipsius sit, aut interueniente aliqua potesta-
te, aut uis, aut corrupto iudicio, aut difficultate probationis, aut præuarica-
tione. Nocentem fuisse confiteris, nulla potestas obstitit, nulla uis, corru-
ptum iudicium non quereris, nulla probandi difficultas fuit, quid super-
est, nisi ut præuaricatio fuerit? Si omnia amoliri non poterā, tamen plura
amoliebar. Hominem occisum constat, non in solitudine, ut à latronibus
suspicer, non prædæ gratia, quia in spoliatus est, nō hæreditatis spe, quia
pauper

† si ne uidua
quidem

† claret

A pauper fuit. Odiū igitur in causa: quis inimicus? Quæ res aut faciliorem
diuisioni uiam præstat, eadem inuentioni quoq; excutere quicquid dicit
potest, & uelut reiectione facta ad optimum peruenire. Accusatur Milo,
quod Clodium occiderit, aut fecit, aut non. Optimum erat negare, si non
potest, occidit ergo aut iure, aut iniuria. Vtique iure, aut uoluntate igitur,
aut necessitate. Nam ignorantia prætendi non potest. Voluntas anceps
est. Sed quia ita homines putant, adiungenda defensio, ut id pro republi-
ca fuerit. Necessitate, subita igitur pugna, non præparata, alter igitur insi-
diatus est. Vter? profecto Clodius. Vides ne ut ipsa rerum necessitas
deducat ad defensionem? Adhuc, aut utiq; uoluit occidere insidiatorem
Clodium, aut non: tutius si noluit. Fecerunt ergo serui Milonis, neque iu-
bente, neque sciente Milone. At hæc tam timida defensio detrahit auto-
ritatem illi, qua recte dicebamus occisum. Adijcietur, quod suos quisque
seruos in tali re facere uoluisset. Hoc eo est utilius, quod sæpe nihil pla-
cet, & aliquid dicendum est. Intueamur ergo omnia, ita apparebit, aut id
quod optimum est, aut id quod minime malum. Propositione aliquando
aduersarij utendum, & esse nōnunquam cōmunem eam suo loco dictum
est. Multis milibus uersuum scio apud quosdam esse quæsitū, quomodo
inueniremus utra pars deberet prior dicere, quod in foro uel atrocitate
formularū, uel modo petitionum, uel nouissime sorte dijudicatur. In scho-
la quæri nihil attinet, cum in declamationibus ipsdem narrare, & contra-
dictiones soluere, tam ab actore, quam à possessore concessum sit. Sed in
plurimis cōtrouersijs ne inueniri quidem potest, ut in illa: Qui tres libe-
ros habebat, oratorem, philosophum, & medicum, testamento quatuor
partes fecit, & singulas singulis dedit, unam eius esse uoluit, qui esset uti-
lissimus ciuitati. Contendunt, quis primus dicat incertum est, propositio
tamen certa. Ab eo enim cuius personā tuebimur, incipiendū erit. Et hæc
quidem de diuidendo in uniuersum præcipi possunt. Aliquo modo inue-
niemus etiam illas occultiores quæstiones, scilicet quo modo sententias,
uerba, figuras, colores, ingenio, cura, exercitatione, non tamen ferè unq;
nisi imprudentem fugerint, si (ut dixi) naturā sequi ducem uelit. Sed ple-
riq; eloquentiæ famam affectantes, contenti sunt locis speciosis modò, uel
nihil ad probationem conferentibus. Alij nihil uitantes, ea quæ in oculos
incurrūt, exquirenda putant. Quod quo facilius appareat, unam de scho-
la controuersiam nō ita sanè difficilimā aut nouam proponā in exemplū:
qui reo proditoris patri nō affuerit, ex hæres sit. Proditionis damnatus,
cum aduocato exulet. Reo proditoris patri disertus filius affuit, rusticus
nō affuit, damnatus abiit cum aduocato in exiliū. Rusticus cum fortiter fe-
cisset, præmij nomine impetrauit restitutionem patris & fratris. Pater re-
uersus intestatus decessit, petit rusticus partē bonorū, orator totū sibi uen-
dicat. Hic illi eloquentes, quibusq; nos circa lites raras sollicitiores ridiculi
uidemur, inuadent personas fauorabiles. Actio pro rustico cōtra disertū,

C 3

C pro uiro forti contra imbellem, pro restituto contra ingratum, pro eo qui parte cōtentus sit, contra eū qui fratri nihil dare ex paternis uelit. Quae omnia sunt in materia, & multum iuuant, uictoriam tamen non tradunt. In hac quærentur sententiæ, si fieri poterit, præcipites uel obscuræ. Nam ea nunc uirtus est, ut pulchre fuerit cū materia tumultu & clamore transactum. Illi uero quibus propositum quidem melius, sed cura in proximo est, hæc uelut innatantia uidebunt excusatum esse rusticum, † qui non inter fuerit iudicio nihil collaturus patri, sed ne disertū quidem habere quod imputet reo, cum is damnatus sit. Dignum esse hæreditate restitutorem, auarum, impium, ingratum, qui diuidere nolit cum fratre, eoq; sic merito. Quæstionem quoq; illam primam scripti & uoluntatis, † qua nunc expugnata, non sit sequentibus locus. At qui naturam sequetur, illa cogitabit profecto primo, hoc dicturum rusticum: Pater intestatus duos nos filios reliquit, partem iure gentium peto. Quis tam imperitus? quis tam procul à literis? quin sic incipiat, etiam si nescierit quid sit propositio? Hanc communem omnium legem leuiter adornabit, ut iustam: nempe sequetur, ut quæramus, quid huic tam æquæ postulationi respondeatur. Ad id manifestum est. Lex est quæ iubet exhæredem esse eum, qui patri proditoris reo non affuerit, tu autem nō affuisti. Hanc propositionem necessaria sequitur legis laudatio, & eius qui non affuerit, uituperatio. Adhuc uersamur in confessis, redeat animus ad petitem, nunquid nō hoc cogitet necesse est, nisi quis sit planè hebes? Si lex obstat, nulla lis est, inane iudicium est: atqui & legem esse, & hoc quod ea puniat à rustico factum extra dubitationē est. Quid ergo dicemus? Rusticus erat. Sed lex erat, omnes complectitur, nihil proderit. Quæramus ergo, num infirmari in aliqua parte lex possit: quid aliud, sæpius dicam, natura permittit, quàm ut cum uerba contrā sint, de uoluntate quærat. Generalis igitur quæstio, uerbis an uoluntate sit standum. Sedenim in commune de iure omni disputandum semper, nec unquam satis iudicatum est. Quærendum igitur in hac ipsa, qua consistimus, an aliquid inueniri possit, quod scripto ad uerferetur. Ergo quisquis nō affuerit, exhæres erit: quisquis sine exceptione: iam se illa uel ultrò offerent argumenta. Filius infans & æger non affuit, & qui aberat, & qui militabat, & qui in legatione erat. Iam multum acti est, posset aliquis non affuisse, & hæres esse. Transeat nunc idem ille, qui cogitauit, ut ait Cicero, tibicinis Latini modo, ad disertū. Ut ista concedam, tu nec infans es, nec æger eras, nec abfuiisti, nec militasti. Nū aliud occurrit quàm illud? Sed rusticus sum. Contrā quod palam est, dicit: Ut agere non potueris, assidere potuisti. Et uerum est, quare redeundum est rustico ad animum legum latoris. Impietatem punire uoluit, ego autem impius non sum. † Contra quæ disertus: Tu impie fecisti, inquit, cum exhæreditationem meruisti, licet te postea, uel pœnitentia, uel ambitus ad hoc genus optionis adduxerit. Præterea propter te damnatus est pater: uide

† Contraq; disertus: tu impie

† qua nunc est pugna

† quod

baris

A baris enim de causa pronuntiasse. Ad hæc rusticus: Tu uero causa damnationis fuisti: multos offenderas: inimicitias domui contraxeras. Hæc cōiecturalia. Illud quoq; quod coloris loco rusticus dicit, patris fuisse tale consilium, ne uniuersam domū periculo subiiceret. Hæc prima quæstione scripti & uoluntatis continent. Intendamus ultrā animū, uideamusq; an aliquid inueniri præterea possit, quo id modo fiat, sedulo imitor quærentem, ut quærere doceam, & omisso speciosiore illo styli genere ad utilitatem me submitto discentiū. Omnes adhuc quæstiones ex persona petitoris ipsius duximus. Cur nō aliquid circa patrem quærimus? Dictum uero est, cui quis nō affuerit, exhæres erit. Cur nō conamur & hic quærere, num cuiuscūq; nō affuerit? Facimus hoc sæpe in his cōtrouersijs, in quibus petuntur in uincula, qui parentes suos non alunt, † an eum qui testimonium in filium impietatis reum dixit: an eum qui filium lenoni uendidit? In hoc de quo loquimur patre, quid apprehendi potest? Damnatus est. Nunquid igitur lex ad absolutos tantū patres pertinet? Dura prima fronte quæstio est, non desperemus, credibile est hoc uoluisse legum latorum, ne auxilia liberorum innocentibus deessent. Sed hoc dicere rustico uerecundum est, quia innocentem fuisse patrem fatetur. Dat aliud argumentum cōtrouersia. Damnatus proditoris cum aduocato exulet. Vix uidetur posse fieri, ut pœna filio eadem, patri & si affuerit, & si non affuerit, cōstituta sit. Præterea lex ad exules nulla pertinet: non ergo credibile est de aduocato damnati scriptū. An possint enim bona esse ulla exulis, rusticus in utraq; parte dubium facit. Disertus & uerbis inhærebit, in quibus nulla exceptio est, & propter hoc ipsum pœnam esse constitutam eis qui non affuerint, ne periculo exilij deterreantur ab aduocatione, & rusticum innocenti non affuisse dicit. Illud protinus non indignum quod annotetur, posse ex uno statu duas generales fieri quæstiones: An quisquis, an cuiuscūq;, hæc ex duabus personis † quæsitæ sunt. Et tertia aut quæ est aduersarij, nulla oriri quæstio potest, quia nulla sit de sua parte cōtrouersia. Nondum tamen cura deficiat. Ista enim omnia dici possent, etiam non restituto patre. Nec statim eò tendamus, quod occurrit ultrò, à rustico restitutum. Qui id subtiliter quæret, aliquid spectabit ultrā. Nam ut genus speciem sequitur, ita speciem genus præcedit. Fingamus ergo ab alio restitutū, ratiocinatiua atq; collectiua quæstio oritur, an restitutio pro sublatione iudicij sit, & perinde ualeat, ac si iudicium nō fuisset. Vbi tentabit rusticus dicere, ne impetrare quidem aliter potuisse suorum restitutionem uno premio, nisi patre perinde ac si accusatus non esset, reuocato: quæ res aduocati quoq; pœnā tanquam is nō affuisset, remiserit. Tum uenimus ad id quod primum occurrebat, à rustico restitutum esse patrem. Vbi rursus ratiocinamur, an rusticus restitutor accipi debeat pro aduocato, quando id præstiterit, quod aduocatus petijt, nec improbum sit pro simili accipi quod plus est. Reliqua iam æquitatis sunt, utrius iustius sit desiderium,

† ut eum qui testimonium in filium peregrinationis reum dixit, eumq; qui filium lenoni

† coniuuata

† fiet

C Id ipsum adhuc diuiditur, etiam si uterque sibi totum uendicaret, nunc utique cum alter scissimem, alter uniuersa, fratre excluso. Sed his tractatis etiam magnum momentū habet apud iudices patris memoria, cum praesertim de bonis eius quaeratur. Erit ergo coniectura, qua mente pater intestatus decesserit: sed ea pertinet ad qualitatem, quae alterius status instrumentum est. Plerumque autem in fine causarum de equitate tractabitur, quia nihil libentius iudices audiunt. Aliquando tamen hunc ordinem mutabit utilitas, ut si in iure minus fiducia erit, aequitate iudicem praeparemus. Nihil habui amplius, quod in uniuersum praeciperem. Nunc eamus per singulas causarum iudicialium partes, quas ut persequi ad ultimam speciem, id est ad singulas lites, controuersiasque non possum, ita de generalibus scribere licet, ut quae in quocumque statu frequentissime incidant, tradam. Et quia natura prima quaestio est, factum ne sit, ab hac ordiar.

De Coniectura. CAP. II.



Coniectura omnis aut de re, aut de animo est. Vtriusque tria tempora, praeteritum, praesens, futurum. De re, & generales quaestiones sunt, & definitae, id est, & quae non continentur, & quae continentur. De animo quaeri non potest, nisi ubi persona est, & de facto constat. Ergo cum de re agitur, aut quid factum sit, in dubium uenit, aut quid fiat, aut quid sit futurum. Ut in generalibus, an atomorum concursu mundus sit effectus: an providentia regatur: an sit aliquando casus. In definitis, an paricidium commiserit Roscius: an regnum affectet Manlius: an recte Verrem sit accusaturus Q. Caecilius. In iudicijs praeteritum tempus maxime ualeat. Nemo enim accusat, nisi quae facta sunt. Nam quae fiant, & quae futura sint, ex praeteritis colliguntur. Quaeritur & unde quid ortum, ut pestilentia, ira deum, an intemperie caeli, an corruptis aquis, an noxio terrae halitu. Et quae causa facti, ut quare ad Troiam quinquaginta reges nauigauerint, iureiurando adacti, an exemplo moti, an gratificantes Atridis. Quae duo genera non multum inter se distant. Ea uero, quae sunt praesentis temporis, si non argumentis, quae necesse est precessisse, sed oculis deprehendenda sunt, non egent coniectura, ut si apud Lacedaemonios quaeratur, an Athenis muri fiant. Sed & illud potest uideri extra hoc propositum coniecturae genus, cum de aliquo homine quaeritur quis sit, ut est quaesitum contra Verbinia: haeredes, si is, qui tanquam filius petebat bona, Figulus esset, an Sosipater: nam & substantia eius sub oculos uenit, ut non possit quaeri, an sit. Quomodo ultra oceanum, nec quid sit, nec quale sit, sed an quid sit. Verum hoc quoque genus litis ex praeterito pendet: An hic sit ex Verbinia natus Clusinius Figulus. Fuerunt autem tales nostris etiam temporibus controuersiae, atque aliquae in meum quoque patrocinium inciderunt. Animi coniectura non dubie in omnia tempora cadit. Qua mente Ligarius in Africa fuerit. Qua mente Pyrrhus foedus petat. Quomodo laturus sit Caesar, si Ptolemaeus Pompeium occiderit. Quaeritur

† genere quaeritur quid sit.

Aritur per coniecturam, & quantitas, & qualitas circa modum, speciem, numerum. An sol maior quam terra. Luna globosa an plana, an acuta. Vnus mundus an plures. Itemque extra naturales quaestiones, Maius bellum Troianum, an Peloponnesiacum. Qualis clypeus Achillis. An unus Hercules. In his autem quae accusatione, ac defensione constant, unum est genus, in quo quaeritur & de facto, & de autore, quod interim coniunctam quaestionem habet, & utrumque pariter negatur: Interim separatam, cum factum sit, nec ne, & si de facto constat, a quo factum sit, ambigitur. Ipsum quoque factum aliquando simplicem quaestionem habet, an homo perierit: Aliquando duplicem, ueneno an cruditate perierit. Alterum est genus de facto tantum, cum si id certum sit, non potest de autore dubitari. Tertium de autore tantum, cum factum constat, sed a quo factum sit, in controuersiam uenit. Et quod tertio loco posui, non est simplex. Aut enim reus fecisse tantummodo se negat, aut alium fecisse dicit. Sed ne in alterum quidem transferendi criminis una forma est. Interdum enim substituitur mutua accusatio, quam Graeci ἀντικατηγορίαν uocant, nostrorum quidam concertatiuam: Interdum in aliquam personam quae extra discrimen iudicij est, transfertur, & alias certam, alias incertam. Et cum in certam, aut in extraneam, aut in ipsius qui perijt uoluntatem. In quibus similis, atque in ἀντικατηγορία personarum, causarum, caeterorum comparatio est, ut Cicero pro Varenio, in familiam Ancharianam, pro Scauro, circa mortem Bostaris in matrem auertens crimen, facit. Est etiam illud huic contrarium comparationis genus, in quo uterque a se factum esse dicit, & illud in quo non personae inter se, sed ipsae res colliduntur, id est non uter fecerit, sed utrum factum sit. Cum de facto, & de autore constat, de animo quaeri potest. Nunc de singulis, cum pariter utrumque negatur, hoc modo: Adulterium non commisi: tyrannidem non affectaui. In caedis ac ueneficij causis frequens est illa diuisio, non est factum, & si factum, ego non feci. Sed cum dicimus, proba hominem occisum, accusatoris tantum partes sunt, a reo nihil dici contra, praeter aliquas fortasse suspiciones potest, quas spargere quammaxime uarie oportebit: quia si unum aliquid affirmaris, probandum est, aut causa periclitandum. Nam ut cum inter id quod ab aduersario, & id quod a nobis propositum est, quaeritur, uidetur utique alterum uerum, ita ex aduerso unum est quo defendimur, reliquum est quo premimur. At cum quaerimus de ambiguis signis cruditatis & ueneni, nihil tertium est. Ideoque utraque pars quod proposuit, tuetur. Interim autem ex re quaeritur, ueneficium fuerit, an cruditas, cum aliqua ex ipsa citra personam quoque argumenta ducuntur. Refert enim conuiuium praecesserit, an tristitia, labor an otium, uigilia an quies. Aetas quoque eius qui perierit, discrimen facit. Interest subito defecerit, an longiore ualitudine consumptus sit. Liberior adhuc in utraque partem disputatio, si tantum subita mors in quaestionem uenit. Interim ex persona probatio rei petitur, ut propterea credibile sit uenenum fuisse, quia credibile est ab hoc fa

† aut in extraneam uita, aut ipsius qui petit uoluntatem

† ita euerso quo defendimur

D

Cctum ueneficium, uel contra. Cum uero de reo & de facto quaeritur, naturalis ordo est, ut prius factum esse accusator probet, deinde a reo factum. Si tamen plures in personam probationes habuerit, conuertet hunc ordinem. Defensor autem prius negabit esse factum, quia si hac parte uicerit, reliqua non necesse habet dicere. Victo superest, ut tueri se possit. Illic quoque ubi de facto tantum controuersia est, quod si probetur, non possit de autore dubitari, similiter argumenta, & ex persona, & ex re ducuntur, sed in unam facti quaestionem, sicut in illa controuersia († Utendum est enim & his exemplis, quae sunt discentibus magis familiaria) Abdicatus medicinae studuit, cum pater eius aegrotaret, desperantibus de eo caeteris medicis, adhibitus sanaturum se dixit, si is potionem a se datam bibisset. Pater acceptae potionis epota parte, dixit uenenum sibi datum, filius quod reliquum erat, exhausit, pater decessit, ille paricidij reus est. Manifestum est quis potionem dederit, quae si ueneni fuit, nulla quaestio de autore, † tantum an fuerit uenenum ex argumentis a persona ductis colligetur. Superest tertium, in quo factum esse constat aliquid, a quo sit factum queritur, eius rei superuacuum est ponere exemplum, cum plurima sint huiusmodi iudicia, ut si hominem occisum esse manifestum est, uel sacrilegium commissum, is autem qui arguitur fecisse neget. Ex hoc nascitur ἀνἀκατηγορία. Vtque hoc factum esse conuenit, quod duo inuicem obijciunt. In quo quidem genere causarum admonet Celsus fieri id in foro non posse, quod neminem ignorare arbitror. De uno enim reo consilium cogitur, & si qui sunt qui inuicem accusent, alterum iudicium praeferre necesse est. Apollodorus quoque ἀνἀκατηγορία duas esse controuersias dixit, & sunt re uera secundum forense ius duae lites. Potest tamen hoc genus in cognitionem uenire senatus, aut principis. Sed in iudicio quoque nihil interest actionum, utrum simul de utroque pronuncietur, an etiam si de uno sententia feratur. Quo in genere semper prior debet esse defensio. Primum, quia natura potior est salus nostra, quam aduersarij pernicietas. Deinde quod plus habebimus in accusatione autoritatis, si prius de innocentia nostra constiterit. Postremo, quod ita demum duplex causa erit. Nam qui dicit, ego non occidi, habet reliquam partem, ut dicat, tu occidisti. At qui dicit, tu occidisti, superuacuum habeat postea dicere, ego non occidi. Haec porro actiones constant comparatione, ipsa comparatio non una uia ducit. Aut enim totam causam nostram cum tota aduersarij causa componimus, aut singula argumenta cum singulis: quorum utrum sit faciendum non potest nisi ex ipsius litis utilitate cognosci, ut Cic. singula pro Vareno comparat in primo crimine. Est enim superior, cum persona alieni, cum persona matris temere comparatur. Quare optimum est, si fieri poterit, ut singula uincantur a singulis. Sed si quando in partibus laborabimus, uniuersitate pugnandum est, siue inuicem accusant, siue crimen reus citra accusationem in aduersarium uertit, ut Roscius in accusatores suos, quauis reos non fecisset: siue in ipsos quos sua manu perijisse dicemus, factum deflectitur, non aliter quam in his quae

mutuam

A mutuam accusationem habent, utriusque partis argumenta inter se comparantur. Id autem genus, de quo nouissime dixi, non solum in scholis saepe tractatur, sed etiam in foro. Nam id est in causa Neuij Apruniani solum quaestum: Praecipitata ne esset ab eo uxor, an seipsa sua sponte iecisset. † Quam actionem equidem solum in hoc tempus emiseram, quod meipsum fecisse seductum iuuenili cupiditate gloriae fateor. Nam caeterae quae sub nomine meo feruntur, negligentia excipientium in quaestum notariorum corruptae minimam partem mei habent. Est & alia duplex coniectura huic ἀνἀκατηγορία non diuersa, de praemijs, ut in illa controuersia: Tyrannus suspicatus a medico suo, datum sibi uenenum, torsit eum: & cum id dedisse se negaret, accersit alterum medicum, ille datum ei uenenum dixit, sed antidotum daturum, & dedit ei potionem, qua epota, tyrannus decessit. De praemio duo medici contendunt: Nam ut illic factum in aduersarium transferentium, ita hic sibi uindicantium personae, causae, facultates, tempora, instrumenta, testimonia comparantur. Illud quoque, etiam si non est ἀνἀκατηγορία, simili tamen ratione tractatur, in quo citra accusationem quaeritur, utrum factum sit. Vtraque enim pars expositionem suam habet, atque eam tuetur, ut in lite Vrbiniana, petitor dicit, Clusinium Figulum filium Vrbiniae acie uicta, in qua steterat, fugisse, iactatumque casibus uarijs, retentum etiam a rege, tandem in Italiam, ac patriam suam Marginos uenisse, atque ibi agnosci. Pollio contra seruasse eum Pisauri dominis duobus, medicinam factam tasse, manumissum, alienae se familiae uenali immiscuisse, ac rogantem ut eis seruiret emptum: Nonne tota lis constat duarum causarum comparatione, & coniectura duplici atque diuersa? Quae autem accusantium atque defendentium, eadem petentium & inficiantium ratio est. Ducitur coniectura primum a praeteritis. In his sunt personae, causae, consilia. Nam is ordo est, ut facere uoluerit, potuerit, fecerit. Ideoque intuendum ante omnia qualis sit, de quo agitur. Accusatoris autem est efficere, ut si quid obiecerit, non solum turpe sit, sed etiam crimini, de quo est iudicium, quammaxime conueniat. Nam si reum caedis impudicum, uel adulterum uocet, laedat quidem infamia, minus tamen hoc ad fidem ualeat, quam si audace, petulantem, crudelē, temerarium ostenderit. Patrono si fieri poterit, id agendum est, ut obiecta uel neget, uel defendat, uel minuat: Proximū est, ut a praesenti quaestione separet. Sunt enim pleraque non solum dissimilia, sed etiam aliquando contraria, ut si reus furti, prodigus dicatur, aut negligens. Neque enim uidetur in eundem & contemptus pecuniae, & cupiditas cadere: Si deerunt haec remedia, ad illa declinandum est, non de hoc quaeri, nec eum qui aliquando peccauerit, utique commississe omnia, & hanc fiduciam fuisse accusatoribus falsa obijciendi, quod laesum & uulneratum reum sperauere hac inuidia opprimi posse. Alia propositio est accusatoris, contra quam loci oriuntur saepe a persona, & interim generaliter. Prior ducit argumenta defensor, incredibile esse a filio patrem, ab uxore uirum occisum, ab imperatore proditam hominem

D 2

C stibus patriam. Facile respondetur, uel quod omnia scelera in malos ca-
 dant, ideoq; sæpe deprehensa sint, † uel quod indignum sit, crimina ipsa
 atrocitate defendi. Interim proprie, quod est uarium. Nam dignitas &
 tuetur reum, & nonnunquam ipsa in argumentum facti conuertitur, tan-
 quā inde fuerit spes impunitatis, sed perinde paupertas, humilitas, opes,
 ut cuiq; ingenio uis est, in diuersum trahuntur. Probatu uero mores, & an-
 teactæ uitæ integritas nunquam non plurimum profuerint. Si nihil obij-
 cietur, patronus quidem in hoc uehementer incumbet. Accusator autem
 ad præsentem quæstionem, de qua sola iudicium sit, cognitionem allega-
 bit, dicens neminem non aliquando cœpisse peccare, nec per *ἐγκύβια* du-
 cendum scelus primū, hoc in respondendo. Sic autem præparabit actio-
 ne prima iudicum animos, ut noluisse potius obijcere, quā non potuisse
 credatur. Eoq; satius est omni se anteactæ uitæ abstinere conuicio, quā
 leuibus, aut friuolis, aut manifesto falsis reum incessere, quia fides cæteris
 detrahitur: & qui nihil obijcit, omisisse credi potest maledicta tanquam
 superuacua: qui uana congerit, confitetur uanum in anteactis argumen-
 tum, in quibus uinci, quā tacere maluerit. Cætera quæ à personis duci
 solent, in argumentorū locis exposuimus. Proxima est ex causis proba-
 tio, in quibus hæc maxime spectantur, ira, odium, metus, cupiditas, spes.
 Nam reliqua in has species cadunt, quorū si quid in reum conueniet, accu-
 satoris est efficere, ad quicquid faciendum causæ ualere uideantur, easq;
 quas in argumentum sumet, augere: Si minus, illuc conferenda est oratio,
 aut aliquas fortasse latentes fuisse, aut nihil ad rem pertinere cur fecerit, si
 fecit, aut etiam dignius esse odio scelus, quod non habuerit causam. Patro-
 nus uero quoties poterit, instabit huic loco, ut nihil credibile sit factū esse
 sine causa: quod Cicero uehementissime multis orationibus tractat, præ-
 cipue tamen pro Vareno, qui omnibus malis premebat, nam & damna-
 tus est. At si proponitur cur factum sit, aut falsam causam, aut leuem, aut
 ignotam pro reo dicet. Possunt esse aliquæ interim ignotæ. An hæredem
 habuerit: an accusaturus fuerit eum à quo dicitur occisus. Si alia defecerint,
 nō utiq; spectandas esse causas. Nam quem posse reperiri, qui nō metuat,
 oderit, speret: Plurimos tamen hæc salua innocētia facere. Neq; illud est
 omittendū, nō omneis causas in omnibus personis ualere. Nam ut alicui
 sit furandi causa paupertas, nō erit idem in T. Curio, Fabricioq; momen-
 tum. De causa prius, an de persona dicendum sit, quæritur, uarieq; est ab
 oratoribus factum, à Cicerone etiam prælatæ frequentissime causæ. Sed
 mihi, si sine ullo litis conuicio proponeretur, secundū naturam uidetur in-
 cipere à persona. Nam hoc magis generale est, rectiorq; diuisio, † aut in
 nullo crimen credibile, aut in hoc: Potest tamen id ipsum sicut pleraque,
 uertere utilitas. Nec tantū causæ uoluntatis sunt quærendæ, sed interim
 & erroris, ut ebrietas & ignorantia. Nam ut hæc in qualitate crimen ele-
 uant, ita in cōiectura premunt. Et persona quidem nescio, an unquā utiq;
 in uno

† uel quod inge-
 niū sit, crimina
 ipsa atrocitate
 defendit.

† aut nullū cri-
 men credibile,
 aut hoc.

A in uno actu rei possit incidere, de qua neutra pars dicat, de causis frequen-
 ter quæri nihil attinet, ut in adulterijs, in furtis, quia illas per se ipsa crimi-
 na secū habent. Post hæc intuenda uidentur & consilia, quæ late patent,
 an credibile sit reum sperare, id à se scelus effici posse, an ignorari cum fe-
 cisset, an etiam si ignoratū non esset, absolui, uel pœna leui transigi, uel tar-
 diore, uel ex qua minus incōmodi consecuturus, quā ex facto gaudij ui-
 deretur, an etiam tanti putauerit pœnā subire. Post hæc an alio tempore,
 & aliter facere, uel facilius, uel securius potuerit, ut dicit Cicero pro Mi-
 lone, enumerans plurimas occasiones, quibus ab eo Clodius impune oc-
 cidi potuerit. Præterea cur potissimū illo loco, illo tempore, illo modo sit
 aggressus, qui & ipse diligentissime tractatur pro eodem locus. An etiā,
 si nulla ratione ductus est, impetu raptus sit, & absq; sententia. Nam uul-
 gō dicitur, Scelera non habere consiliū. An etiam consuetudine peccan-
 di sit allectus. Excussa prima parte an uoluerit, sequitur an potuerit. Hic
 tractatur locus, tempus, ut furtū in loco clauso, frequenti tempore, uel di-
 urno, cum testes plures, uel nocturno, cū maior difficultas. Inspiciantur
 utiq; difficultates & occasiones, quæ sunt plurimæ, ideoq; exemplis non
 egent. Hic sequens locus talis est, ut si fieri nō potuit, sublata lis sit: si po-
 tuit, sequatur quæstio, an fecerit. Sed hæc etiam ad animi coniecturā per-
 tinent. Nam & ex his colligitur an sperauerit. Idco spectari debent & in-
 strumenta, ut Clodij ac Milonis comitatus. Quæstio an fecerit, incipit à
 secundo tempore, id est præsentis, ac deinde coniuncto, quorum sunt so-
 nus, clamor, gemitus, latitatio, metus, & similia. His accedunt signa, de
 quibus tractatum est. Verba etiam & facta, quæq; antecesserunt, quæq;
 insecuta sunt. Hæc aut nostra sunt, aut aliena. Sed uerba magis nocent,
 aut minus, magis nocent & minus profunt nostra quā aliena, magis
 profunt & minus nocent aliena quā nostra. Facta autem interim ma-
 gis profunt nostra, interim aliena, ut si quid quod pro nobis sit, aduersa-
 rius fecit. Semper uero magis nocent nostra quā aliena. Est & illa in
 uerbis differentia, quod aut aperta sunt, aut dubia, seu nostra, seu aliena
 sunt. Infirmiora in utrunq; sint necesse dubia, tamen nostra sæpe † magis
 nocent, ut in illa cōtrouersia: Interrogatus filius ubi esset pater, dixit: ubi-
 cunq; est uiuit, at ille in puteo mortuus est inuentus. Aliena quæ sunt du-
 bia nunquam possunt nocere, nisi aut incerto autore, aut mortuo. Nocte
 audita est uox, caueto tyrannidā, & interrogatus, cuius ueneno morere-
 tur, respondit, nō expedit tibi scire. Nam si est qui posset interrogari, sol-
 uet ambiguitatem. Cum aut dicta factaq; nostra defendi solo animo pos-
 sint, aliena uarie refutant. De uno quidē maxime genere cōiecturaliū con-
 trouersiarū locuti uidemur, & in omnes aliquid de his cadit. Nam depōsi-
 ti, furti, creditæ pecuniæ, & à facultatibus argumēta ueniūt, an fuerit quod
 deponeret, & à personis, an illū deposuisse apud hunc, uel huic credidisse
 se credibile sit, an petitorē calumniari; An reū inficiatorē esse, uel furem,
 † hunc

C Sed etiam in furti reo sicut in cædis, quæritur de facto, & de autore. Crediti & depositi duæ quæstiones, sed nonnunquam iunctæ, an datum sit, an redditum. Habent aliquid proprii, adulterij causæ, quod plerumque duorum discrimen est, & de utriusque uita dicendum, quanquam & id quæritur, an utrumque pariter defendi oporteat. Cuius rei consiliū nascetur ex causa. Nam si adiuuabit pars altera, coniungam: si nocebit, separabo. Ne quis autem mihi putet temere excidisse, quod plerumque duorum crimen esse adulterium, non semper dixerim, potest accusari sola mulier incerti adulterij. Munera domi inuenta sunt, pecunia cuius autor non extat, codicilli, dubium ad quem scripti. In falso quoque ratio similis. Aut enim plures in culpam uocantur, aut unus, & scriptor quidem semper tueri signatorē necesse habet, signator scriptorē non semper. Nam & decipi potuit. Is autem qui hos adhibuisse, & cui id factum dicitur, & scriptorem & signatores defendet. Idem argumentorū loci in causis prodicionis, & affectatæ tyrannidis. Verum illa scholarum consuetudo ituris in forum potest nocere, quod omnia quæ in themate non sunt, pro nobis ducimus. Adulteriū obijcis, quis testis? quis iudex? quod pretium? quis conscius? Venenū, ubi emittitur? a quo? quando? quanti? per quem dedit? Pro reo tyrannidis affectatæ, ubi sunt arma? quos contraxi satellites? Neque hæc nego esse dicenda, & ipsis utendum pro parte suscepta. Nam & in foro, si quando aduersarius probare non poterit, desiderabo. Sed in foro tantum illam facultatem olim desiderauimus, ubi non ferè causa agitur, ut non aliquid ex his, aut plura ponantur. Huic simile est, quod in epilogis quidam, quibus uolunt, liberos, parentes, nutrices accommodant, nisi quæ magis concesseris ea quæ non sint posita, desiderare quam dicere. De animo quo modo quærat, satis dictum est, cum ita diuiserimus, an uoluerit, an potuerit, an fecerit. Nam qua uia tractatur, an uoluerit, eadem quo animo fecerit. Id enim est, an male facere uoluerit. Ordo quoque rerum, aut affert, aut detrahit fidem, multo scilicet magis res prout congruunt, aut repugnant, sed hæc nisi in ipso complexu causarum non deprehendunt. Quærendū tamen semper quid cuique connectatur, & quid cui consentiat.

De Finitione.

CAP. IIII.

Sequitur coniecturam finitio. Nam qui non potest dicere nihil fecisse, proximum habebit, ut dicat, non id fecisse quod obijciatur. Itaque plerumque legibus iisdem, quibus coniectura uersatur, defensionis tantum genere mutato, ut in furtis, depositis, adulterijs. Nam quemadmodum dicimus, non feci furtum, non accepi depositum, non comisi adulterium: ita, non est hoc furtum, non est hoc depositum, sed mutuatio, non est hoc adulteriū. Interim à qualitate ad finitionem descenditur, ut in actionibus dementia, malæ tractationis, Reip. læsæ. In quibus si recte facta esse quæ obijciuntur, dici non potest, illud succurrit, non est male tractare Remp. uerbis lædere. Finitio igitur est rei

Itaque pluribus legibus idem

non est hæc mutuatio

A propositæ, propria & dilucida, & breuiter comprehensa uerbis enuntiatio. Constat maxime, sicut est dictum, genere, specie, differentibus, proprijs, ut si finias equum (noto enim maxime utar exemplo) Genus est animal, species mortale, differentia irrationabile. Nam & homo mortale erat. Proprium, hinniens. Hæc adhibetur orationi in pluribus causis. Nam tū est certum de nomine, sed quæritur quæ res ei subijcienda sit, tum res est manifesta, sed de nomine non constat. De re, cum dubium est, interim coniectura est, ut si quærat, quid sit deus. Nam qui id neget, deum esse spiritum omnibus partibus immixtum, non hoc dicat falsam esse illius diuinæ naturæ appellationem, sicut Epicurus, qui humanam ei formam locumque inter mūdōs dedit, sed nomine uterque uno utitur, utrum sit in re coniectat. Interim qualitas tractatur, ut quid sit rhetorice, uis persuadendi an bene dicendi scientia. Quod genus est in iudicijs frequentissimū. Sic enim quæritur, an deprehensus in lupanari cum aliena uxore, adulter sit, quia non de appellatione, sed de ui facti eius ambigitur, an omnino peccarit. Nam si peccauit, non potest aliud esse, quam adulter. Diuersum est genus, cum cōtrouersia consistit in nomine, quod pendet ex scripto, nec uersatur in iudicijs, nisi propter uerba, quæ litem faciunt. An qui se interficit, homicida sit. An qui tyrannum in mortem compulit, tyrannicida. An carmina magorum ueneficium. Res enim manifesta est, sciturque non idem esse occidere se, quod alium. Non idem occidere tyrannū, quod compellere ad mortē. Non idem carmina ac mortiferam potionem. Quæritur tamen, an eodem nomine appellanda sint. Quanquam autem dissentire uix audeo à Cicerone, qui permultos secutus autores, dicit finitionem esse de eodem, & de altero (semper enim neganti aliquid esse nomen, dicendum quid sit potius) tamen in eandem rem habeo uelut species. Nam interim conuenit sic quærare, an habendum sit adulterium in lupanari. Cum hoc negamus, non necesse est dicere quid id uocetur, quia totum crimen inficiamur. Interim quæritur, an hoc furtum, an sacrilegiū, non quin sufficiat non esse sacrilegiū, sed quia necesse sit dicere quid sit aliud, quo in loco utrumque finiendum est. Interim quæritur in rebus specie diuersis, an & hoc eodem modo sit appellandum, cum res utraque habeat suum nomen, ut amatorium, uenenum. In omnibus autem huius generis litibus quæritur, an etiam hoc, quia nomen de quo ambigitur, utique in alia re certum est. Sacrilegium est rem sacram de templo surripere. Num & priuatam? Adulterium cum aliena uxore domi coire. An & in lupanari? Tyrannicidium, occidere tyrannum. An etiam in mortem compellere? Ideoque συλλογισμός de quo postea dicam, uelut infirmior est finitio, quia in hac quæritur, an idem sit huius rei nomen, quod alterius: Illo, an perinde habenda sit hæc atque illa. Est & talis finitionum diuersitas, ut quidam sentiunt, num idem diuersis uerbis comprehendat, ut rhetorice bene dicendi scientia, & eadem bene inueniendi, & bene enūciandi & dicendi secundum uirtutem orationis, &

semper negando aliquid esse nomen, dicendum quid sit potius, tamen eadem res habet uelut species.

[†] **C** dicendi quid sit officij. Atq; prouidendū, [†] an si sensu non pugnant, comprehensione dissentiāt. Sed de his disputatur, non litigatur. Opus est aliquando finitione obscurioribus & ignotioribus uerbis, quid sit clarigatio. Erit & interim notis nomine uerbis, ut quid sit penus, quid littus. Quae uarietas efficit, ut eam quidam cōiecturæ, quidam qualitati, quidam legitimis quæstionibus subiecerint. Quibusdam ne placuit quidem omnino subtilis hæc, & ad morem dialecticorū formata cōclusio, ut in disputationibus potius per argumenta uerborū cauillatrix, quàm in oratoris officio multum allatura momenti. Licet enim ualeat in sermone tantū, ut constri-
[†] **D** ctum in uinculis suis habeat eum qui responsurus est, [†] & uel tacere, uel etiam inuitum id quod sit contra, cogat fateri, non eadem est tamen eius in causis utilitas. Persuadendū enim iudici est, qui etiā si uerbis deuinctus est, tamen nisi ipsi rei accesserit, tacitus dissentiet. Agenti uero, quæ tanta est huius præcisæ cōprehensionis necessitas? An si nō dixero, homo est animal rationale, mortale, nō potero expositis tot corporis animiq; proprietatib. latius oratiōe ducta, uel à dijs eū, uel à mutis discernere? Quid? quod nec uno modo definitur res eadē, ut facit Cicero: Quid enim uulgo uniuersos? sed latiore, uarioq; tractatu, ut omnes oratores plerunq; fecerunt. Rarissima em̄ apud eos reperiet illa ex consuetudine philosophorū ducta seruitus (est enim certe seruitus ad certa se uerba astringendi) idq; faciendū in libris Cic. de Orat. uetat M. Antonius. Nam est etiā periculosum, cū si uno in uerbo sit erratū, tota causa cecidisse uideat. Optimaq; est illa media uia, qua utitur Cicero pro Cecinna, ut res proponat, uerba non periclitentur: Etenim Recuperatores, non ea sola uis est quæ ad corpus nostrum, uitamq; peruenit, sed etiā multo maior ea quæ periculo mortis iniecto, formidine animum perterritum loco sæpe, & certo statu dimouet. Aut cum finitionē præcedit probatio, ut in Philippicis Cicero Seruiū Sulpitium occisum ab Antonio colligit, & in clausula demum ita finit: Is ei profecto mortem attulit, qui causa mortis fuit. Non negauerim tamen hæc quoq; ut expedit causæ, esse faciēda. Et si quando firma comprehendendi poterit, & breui complexu uerborum finitio, esse id tum elegans, tum etiam fortissimum, si modò erit illa inexpugnabilis. Eius certus ordo est quid sit, an hoc sit, & in hoc ferè labor maior est, ut finitionem confirmes quàm in rem finitionem applices. In eo quid sit, duplex opus est. Nam & nostra confirmanda est, & aduersæ partis destruenda finitio. Ideoq; in schola, ubi nobis ipsis fingimus contradictionem, duos ponere debemus fines, quales utrinq; esse optimi poterunt. At in foro prouidendum, num forte superuacua, & nihil ad causam pertinens, an ambigua, an contraria, an cōmunis sit finitio, quorū nihil non accidere agentis culpa potest. Vt recte autem finiamus, ita fiet, si prius in animo constituerimus quid uelimus efficere. Sic enim accommodari ad uoluntatem uerba poterunt, atq; ut à notissimo exēplo, quo sit res lucidior, non recedamus. Qui priuatam pecuniam

A pecuniam de templo surripit, sacrilegij reus est, culpa manifesta. Quæstio est, an huic crimini nomen quod est in lege, conueniat. Ergo ambigitur, an hoc sacrilegiū sit. Accusator, quia de templo sit surrepta pecunia, utitur hoc nomine. Reus, quia priuatam surripuerit, negat esse sacrilegium, sed fur tū fatetur. Actor ergo ita finiet. Sacrilegiū est surripere aliquid de sacro. Reus ita finiet: Sacrilegiū est surripere aliquid sacri. Vterq; alterius finitionē impugnat. Ea duobus generibus euertitur, si aut falsa est, aut parum plena. Nam illud tertium, nisi stultis nō accidit, ut nihil ad quæstionem pertineat. Falsa est, si dicas: Equus est animal rationale: nam est equus animal, sed irrationale. Quod autem cōmune cum alio est, desinet esse propriū. Hic reus falsam dicit esse finitionem accusatoris. Accusator autem non potest dicere falsam rei. Nam est sacrilegium surripere aliquid sacri. Dicit parū plenam, adijciendū enim, aut ex sacro. Maximus autem usus in approbando refellendoq; sine priorum, ac differentium, nonnunq; etiam etymologia. Quæ tamen omnia, sicut in cæteris, confirmat æquitas, nonnunquam etiam coniectura mentis. Etymologia maxime rara est. Quid enim est aliud tumultus, nisi perturbatio tanta, ut maior timor oriatur? Vnde etiam nomen ductum est tumultus. Circa propria ac differentia magna subtilitas, ut cū quæritur, an addictus, quem lex seruire donec soluerit iubet, seruus sit. Altera pars finit ita: Seruus est, qui est iure in seruitute. Altera, qui in seruitute est eo iure quo seruus, aut ut anti-
[†] **B** qui dixerūt, qui seruitutē seruit. Quæ finitio etiam si [†] constat æquo, nisi tamen proprijs & differentibus adiuuetur, inanis est. Dicit enim aduersarius seruire eum seruitutem, aut eo iure quo seruum. Videamus ergo propria, differentiaq; liberorum, quæ libro quinto leuiter in transitu attigeram. Seruus cum manumittitur libertinus, addictus recepta libertate est ingenuus. Seruus inuito domino libertatem non consequetur, addictus soluendo citra uoluntatem domini consequetur. Ad seruum nulla lex pertinet, addictus legem habet. Propria liberi, quæ nemo habet nisi liber præ-
[†] nomen, nomen, cognomen, tribū, habet hæc addictus. Excusso quid sit, propè peracta est quæstio, an hoc sit. Id enim agimus, ut sit causæ nostræ cōueniens finitio. Potentissima autē est in ea qualitas, an amor, an insania. Huc pertinebūt probationes, quas Cicero dicit proprias esse finitiones, ex antecedentibus, consequentibus, adiunctis, repugnantibus, causis, effectis, similibus, de quorum argumentorum natura dictum est. Breuiter autē pro Cecinna Cicero initia, causas, effecta, antecedentia, cōsequentia complexus est. Quid igitur? fugiebant propter metū? Quid metuebant? uim uidelicet. Potestis igitur principia negare, cum extrema concedatis? Sed similitudine quoq; usus est. Quæ uis in bello appellatur, ea in otio nō appellabitur? Sed ex contrario argumenta ducuntur, ut si quærat, an amatorium, uenenum sit, nec ne, quia uenenum, amatorium non sit. Illud alterū genus, quo sit manifestius adolescentibus meis (Meos enim sem-

Tumultus.

† distat aliquo

Addicti.

C per adoleſcentes putabo) hic quoque fictæ controuerſiæ utar exemplo: Iuuenes, qui conuiuere ſolebant, cõſtituerunt ut in littore cõnarent. Vnius, qui cõnæ defuerat, nomen tumulo quem extruxerant, inſcripſerunt. Pater eius à tranſmarina peregrinatione cum ad littus idem appuliſſet, lecto nomine ſuſpedit ſe. Dicuntur hi cauſa mortis fuiſſe. Hic finitio eſt ac cuſatoris: Per quem factum eſt ut quis perierit, cauſa mortis eſt. Reus eſt, qui fecit quid ſciēs, per quod perire homini neceſſe eſſet. Remota finitione ac cuſatori ſat eſt dicere: Cauſa mortis fuiſtis. Per uos enim actū eſt, ut homo periret, quia niſi uos illud feciſſetis, uiueret. Contrà, non ſtatim per quem factū eſt ut quis periret, iſ damnari debet, ut ac cuſator, teſtis, iudex rei capitalis. Nec undecunq; cauſa fluxit, ibi culpa eſt, ut ſi quis profectio nem ſuaſerit, aut ad amicum acceſſerit tranſ mare, & iſ naufragio perierit. Ad cõnā inuitarit, & iſ cruditate illic contracta deceſſerit. Nec fuerit in cauſa mortis ſolum adoleſcentium factum, ſed credulitas ſenſ, & in dolore ferundo infirmitas, denique ſi fortior fuiſſet, aut prudentior, uiueret. Nec mala mente fecerunt, & ille potuit uel ex loco tumuli, uel ex opere tumultuario ſuſpicari nō eſſe monumentum. Qui ergo puniri debent, in quibus omnia ſunt homicidæ, præter manum? Eſt interim certa finitio, de qua inter utranq; partem cõuenit, ut Cicero dicit: Maietas eſt in imperio, atq; in omni populi Romani dignitate. Quæritur tamen, an maietas minuta ſit, ut in cauſa Cornelij quæſitū eſt. Sed hic etiam ſimilis uideri po teſt finitiuæ, tamen quia de finitione non ambigitur, iudicatio eſt qualitas, atq; ad eum potius ſtatim reducenda, ad cuius forte † quadaſ uenimus mentionem, ſed & erat ordine proximus locus.

† quidem

De Qualitate. CAP. V.

St autem qualitas alia de ſummo genere, atq; ea quidem non ſimplex. Nā & qualis ſit cuiuſq; rei natura, & quæ forma quæ ritur, an immortalis anima, an humana ſpecie deus, & de ma gnitudine ac numero, quantus ſol, & an unus mundus. Quæ omnia quidē coniectura colligunt, quæſtionē tamen habent in eo, qualia ſint. Hæc & in ſuaſorijs aliquādo † tractari ſolent, ut ſi Cæſar deliberet, an Britannia impugnet, quæ ſit oceani natura, an Britannia inſula (nam tum ignorabatur) quanta in ea terra, quo numero militū aggredienda, in con ſilium ferendum ſit. Eidem qualitati ſuccedunt faciendæ, ac non faciendæ, appetendæ, uitandæ, quæ in ſuaſorias quidē maxime cadūt, ſed in cõtrouer ſijs quoq; ſunt frequentia, hæc ſola differentia, quia illic de futuris, hic de factis agit. Item demonſtratiuæ partis omnia ſunt in hoc ſtatu, factum eſſe conſtat, quale ſit factum quæritur. Lis eſt omnis aut de præmio, aut de pœna, aut de quantitate. Igitur primum genus cauſæ, aut ſimplex, aut com paratiuum. Illic quid æquum, hic quid æquius, aut quid æquiſſimū ſit ex cutitur. Cum de pœna iudicium eſt, à parte eius qui cauſam dicit, aut de ſenſio eſt criminis, aut imminutio, aut excuſatio, aut ut quidam putant, de prece

A præcatio. Deſenſio longe potentiffima eſt, qua ipſum factum quod obijci tur, dicimus honeſtū eſſe. Abdicatur aliquis, quod inuito patre militarit, honores petierit, uxorem duxerit, tuemur quod fecimus. Partē hanc uocant Hermagoræi καὶ ἀντιλίπῃ, ad intellectum id nomen referentes: latine ad uerbum tranſlatam nō inuenio, abſoluta appellatur. Sed enim de re ſo la quæſtio, iuſta ſit ea, nec ne. Iuſtum omne continetur natura, uel conſti tutione. Natura, quæ ſecundum cuiuſq; rei dignitatem: hæc ſunt pietas, fides, continentia, & talia. Adijciunt & id quod ſit † par, uerū id nō teme re intuendum eſt. Nam & uis contra uim, & talia nihil habent aduerſum eum, qui prior fecit iniuſte, & non quoniam res pares ſunt, etiam id eſt iu ſtum quod antceſſit. Illa utrinq; iuſta, eadem lex, eadem conditio, ac for ſitan ne ſint quidem paria, quæ ulla parte ſunt diſſimilia. Conſtitutio eſt in lege, more, iudicato, pacto. Alterū eſt deſenſionis genus, in quo factū per ſe improbable, aſſumptis extrinſecus auxilijs tuemur, id uocant κατ' ἀντιſοοριῃ. Latini hoc quoq; non ad uerbum tranſferunt. Aſſumptiua enim dicitur cauſa. In quo genere fortiffimum eſt, ſi crimen cauſa facti tuemur, qualis eſt deſenſio Oreſtis, oratio Milonis, ἀντὲ γκλιμα dicitur, quia omnis noſtra deſenſio conſtat eius ac cuſatione, qui uindicatur. Occiſus eſt, ſed latro: excæcatus, ſed raptor. Eſt & illa ex cauſis facti ducta deſenſio prio ri contraria, in qua neq; factum ipſum per ſe, ut in abſoluta quæſtione de fenditur, neq; ex contrario facto, ſed ex aliqua utilitate Reipub. aut homi num multorum, aut etiam ipſius aduerſarij, nonnunquam & noſtra, ſi mo do id erit quod facere noſtra cauſa fas ſit, quod ſub extraneo ac cuſatore et legibus agente prodeſſe nunquam poteſt, in domeſticis diſceptationibus poteſt. Nam & filijs pater in iudicio abdicationis, & maritus uxori, ſi ma læ tractationis ac cuſabitur, & patri filius ſi dementia cauſa erit, non inue recunde dicit multū ſua interfuiſſe, in quo tamen incõmoda uitantis me lior quàm cõmoda petentis eſt cauſa, quibus ſimilia etiam in uera rerum quæſtione tractantur. Nam quæ in ſcholis abdicatorū, hæc in foro exhæ redatorum à parentibus, & bona apud conſules repetentiū ratio eſt, quæ illic malæ tractationis, hic rei uxoriæ, cum quæritur utrius culpa diuor tium factum ſit: quæ illic dementia, hic petendi curatoris. Subiacet utili tati etiam illa deſenſio, ſi peius aliquid futurum fuit. Nam in comparatio ne malorum boni locum obtinet leuius, ut ſi Mancinus foedus Numan tinum ſic defendat, quod periturus niſi id factū eſſet, fuerit exercitus Ro manus. Hoc genus ἀντιſοοριῃ græce nominatur, comparatiuum noſtri uocant. Hæc circa deſenſionem facti, quæ ſi neq; per ſeipſam, neq; adhibi tis auxilijs dabitur, proximū eſt in alium tranſferre crimen, ſi poſſumus. Ideoq; etiam † in hos qui iam ſcripti ſunt ſtatus, uifa eſt cadere tranſlatio. Interdum ergo culpa in hominē relegatur, ut ſi Gracchus reus foederis Numantini, cuius metu leges populares tuliffe in tribunatu uidetur, miſi ſum ſe ab Imperatore ſuo diceret. Interim deriuatur in rem, ut ſi iſ qui te

† peruerſum

† in hoc quod iam ſcriptū ſit, uifa eſt.

C stamento quid iussus non fecerit, dicat per leges id fieri non potuisse, hoc *μὴ δέσασθαι* dicunt. Exclusis quoque his excusatio superest, ea est aut ignorantia, ut si quis fugitiuo stigmata scripserit, eoque ingenuo iudicato, neget se liberum eum scisse: aut necessitatis, ut cum miles ad comestus diem non affuit, dicit se fluminibus interclusum, aut ualetudine. Fortuna quoque saepe substituitur culpae. Nonnunquam male fecisse nos, sed bono animo dicimus. Vtriusque rei multa et manifesta exempla sunt. Idcirco non est eorum necessaria expositio. Si omnia quae supra scripta sunt, deerunt, uidendum an minui culpa possit, hic est ille qui a quibusdam dicitur fieri status quantitatis. Sed ea cum sit aut poenae, aut honoris, ex qualitate facti constituitur. Eoque nobis sub hoc esse statu uidetur, sicut eius quoque quae ad numerum refertur a Graecis. Nam & *πρόπται*, & *ποσότηται* dicunt, nos utrunque eadem appellatione complectimur. Ultima est deprecatio, quod genus causae plerique negarunt in iudicium unquam uenire. Quin Cicero quoque pro Q. Ligario, idem testari uidetur cum dicit: Causas Caesar egi multas equidem tecum, dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum. Certe nunquam hoc modo, ignoscite iudices, errauit, lapsus est, non putauit, si unquam posthac, & caetera. In senatu uero, & apud populum, & apud principem, & ubicunque iuris clementia est, habet locum deprecatio. In qua plurimum ualent ex ipso qui reus est, haec tria in uita praecedere, si innocens, si bene meritus, si spes in futurum innocenter uicturi, & in aliquo usu futuri. Praeterea si uel alijs incommodis uel praesenti periculo, uel poenitentia uideatur satis poenarum dedisse. Extra, nobilitas, dignitas, propinqui, amici. In eo tamen qui cognoscit, plurimum ponendum, si laus eum misericordis potius, quam reprehensio dissoluti consecutura est. Verum & in iudicijs, etiamsi non toto genere causae, tamen ex parte magna hic locus saepe tractat. Nam & diuisio frequens est, etiamsi fecisset, ignoscendum fuisse. Idque in causis dubijs saepe praualuit, & epilogi omnes in eadem ferè materia uersari solent. Sed nonnunquam etiam reus hic totius summam constituit, si exhaereditum a se filium pater testatus fuerit elogio, propterea quod is meretricem amauerit. Nam omnis hic quaestio, an huic delicto pater debuerit ignoscere, & Centumuirii tribuere debeant ueniam. Sed etiam in formulis, cum poenariae sunt actiones, ita causam partimur, an commissum sit poena, an exigi debeat. Id autem quod illi uiderunt, uerum est, reum a iudicibus hoc defensionis modo liberari non posse. De premijs autem quaeruntur duo, an ullo sit dignus qui petit, an tanto, ex duobus uter dignior, ex pluribus quis dignissimus. Quorum tractatus ex ipso meritorum genere ducuntur. Et intuebimur non rem tantum, siue alleganda, siue comparanda erit, sed personam quoque. Nam et multum interest, tyrannum iuuenis occiderit, an senex, uir an foemina, alienus an coniunctus. Est & ad locum multipliciter, in ciuitate tyrannis assuetus, an libera semper, in arce an domi, & quomodo factum sit, ferro an ueneno, & quo tempore, bello an pace, an cum depositurus esset eam potestatem, an cum aliquid

A aliquid noui sceleris ausurus. Habetur in meritis gratia, periculum quoque ac difficultas. Similiter liberalitas a quo profecta sit refert. Nam in paupere gratior, quam in diuite, dante beneficium quam reddente, patre quam orbo. Item quam rem dederit, & quo tempore, & quo animo, id est num in aliquam spem suam, similiter alia. Et ideo qualitas maxima oratoris recipit opera, quia in utranque partem plurimum est ingenio loci, nec usquam tantum affectus ualent. Nam coniectura extrinsecus quoque adductas frequenter probationes habet, & argumenta ex materia sumit, ut quale quicque uideatur eloquentia opus est, hic regnat, hic imperat, hic sola uincit. Huic parti subiungit Virginius causas abdicationis, dementiae, malae tractationis, orbarum nuptias indicientium. Nam & iudicium ferè sic accidit, inuentique sunt qui has materias officiorum uocarent. Sed alios quoque nonnunquam leges haec recipiunt status. Nam & coniectura est aliquando in plerisque horum, cum se uel non fecisse, uel bona mente fecisse contendunt. Cuius generis exempla sunt multa. Et quid sit dementia, ac mala tractatio finitur. Nam iuris leges plerumque quaestiones praecurrere solent, & ex quibus causis non fiat statutum. Quod tamen factum defendi non poterit, iure nitetur, & quot & quibus causis abdicare non liceat, & in quae crimina malae tractationis actio detur, & cui accusare dementiae non permittatur. Abdicationum formae sunt duae, altera criminis perfecti, ut si abdicetur raptor, adulter: altera imperfecti uelut pendentis, & adhuc in conditione positi, quales sunt in quibus abdicatur filius qui non pareat patri. Illa semper asperam abdicantis actionem habet, immutabile est enim quod factum est: haec ex parte blanda, & suadenti similima. Mauult enim pater corrigere, quam abdicare. At pro filijs in utroque genere summissa, & ad satisfaciendum composita. A quo dissensuros scio, qui libenter patris figuram laedunt, quod non ausim dicere nunquam esse faciendum (potest enim materia incidere, quae hoc exigat) caeterum uidendum est, quoties aliter agi potest, sed de figuris alio libro tractabimus. Non dissimiles autem abdicationum actionibus sunt malae tractationis actiones. Nam & ipsae habent eandem in accusationibus moderationem. Dementiae quoque iudicia, aut propter id quod factum est, aut propter id quod adhuc fieri uel non fieri potest instituunt, & actor in eo quod factum est, liberum habet impetum, sic tamen, ut factum accuset ipsius patris, tanquam ualetudine lapsi misereatur: in eo uero, cuius libera mutatio est, diu roget & suadeat, & nouissime dementiae rationi queratur obstare, non mores, quos quanto magis in praeteritum laudauerit, tanto facilius probabit morbo esse mutatos. Reus quoties causa patietur, debet esse in defensione moderatus, quia ferè ira, contentio, & concitatio furori sunt similia. Omnibus his commune est, quod rei non semper defensione facti, sed excusatione ac uenia frequenter utuntur. Est enim domestica disceptatio, qua & semel peccasse, & per errorem, & leuius quam obijciatur, absolute nonnunquam sufficit. Sed alia quoque multa controuersiarum genera in qua

† libertas

† non sunt status

† certe

E

litatem cadunt. Iniuriarum, quanquam enim reus aliquādo fecisse negat, C
plerunq; tamen hæc actio factio atq; animo cōtinetur. De accusatore con
stituendo, quæ iudicia diuinationes uocantur (In quo genere Cicero qui
dem, qui mādantibus socijs Verrem accusabat, hac usus est diuisione) [†]spe
ctandum à quo maxime agi uelint hi, quorum de ultione quæritur, tã quo
minime uelit is, qui accusatur. Frequentissime tamen hæc sunt quæstiones,
[†]aut quid
uter maiores causas habeat, uter plus industriæ, aut uirium sit allaturus ad
accusandū, uter id fide meliore factururus. Tutelæ preterea, in quo iudicio
solet quæri, an alia de re quàm de calculis cognosci oporteat. An fidem
præstare debeat tantum, non etiam consilium & euentus. Cui simile est
malæ gestæ procurationis in foro negotiorum gestorum, nam & manda
ti actio est. Præter hæc finguntur in scholis, & scripti maleficij, in quibus
aut hoc quæritur, an scriptū sit, aut hoc an maleficiū sit, raro utrunq;. Ma
læ gestæ legationis apud Græcos, & ueris causis frequens, ubi iuris loco
quæri solet, an omnino aliter agere quàm mandatum sit liceat, & quousq;
sit legatus, quoniam alia in renuntiando sunt, ut in hoc, qui testimonium
in Verrem dixerat, post perlatam legationem. Plurimū tamen est in eo,
quale sit factum reip. læsæ. Hinc mouentur quidem mille iuris cauillatione
nes, quid sit Remp. lædere, & læserit ne, an profuerit, & ab ipso, an pro
pter ipsum læsa sit. In factio tamen plurimum inest. Ingrati quoq;, in quo
D genere quæritur, an is cum quo agitur, acceperit beneficium, quod raro
negandum est: ingratus est enim qui negat quantum acceperit, an reddi
derit, an protinus cui nō reddiderit, ingratus sit, an potuerit reddere, an
id quod exigebat, debuerit, quo animo sit. Simpliciores illi iniusti repu
dij, sub qua lege controuersia illud propriū habent, quod à parte accusan
tis defensio est, & defendentis accusatio. Præterea cum quis rationē mor
tis in senatu reddit, ubi una quæstio est iuris, an is demū prohibendus sit,
qui mori uult, ut se legū actionibus subtrahat. Cætera qualitatibus. Fingunt
& testamenta, in quibus de sola quæritur uoluntate, ut in controuersia,
quam supra exposui, in qua de parte patrimonij quarta quā pater dignis
simo ex filijs reliquerat, contendit philosophus, medicus, orator. Quod
item accidit, si orbæ nuptias indicant pares gradu, & si inter propinquos
de idoneo quæritur. Sed omnes nec mihi persequi materias in animo est.
Fingi enim adhuc possunt, nec cōmunes sunt earū quæstiones, quia posi
tionibus mutant. Hoc tantū admiror, Flauij, cuius apud me merito sum
ma est autoritas, cum artem scholæ tantum cōponeret, tam anguste ma
teriam qualitatibus terminasse. Quantitas quoq; (ut dixi plerunq;) etiam si
non semper, tamen plerunq; eidem subiacet, seu modi est, seu numeri. Sed
modus aliquando constat æstimatione facti, quanta sit culpa, quantum ue
beneficium: aliquando iure, cum id in controuersiam uenit, qua quis lege
puniendus, uel honorandus sit. Stuprator an decē milia dare debeat, quæ
pœna huic crimini constituta est, an quia stupratus se suspendit, capite pu
niri,

A niri, tanquam causa mortis. Quo in genere falluntur, qui ita dicunt, tanq;
inter duas leges quæritur. Nam de decem milibus nulla controuersia
est, quæ nec petuntur. Iudicium redditur, an reus causa sit mortis. In con
iecturam quoq; eadem species cadit, cum perpetuo, an quinquennali sit
exilio multandus, in controuersiam uenerit, num prudens eadem cōmi
serit, quæritur. Illa quoq; quæ ex numero ducit, pendet ex iure, an Thra
sybulo triginta præmia debeantur, & cum duo furcs pecuniam abstule
runt, separatim quadruplum quisq;, an duplum debeat. Sed hic factum
quoq; æstimatur, & tamen ius ipsum pendet ex qualitate.

De Actionis quæstione. CAP. VI.



Vi neq; fecisse se negabit, neq; aliud esse quod fecerit, dicet,
neq; factum defendet, necesse in suo iure consistat. In quo ple
runq; actionis est quæstio, quæ nō semper eadem est, ut qui
dam putauerūt. Nam et iudicium antecedit, qualia sunt Præ
tura curiosa cōsilia, cum de iure accusatoris ambigitur, & in ipsis frequen
tissime iudicijs uersat. Est enim duplex eius disceptationis conditio, quod
aut intentio, aut præscriptio habet controuersiam. Ac fuerunt qui præ
scriptionis statū facerent, tanq; ea nō isdem omnibus, quibus cæteræ le
ges, quæstionibus cōtineretur. Cum ex præscriptione lis pendet, de ipsa
re quæri nō est necesse. Ignominioso patri filius præscribit, de eo [†]solo iu
dicatio est an liceat. Quoties tamen poterimus, efficiendum est, ut de re
B quoq; bene sentiat. Sic enim iuri nostro libetius indulget, ut in [†]posse
sionibus, quæ ex interdictis fiunt, etiam si nō proprietatis est quæstio, sed
tantum possessionis, tamen non solum possedisse nos, sed etiam nostrum
possedisse docere oportebit. Sed frequentius etiam quæritur de intentio
ne. Vir fortis optet quæ uolet, nego illi dandum quicquid optauerit, non
habeo præscriptionem, sed tamen uoluntate contra uerba præscriptionis
modo utor. In utroq; autem genere status idem fit. Porro lex omnis, aut
tribuit, aut adimit, aut punit, aut iubet, aut uetat, aut permittit. Litem ha
bet, aut propter seipsam, aut propter alterā quæstionem, aut in scripto, aut
in uoluntate. In scripto, aut apertum est, aut obscurum, aut ambiguum.
Quod de legibus dico, idem accipi uolo de testamentis, pactis, stipulatio
nibus, omni deniq; scripto, idem de uoce. Et quoniam quatuor huius ge
neris quæstiones, uel status facimus, singulos percurrā.

De Statu ex scripto & uoluntate. CAP. VII.



Cripti & uoluntatis, frequentissima inter cōsultos quæstio est,
& pars magna controuersia iuris hinc pendet, quo minus id
in scholis accidere mirū est, ubi etiā ex industria fingitur. Eius
genus unū est, in quo & de scripto, & de uoluntate quærit. Id
tum accidit cum est in lege aliqua obscuritas, & in ea, aut uterq; suā inter
pretationem cōfirmat, aut aduersarij subuertit, ut hic: Fur quadruplū sol
uat, duo surripuerūt pariter decem milia, petuntur ab utroq; quadragena,

† cōmuniibus

† loco

† sponsonibus

C illi postulant, ut uicena cōferant. Nam & actor dicit, hoc esse quadruplū quod petat, & rei hoc quod offerat. Volūtas quoq; utrinq; defendit, aut cū de altero intellectu certum est, de altero dubiū. Ex meretrice natus, ne cōcionetur. Quæ filiū habebat, prostare cœpit. Prohibet adolescens concione. Nam de eius filio, quæ ante partum meretrix fuit certum est, an eadem huius causa sit, dubiū est, quia ex hac natus, & hæc meretrix est. Solet & illud quæri, quo referatur quod scriptum est, bis de eadem re ne sit actio, † id est, hoc bis ad actorem, an ad actionem. Hæc ex iure obscuro.

† item Alterum genus est ex manifesto, quod qui solum uiderunt, hunc statum plani, & uoluntatis appellauerunt. In hoc altera pars scripto nititur, altera uoluntate. Sed cōtra scriptum tribus generibus occurritur. Vnum est, in quo id seruari semper nō posse ex ipso patet. Liberi parentes alant, aut uinciantur. Non enim alligabitur infans. Hinc erit ad alia transitus, & diuisio, num quisquis nō aluerit, num hic. Propter hoc proponunt quidam tale genus controuersiarum, in quo nullum argumentum est, quod ex lege ipsa peti possit, sed de eo tantum, de quo lis est, quærendum sit. Peregrinus, si murum ascenderit, capite puniatur. Cum hostes murum ascendissent, peregrinus eos depulit, petitur ad supplicium. Non erunt hic separata quæstiones, an quisquis, an hic, quia nullum potest afferri argumentum contra scriptum uehementius eo quod in lite est, sed hoc tantum, an ne seruandæ quidem ciuitatis causa. Ergo & æquitate, & uoluntate pugnandum. Fieri tamen potest, ut ex alijs legibus exempla ducamus, per quæ appareat semper stari scripto nō posse, ut Cicero pro Cecinna fecit. Tertium, cum ipsis uerbis legis reperimus aliquid, per quod probemus aliud legum latorem uoluisse, ut in hac controuersia: Qui nocte cum ferro deprehensus fuerit, alligetur. Cum anulo ferreo inuentū magistratus alligauit. Hic quia est uerbum in lege, deprehensus, satis etiam significatum uidetur nō contineri lege, nisi noxium ferrum. Sed qui uoluntate nitetur, scriptum quoties poterit infirmare debet, qui scriptum tuebitur, adiuuare se etiam uoluntate tentabit. In testamentis & illa accidunt, ut uoluntas manifesta sit, scriptum nihil sit, ut in iudicio Curiano, in quo nota L. Crassi & Scæuolæ fuit cōtentio. Substitutus hæres fuit, si posthumus ante tutelæ suæ annos decessisset. Nō est natus. Propinqui bona sibi uendicabant. Quis dubitaret, quin ea uoluntas fuisset testantis, ut is nō nato filio hæres esset, qui mortuo sed hoc nō scripserat. † Id quoq; quod huic contrariū est, accidit nuper, ut esset scriptū, quod appareret scriptorē noluisse, qui sestertiū nummū quinq; milia legauerat, cū emēdaret testamentum, sublatis sestertijs nummis, argenti pōdo posuit, quinque milia remanserūt. Apparuit tamē quinque pōdo dari uoluisse, quia ille in argento legato modus & inauditus erat, & incredibilis. Sub hoc statu generales sunt quæstiones, scripto an uolūtate standū sit, quæ fuerit scribentis uoluntas, tractatus omnes qualitatis an coniecturæ, de quibus satis dictum arbitror.

De contrarijs

De contrarijs Legibus. CAP. VIII.



Proximū est de legibus contrarijs dicere, quia inter omnes artium scriptores constat in antinomia duos esse scripti & uoluntatis status, neq; immeritō, quia cum lex legi obstat, utrinq; cōtra scriptū dicitur, & quæstio est de uoluntate: In utraq; id ambigitur, an utiq; illa lege sit utendum. Omnibus autē manifestum est, nunquam esse legem legi contrariam iure ipso, quia si diuersum ius esset, alterū altero abrogaretur, sed eas casu collidi & euentu. Colliduntur autē, aut pares inter se, ut si optio tyrannicidæ, & uiri fortis comparentur, utriq; data quod uelit petendi potestate. Hic meritorū, temporis, præmij collatio est. Aut secum ipsæ, ut duorū fortium, duorū tyrannicidarū, † raptarū, in quibus non potest esse alia quæstio, quàm temporis, utra prior sit, aut qualitatis, utra iustior sit petitio. Diueriæ quoq; leges configūt, aut similes. † Diuersæ, quibus etiā citra aduersam legem contradici possit, ut in hac controuersia: Magistratus ab arce ne discedat. Vir fortis optato quæ uolet tuel alia nulla obstante] queri potest, an quicquid optarit, accipere debeat, & à magistratu multa dicentur, quibus scriptū expugnatur. Si incendium in arce fuerit, si in hostes recurrentū, † contra quas nihil opponi potest, nisi lex altera. Tyrannicidæ imago in gymnasio ponatur, contra mulieris imago in gymnasio ne ponatur. Mulier tyrannū occidit. Nam neq; mulieris imago ullo alio casu poni potest, neq; tyrannicidæ ullo alio casu submoueri. Impares sunt, cum alteri multa sunt quæ opponi possunt, alteri nihil, nisi quod in lite est, ut cum uir fortis impunitatē desertoris petit. Nam contra legem uiri fortis, ut supra ostendi, multa dicuntur, aduersus desertores scripta nō potest nisi optione subuerti. Item confessum est ex utraq; parte ius, aut dubium. Si confessum est, hæc ferè quærentur: Vtra lex potentior, ad deos pertineat, an ad homines, Rempubicā an priuatos, de honore an de pœna, de magnis rebus an de paruis, permittat an uetet, an imperet. Solet tractari & utra sit antiquior, & uelut potentissima, utra minus perdat, ut in desertore & uiro forti, † quod illo non occiso, lex tota tollatur, occiso, sit reliqua uiro forti alia optio. Plurimum tamen est in hoc, utrum fieri sit melius atque æquius, de quo nihil præcipi, nisi proposita materia potest. Si dubium, aut alteri, aut inuicem utriq; de iure sit controuersia, ut in re tali: Patri in filium, patrono in libertum manus iniectio sit, liberti hæredem sequantur. Liberti filium quidam fecit hæredem, inuicem petitur manus iniectio, & patronus negat ius patris illi fuisse, quia ipse in manu patroni fuerit. Duplices leges sicut duæ colliduntur, ut nothus ante legitimum natus legitimus sit, post legitimum tantum ciuis. Quod de legibus, idem de senatusconsultis dictum: quæ si aut inter se pugnent, aut obstant legibus, non tamen aliud sit eius status nomen.

† duarum raptarum

† aut due

Non erat in uetusto codice.

† Similes, contra

† quomodo

F

C



Syllogismus habet aliquid simile scripto & uoluntati, quia semper pars in eo altera scripto nititur. Sed hoc interest, quod illic contra scriptum dicitur, hic super scriptum: illic qui uerba defendit hoc agit, ut fiat utique quod scriptum est, hic ne aliud quam scriptum est. Eius nonnulla etiam cum finitione coniunctio. Nam saepe, si finitio infirma est, in syllogismum delabitur. Sit enim lex: Venefica capite puniatur. † Saepe separanti amatorium dedit, eundem repudiavit, per propinquos rogata ut rediret, non est reuersa, suspendit se maritus, mulier ueneficij rea est. Fortissima est actio dicentis amatorium uenenum esse, id erit finitio: quae si parum ualebit, fiet syllogismus, ad quem uelut remissa priore contentione uenimus, an perinde puniri debeat, ac si uirum ueneno necasset. Ergo hic status ducit ex eo quod scriptum est, id quod incertum est, quod quoniam ratiocinatione colligitur, ratiocinatiuus dicitur. In has ferè species uenit: An quod semel ius est, idem & saepius. Incesti damnata & praecipitata de saxo, uiua repetitur. An quod in uno, & in pluribus. Qui duos uno tempore tyrannos occidit, duo praemia petit. An quod ante & postea. Raptor profugit, rapta nupsit, reuerso illo petit optionem. An quod in toto, idem in parte. Aratrum accipere pignore non licet, uomerem accepit. An quod in parte, idem in toto. Lanas uehere Tarento non licet, oues uexit. In his syllogismis scripto alter nititur, alter non satis cautum esse dicit. Postulo ut praecipitetur incesta, lex est, & rapta optionem petit, & in oue lanæ sunt, similiter alia. Sed quia responderi potest, non est scriptum, ut bis praecipitetur damnata, aut quodcunque rapta optet, aut tyrannicida duo praemia accipiat, nihil de uomere cautum, nihil de ouibus, ex eoque manifestum colligitur quod dubium est. Maioris pugnae est, ex scripto ducere quod scriptum non est [an quia hoc & hoc] Qui patrem occiderit, culeo insuatur, matrem occidit. Ex domo in ius educere ne liceat, extra tabernacula eduxit. In hoc genere haec quaeruntur: An quoties propria lex non est, simili sit utendum: An id de quo agitur, ei de quo scriptum est, simile sit. Simile autem & maius est, & par, & minus. In illo priore, an satis lege cautum sit, an etsi parum cautum est, hac sit utendum. In utroque de uoluntate legum latoris, sed de aequo tractatus potentissimi.

† Spe per scriptum
tandiNon erat in uerbo
aucto codice.

De Ambiguo seu Amphibologia. CAP. X.



Amphibologiae species sunt innumerabiles, adeo ut philosophorum quibusdam nullum uideatur esse uerbum, quod non plura significet, genera admodum pauca. Aut enim uocibus accidit singulis, aut coniunctis. Singula afferunt errorem, cum pluribus rebus, aut etiam hominibus eadem appellatio est, ut gallus. Vtrum enim auem, an gentem, an nomen, an for

an fortunam corporis significet, incertum est, & Ajax, Telamonis, an Oilei filius. Verba quoque quaedam diuersos intellectus habent, ut cerno, quae ambiguitas plurimis modis accidit. Vnde serè lites praecipue ex testamentis cum de libertate, aut etiam de haereditate contendunt hi, quibus idem nomen est, aut quid sit legatum quaeritur. Alterum est, in quo alia integro uerbo significatio est, alia diuiso, ut ingenua, & armamentum, & coruinum. Ineptae sane cauillationes, ex qua tamen Graeci controuersias ducunt. Inde αὐλητικῆς illa uulgata, cum quaeritur, utrum aula quae ter ceciderit, an tibicina, si ceciderit, debeat publicari. Tertia est ex compositis, ut si quis corpus suum in occulto loco poni iubeat, † circaque monumentum multum agri ab haeredibus in tutelam cinerum, ut solet, leget, † sit litus hoc cultum. Sic apud Graecos cōtenedit λέων & πικραλέων, cum scriptura dubia est, bona omnia λέωνι an bona πικραλέωνι relicta sint. In coniunctis plus ambiguitatis est. Fit autem per casus, ut: Aio te Aeacida Romanos uincere posse.

† circa quod
† sit litus occasio
sione cultum

Per collationem, ubi dubium est quid quò referri oporteat, ac frequentissime cum quidem quod medium est, utrinque possit trahi, ut de Troilo Verg. Lora tenens tamen. Hic utrum quod teneat tamen lora, an quamuis teneat, tamen trahatur, quaeri potest. Vnde controuersia illa: Testamento quidam iussit poni statuam auream hastam tenentem. Quaeritur statua hastam tenens aurea esse debeat, an hasta esse aurea in statua alterius materiae. Fit per flexum idem magis: Quinquaginta, ubi erant centum, occidit Achilles. Saepe utri duorum antecedentium sermo subiunctus sit, in dubio est. Vnde est controuersia: Haeres meus uxori meae dare damnas esto argenti, quod elegerit pondo centum. Vter eligat quaeritur. Verum id quod ex his primum est, mutatione casuum, sequens diuisione uerborum, aut translatione emendatur, tertium adiectione. Accusatiui geminatione facta amphibologia soluitur ablatiuo, ut illud: Lachetem audiui percussisse Demeam, fiat, a Lachete percussum Demeam. Sed ablatiuo ipsi, ut in primo diximus, inest naturalis amphibologia: Caelo decurrit aperto.

Vtrum per apertum caelum, an cum caelum apertum esset. Diuisio respiratione & mora constat. Statuam, deinde auream hastam, uel statuam auream, deinde hastam. † Adiectione talis est: Argentum quod elegerit ipse, ut haeres intelligatur, uel ipsa ut uxor. Adiectione facta amphibologia qualis sit, nos flentes illos deprehendimus, detractioe soluetur. Pluribus uerbis emendandum, ubi est id quod quò referatur dubium est, & ipsum est ambiguum: Haeres meus dare illi damnas esto omnia sua. In quod genus incidit Cicero, loquens de C. Fannij soceri instituto. Quem quia cooptatus in gurgurum collegium non erat, non admodum diligebat, praesertim cum ille Qu. Scaxuolam sibi minorem natu generum praetulisset. Nam id sibi, & ad socerum referri, & ad Fannium potest. Productio quoque in scripto, & correptio in dubio relicta, causa est ambiguitatis, ut in hoc Cato, aliud enim ostendit breuis secunda syllaba casu nominatiuo, aliud eadem syllaba pro-

† Adiectionalis

C ducta casu datiuo, aut ablatiuo. Plurimæ præterea sunt aliæ species, quas persequi nihil necesse est. Nec refert quomodo facta sit amphibologia, aut quo resoluatur. Duas enim res significari manifestum est, & quod ad scriptum uocem ue pertinet, in utranq; par est partem. Ideoq; frustra præcipitur, ut in hoc statu uocem ipsam ad nostram partem conemur uertere. Nam si id fieri potest, amphibologia nõ est. Amphibologiæ autẽ omnis in his erit quæstio, aliquãdo uter sit secundũ naturã magis sermo, semper utrũ sit æquius, utrũ is qui scripsit ac dixit, sic uoluerit: quarum in utranq; partem satis ex his quæ de cõiectura & qualitate diximus, præceptũ est.

Quæ sit inter status cognatio, & quæ diuersitas. Cap. XI.



St autem quædam inter hos status cognatio. Nam & in finitione, quæ sit uoluntas nominis quæritur, & in syllogismo, qui secundus à finitione status est, quo spectatur quid uoluerit scriptor, & ex contrarijs legibus duos esse scripti, & uoluntatis status apparet. Rursus & finitio quodammodo est amphibologia, cum in duas partes diducatur intellectus nominis. Scriptum & uoluntas habet in uerbis uocis quæstionem, quod idem in antinomia petitur.

Ideoq; omnia hæc quidam scriptũ & uoluntate esse dixerunt. Alij in scripto, & uoluntate amphibologiam esse, quæ facit quæstionem. Sed distincta sunt. Aliud est enim obscurũ ius, aliud ambiguum. Igitur finitio in natura ipsa nominis quæstionẽ habet generalem, & quæ esse etiam citra cõplexum causæ possit. Scriptũ, & uoluntas de eo disputat uerbo, quod est in lege: Syllogismus de eo quod non est. Amphibologiæ lis in diuersum trahit. Legum contrariarũ ex diuerso pugna est. Neq; immeritò & recepta est à doctissimis hæc differentia, & apud plurimos ac prudentissimos durat. Et de hoc quidem genere dispositionis, etiam si nõ omnia tradi, tamen aliqua potuerunt. Sunt alia, quæ nisi proposita, de qua dicendũ est, materia, uiam docendi nõ præbeant. Nõ enim causa uniuersa in quæstiones ac locos diducenda est. Sed hæ ipsæ partes habent rursus ordinem suum.

D Nam & in proœmio primũ est aliquid, & secundũ, ac deinceps. Et quæstio omnis, ac locus habet suam dispositionem, ut thesais etiam simplices. Ac si forte satis erit diuidendi peritus, qui controuersiam in hæc diduxerit, an omne præmiũ uiro forti dandum sit, an ex priuato, an nuptiæ, an ea quæ nupta sit, an hæc: deinde cum fuerit de prima quæstione dicendum, passim, & ut ut quicq; in mentem ueniet, miscuerit, non primũ in ea scierit esse tractandũ. Verbis legis standum sit, an uoluntate, huius ipsius particulae aliquod initium fecerit. Deinde proxima subnectens struxerit orationem, ut pars hominis est manus, eius digiti, illorum quoq; articuli. Est & hoc, quod scriptor demonstrare nõ possit, nisi certa definita q; materia. Sed quid una faciat, aut altera? quinimo centum ac mille in re infinita atq; materia: Præceptoris est, in alio atq; alio genere quotidie ostendere quis ordo sit rerum, & quæ copulatio, ut paulatim fiat usus, & ad similia transi-

tus.

A tus. Tradi enim omnia quæ ars efficit, nõ possunt. Nã quis pictor omnia, quæ in rerũ natura sunt, adumbrare didicit: Sed percepta semel & imitandi ratione assimulabit quicquid acceperit. Quis enim nõ faber uasculũ ali quod, quale nunquã uiderat, facit? Quædam uero nõ docentiũ sunt, sed discentiũ. Nam & medicus quid in quoq; ualitudinis genere faciendum sit, quid quibusq; signis prouidendũ, docebit. Vim sentiendi pulsus uenarum, caloris motus, spiritus meatũ, coloris distantia, quæ sua cuiusq; sunt, ingenium dabit. Quare plurima petamus à nobis, & cũ causis delibermus, cogitemusq; homines ante inuenisse artẽ, quã docuisse. Illa enim potentissima, quæq; uere dicitur œconomica totius causæ dispositio, quæ cõstitui nisi uelut in re præsentis nõ potest. Vbi assumendũ proœmiũ, ubi omittendũ, ubi utendũ expositiõe cõtinua, ubi partita, ubi ab initijs incipiendũ, ubi more Homericò à medijs uel ultimis, ubi omnino nõ exponendũ, quando à nostris, quando ab aduersariorũ propositionibus incipiamus, quando à firmissimis probationibus, quando à leuioribus, quando in causa proponendæ proœmij quæstiones. Quæ præparatione præmunienda, quid iudicis animus accipere possit, statim dictum, quò paulatim deducendus. Singulis, an uniuersis opponenda refutatio. Reseruãdi perorationi, an per totam & orationẽ diffundendi affectus. De iure prius, an de æquitate dicendum. An antea cõta crimina, an de quibus iudiciũ est, prius obijcere, uel diluere cõueniat. Si multiplices causæ erũt, quis ordo faciendus, quæ testimonia, tabulæ ue cuiusq; generis in actione recitandæ, quæ reseruandæ. Hęc est uelut imperatoria uirtus copias suas partientis ad casus præliorũ, retinentis partes & propter castella tuenda, custodiendas ue urbes, petendos cõmeatus, obsidenda itinera, mari deniq; ac terra diuidentis. Sed hęc in oratione præstat omnia, cui affuerint natura, doctrina, studiũ. Quare nemo expectet, ut alieno tantũ labore sit disertus. Vigilandum ducat, iterũ enitendũ, pallendũ est, faciendã suã cuiq; uis, usus, sua ratio, nõ respiciendũ ad hæc, sed in promptu habenda, neq; tanq; tradita, sed tanq; innata. Nam uiam demonstrare & uelociter ars potest, si qua est, uerũ ars satis præstat, si copias eloquentiæ ponit in medio. Nostrũ est ut eis scire. Reliqua partiũ est demũ dispositio. Et in his ipsis primus aliquis sensus, & secundus, & tertius, qui nõ modò ut sint ordine collocati, elaborandum est, sed ut inter se iuncti, atq; ita cohærentes, ne cõmissura pelluceat, corpus sit nõ membra, quod ita cõtinget, si & quid quæq; conueniat uiderimus, & ut uerba uerbis applicemus, nõ pugnantia, sed quæ inuicẽ cõplectantur. Ita res nõ diuersæ distantibus ex locis, quasi inuicem ignota collidentur, sed aliqua societate cum prioribus ac sequentibus, copulas tenebunt, ac uidebitur nõ solum composita oratio, sed etiam continua. Verum longius fortasse progredior fallente transitu, & à dispositione ad elocutionis præcepta labor, quod proximis liber inchoabit.

Septimi libri finis.

F 3

† mutandi

† actionem

† per

† uelocitæ potest

† disceptationis

M. FABII QVINTILIA

NI IN ORATORIARVM INSTITVTIONVM LIBRVM OCTAVVM PROOEMIUM.



IS ferè quæ in proximos quinque libros collata sunt, ratio inueniendi, atq; inuenta disponendi cōtinetur, quā ut per omnes numeros penitus cognoscere, ad summam scientig necessarium est, ita incipientibus breuius, ac simplicius tradi magis conuenit. Aut enim difficultate institutionis, tam numerosæ atq; perplexæ deterreri solent, aut eo tempore quo præcipue
^{† colenda} † alenda ingenia, atque indulgentia quadam nutrienda sunt, asperiorum tractatu rerū atteruntur. Aut si hæc sola didicerint, satis se ad eloquentiam instructos arbitrantur, aut quasi ad certas quasdam dicendi leges alligati, conatum omnem reformidant. Vnde existimant accidisse, ut qui diligentissimi artiū scriptores extiterunt, ab eloquentia longissime fuerint. Via tamen opus est incipientibus, sed ea plana, & cum ad ingrediendū, tum ad demonstrandū expedita. Eligat itaq; peritus ille præceptor ex omnibus optima, & tradat ea demum in præsentia quæ placent, remota refusandi cætera mora. Sequuntur enim discipuli quod duxeris. Mox cum robore discendi crescet etiam eruditio. Iidem primo solum iter credant esse,
^{† uexeris} in quod inducentur, † mox illud cognituri etiam optimū. Sunt autem neq; obscura, neq; ad percipiendum difficilia, quæ scriptores diuersis opinionibus pertinaciter tuendis inuoluerunt. Itaq; in toto artis huiusce tractatu difficilius est iudicare quid doceas, quàm cum iudicaris, docere, præcipueq; in duabus his partibus perç sunt pauca, circa quæ si is qui instituitur nō repugnauerit, pronū ad cætera habiturus est cursum. Nempe em plurimū in hoc laboris exhausimus, ut ostenderemus rhetoricen bene dicendi scientiā, & utilem, & artē, & uirtutē esse. Materiā eius, res omnes, de quibus dicendū esset, tum & eas in tribus ferè generibus, demonstratiuo, deliberatiuo, iudicialiq; reperiri. Orationē porro omnem constare rebus & uerbis, in rebus intuendam inuentionem, in uerbis elocutionem, in utrisq; collocationem, quæ memoria complecteretur, actio cōmendarer. Oratoris officium docendi, mouendi, delectandi partibus contineri. Ex quibus ad docendū expositio & argumentatio, ad mouendū affectus pertinerent, quos per omnem quidem causam, sed maxime tamen in ingressu ac sine dominari. Nam delectationem, quamuis in utroq; sit eorū, magis tamen proprias in elocutione partes habere. Quæstiones alias infinitas, alias finitas, quæ personis, locis, temporibus continerentur. In omni porro materia tria esse quærenda, an sit, quid sit, quale sit. His adijciebamus, demonstratiuam laude ac uituperatione constare. In ea quæ ab ipso, de quo diceremus, quæ post eum acta essent, intuendum. Hoc opus tractatu honestorū, utiliumq; constare. Suasorijs accedere tertiā partem

ex

A ex coniectura, posset ne fieri, & an esset futurum, de quo deliberaretur. Hic præcipue diximus spectandum, quis, apud quem, quid diceret. Iudicialium causarū, alias in singulis, alias in pluribus cōtrouersijs cōsistere, et in quibusdā sufficere, modò intentionē, modò depulsionem. Porro depulsionem omnē inficiatione duplici, factū ne, & an hoc factū esset, præterea defensione ac translatione constare. Quæstionē, aut ex facto aut ex scripto esse: Ex facto, de rerū fide, proprietate, qualitate: Scripto, de uerborum ui, aut uoluntate, in quibus uis tum causarum, tum actionum inspici solet, quæq; aut scripti, & uoluntatis, aut ratiocinatiuæ, aut ambiguitatis, aut legum contrariarū specie cōtinetur. In omni porro causa iudiciali quinque esse partes, quarū exordio conciliari audientem, narratione causam proponi, confirmatione roborari, refutatione dissolui, peroratione aut memoriā iudicis refici, aut animos moueri. His argumentandi, & afficiendi locos, & quibus generibus cōcitari, placari, resolui iudices oportet, adiecimus. Accessit ratio diuisionis. Credere modò, qui discet uelit, certam quandam uiam esse, in qua multa etiam sine doctrina præstare debeat per se ipsa natura, ut hæc de quibus dixi, non tam inuenta à præceptoribus quàm cum fierent obseruata esse uideantur. **PLVS** exigunt laboris & curæ quæ sequuntur. Hinc enim iam elocutionis rationē tractabimus, partem operis, ut inter omnes oratores conuenit, difficilimā. Nam & M. Antonius, cuius supra habuimus mentionem, ait à se disertos uisos esse multos, eloquentem autem neminem. Disertis satis putat dicere quæ oporteat: Ornate autem dicere propriū esse eloquentissimi. Quæ uirtus, si usq; ad eum in nullo reperta est, ac ne in ipso quidem, aut L. Crasso, certum est & in his, & in prioribus eam desideratam, quia difficilima fuit. Et. M. Tullius inuentionem quidem ac dispositionem prudentis hominis putat, eloquentiā oratoris. Ideoq; præcipue circa partis huius præcepta elaborauit, quod eum meritò fecisse, etiam ipso rei, de qua loquimur, nomine palam declaratur. Eloqui enim hoc est, omnia quæ mente conceperis promere, atq; ad audientes perferre, sine quo superuacua sunt priora, & similia gladio condito, atq; intra uaginā suam hærenti. Hoc itaq; maxime docetur, hoc nullus nisi arte assequi potest, hoc studium adhibendum, hoc exercitatio petit, hoc imitatio, hic omnis ætas consumitur, hoc maxime orator oratore præstantior, hoc genera ipsa dicendi alia alijs potiora. Neq; enim Asiani, aut quocunq; alio genere corrupti, res non uiderunt, aut eas non collocauerunt, neq; quos aridos uocamus, stulti aut in causis cæci fuerunt, sed his iudiciū in eloquendo ac modus, illis uires defuerūt, ut appareat in hoc & uitium, & uirtutem esse dicendi. Non ideo tamen sola est agenda cura uerborum. Occurram enim necesse est, & uelut in uestibulo protinus apprehensuris hanc confessionem meam resistam his, qui omiffa rerum (qui nerui sunt in causis) diligentia, quodam inani circa uoces studio senescunt, idq; faciunt gratia decoris, quod est in dicendo, mea quidem opinione,

† tum est
his, & prioribus
etiam desis
deratā

C pulcherrimum: sed cum sequitur, non cum affectatur. Corpora sana, & integri sanguinis, & exercitatione firmata, ex hisdem his speciem accipiunt, ex quibus uires. Namq; & colorata, & astricta, & lacertis expressa sunt, sed eadem si quis uulsa atq; fucata muliebriter comat, foedissima sunt in ipso formæ labore. Et cultus concessus atq; magnificus addit hominibus, ut græco uersu testatum est, auctoritatem. At muliebris & luxuriosus, non corpus exornat, sed detegit mentem. Similiter illa translucida & uersicolor quorundam elocutio res ipsas effœminat, quæ illo uerborum habitu uestiuntur. Curam ergo uerborum, rerum uolo esse sollicitudinem: nam plerumq; optima rebus coherant, & cernuntur suo lumine. At nos quærimus illa tanquam lateant semper, seq; subducant. Ita nunquam putamus circa id esse, de quo dicendum est, sed ex alijs locis petimus, & inuentis uim afferimus. Maiore animo aggredienda eloquentia est, quæ si toto corpore ualet, unguis polire, & capillum reponere, non existimabit ad curam suam pertinere. Sed euenit plerumq; ut hac diligentia deterior etiam fiat oratio. Primum, quia sunt optima, minime accersita, & simplicibus, atq; ab ipsa ueritate profectis similia. Nam illa quæ curam fatentur, & ficta atq; composita uideri etiam uolunt, nec gratiam consequuntur, & fidem amittunt propter id quod sensus obumbrant, & uelut læto gramine fata strangulant. Nam & quod recte dici potest, circumimus amore uerborum, & quod satis dictum est, repetimus, & quod uno uerbo patet, pluribus oneramus, & pleraq; significare melius putamus, quam dicere. Quid? quod nihil iam proprium placet, dum parum creditur disertum, quod & alius dixisset? A corruptissimo quoq; poetarum figuras, seu translationes mutuamur, tum demum ingeniosi scilicet, si ad intelligendos nos opus sit ingenio. Atqui satis aperte Cicero præceperat, in dicendo uitium uel maximum esse, a uulgari genere orationis, atq; a consuetudine communi abhorere. Sed ille durus atq; ineruditus, nos melius, quibus sordet omnia, quæ natura dictauit, qui non ornamenta quærimus, sed lenocinia. Quasi uero sit ulla uerborum, nisi regi coherentiũ, uirtus, quæ ut propria sint & dilucida, & ornata, & apte collocentur, si tota uita laborandum est, omnis studiorum fructus amissus est. Atq; plerosq; uideas hærentes circa singula, & dum inueniunt, & dum inuenta ponderant ac dimetiuntur. Quæ si idcirco fierent, ut semper optimis uterentur, abominanda tamen hæc infelicitas erat, quæ & cursum dicendi refrenat, & calorem cogitationis extinguat mora & diffidentia. Miser enim, & (ut sic dicam) pauper orator est, qui nullũ uerbũ æquo animo perdere potest. Sed ne perdet quidem, qui rationem loquendi primum cognouerit, tum lectione multa, & idonea copiosam sibi uerborum suppellectilem compararit, & huic adhibuerit artem collocandi, deinde hæc omnia exercitatione plurima roborarit, ut semper in promptu sint, & ante oculos. Namq; & hoc qui fecerit, ei res cum nominibus suis occurrent. Sed opus est studio præcedente, & acquisita facultate.

† ipsa forma laborum & cultus concessos & que magnificos addit hominibus, ut Græci uersus testatum est auctoritate.

A facultate, & quasi reposita. Namq; ista quærendi, iudicandi, comparandi anxietas, dum discimus adhibenda est, non cum dicimus. Alioqui, sicut qui patrimoniũ nõ pararunt subinde quærunt, ita in oratione qui non satis laborarunt, si præparata uis dicendi nõ fuerit, erunt inofficiosi, nõ ut requisiti respondere, sed ut semper sensibus inhærere uideantur. Atq; ut umbra corpus sequit, tamen in hac ipsa cura est & aliquid satis cum latina, significantia, ornata, tum apte sint collocata, quid amplius laboremus? Quibusdam tamen nullus finis calumniandi est, & cum singulis penè syllabis comorandi, qui etiam cum optima sint reperta, quærunt aliquid quod sit maxime antiquũ, remotum, inopinatum, nec intelligunt iacere sensus in oratione, in qua uerba laudant. Sit igitur cura elocutionis quæmaxima, dum sciamus tamen nihil uerborum causa esse faciendum, cum uerba ipsa rerum gratia sint reperta, quorum ea sunt maxime probabilia, quæ sensum animi nostri optime promunt, atq; in animis iudicum, quod uolumus, efficiunt. Ea debent præstare sine dubio, & admirabilem, & iucundam orationem. Verum admirabilem non sic quo modo prodigia miramur, & iucundam orationem non deformi uoluptate, sed cum laude ad dignitatem coniuncta.

Quæ in Elocutione spectanda. CAP. I.



B Gitur quæ Græci *ῥητορικὴ* uocant, latine dicimus elocutionem, eam spectamus uerbis, aut singulis aut coniunctis. In singulis intuentum est, ut sint latina, perspicua, ornata, & ad id, quod efficere uolumus, accommodata. In coniunctis, ut emendata, ut collocata, ut figurata: Sed ea quæ de ratione latine atq; emendate loquendi fuerunt dicenda, in libro primo, cum de grammatica loqueremur, executi sumus. Verum illic tantum ne uitiosa essent, præcepimus, hic alienum non est admonere, ut sint quamminime peregrina, & externa. Multos enim quibus loquendi ratio nõ desit, inueniã, quos curiose potius loqui dixeris quam latine, quo modo & illa Attica anus Theophrastum, hominem alioqui disertissimum, annotata unius affectatione uerbi hospitem dixit, nec alio se id deprehendisse interrogata respondit, quam quod nimum attice loqueret. Et in T. Liuiio miræ facundia uiro putat inesse Pollio Asinius quandam Patauinitatem. Quare si fieri potest, & uerba omnia, & uox huius salumnum urbis oleant, ut oratio Romana planè uideatur non ciuitate donata.

De Perspicuitate. CAP. II.



Perspicuitas in uerbis præcipuam habet proprietatem, sed proprietatem ipsa nõ simpliciter accipitur. Primus enim intellectus est sua cuiusq; rei appellatio, qua non semper utimur. Nam & obscena uitabimus, & sordida, & humilia. Sunt autem humilia infra dignitatem rerum, aut ordinis. In quo uitio cauendo non medio criter quidã errare solent, qui omnia, quæ sunt sine usu, etiam si causæ necessitas postulet, reformidant, ut ille qui in actione Ibericas herbas herbas se solo nequaquam intelligenter dicebat, nisi irridens hanc uanitatem

† aliouã

† efficere

Patauinitas
Liuij.
† alumna urbis
esse debet

G

C Cassius Seuerus Spartū eum dicere uelle indicasset. Nec uideo quare clarus orator duratos muria pisces nitidius esse crediderit, quam ipsum id quod uitabat. In hac aut proprietatis specie, quæ nominibus ipsis cuiusque rei utitur, nulla uirtus est, atqui ei contrariū est uitium, id quod apud nos in propriū, *ἄκυρον* apud Græcos uocat, quale est: Tantū sperare dolorē. Aut quod in oratione Dolobellæ emendatum à Cicerone annotauī, mortem ferre, aut qualia nunc laudantur à quibusdā, quorū est de cruce uerba ceciderunt. Non tamen quicquid nō erit propriū, protinus & improprij uitio laborabit. Quia primū omnium multa sunt, & græce & latine, nō denominata. Nam & qui iaculū emittit, iaculari dicitur. Qui pilam aut sudem, appellatione priuatim sibi assignata caret, & ut lapidare quid sit manifestū, ita glebarū testarūque iactus non habet nomen. Vnde abusio, quæ *κατάχρησις* dicitur necessaria. Translatio quoque in qua uel maximus est ornatus, uerba nō suis rebus accommodat. Quare proprietatis nō ad nomē, sed ad uim significandi referret, nec auditu, sed intellectu perpendenda est. Secundo modo dicitur propriū inter plura quæ sunt eiusdem nominis, id unde cætera ducta sunt, ut uortex est cōtorta in se aqua, uel quicquid aliud similiter uertitur. Inde propter flexū capillorum pars summa capitis, & ex hoc quod est in montibus eminentissimū. Recte in quā dixeris hæc omnia uertices, proprie tamen, unde initium est. Sic soleæ, & turdi pisces, & cetera. Tertius est huic diuersus modus, cū res cōmunis pluribus, in uno aliquo habet nomen eximium, ut carnē funebre proprie nœnia, & tabernaculum ducis, Augustale. Item quod cōmune est & alijs nomē, intellectu alicui rei peculiariter tribuitur, ut urbem Romā accipimus, & uenales, nouitios, & Corinthia æra, cum sint urbes aliæ quoque, & uenalia multa, & tantaurū & argentū, quàm æs Corinthiū. Sed ne in his quidē uirtus oratoris inspicitur. At illud iam nō mediocriter probandū, quod hoc etiam laudari modo solet, ut proprie dictū id sit, quo nihil inueniri possit significantius, ut Cato dixit C. Cæsarem ad euertendā Remp. sobriū accessisse, ut Vergilius, Deductū carmen, & Horatius, Acrem tibiam, Annibalemque dirum. In quo modo illud quoque est à quibusdā traditū proprii genus ex appositis, quæ epitheta dicuntur, ut dulce mustū, & cū dentibus albis, de quo genere alibi dicendū est. Etiam quæ bene translata sunt, propria dici solent. Interim autē quæ sunt in quoque genere præcipua, proprii locū accipiunt, ut Fabius inter plures imperatorias uirtutes Cunctator est appellatus. Possunt uideri uerba, quæ plus significant quam eloquunt, in parte ponenda perspicuitatis. Intellectū eī adiuuāt. Ego aut libentius emphasim retulerim ad ornatū orationis, quia nō ut intelligat efficit, sed ut plus intelligatur. At obscuritas sit in uerbis etiā ab usu remotis, ut si cōmentarios quis pontificum, & uetustissima fœdera, & exoletos scrutatus autores, id ipsum petat ex his, ut quæ inde cōtraxerit, nō intelligant. Hinc eī aliqui famā eruditionis affectant, ut quædā soli scire uideant, Fallūt etiam uerba,

¶ uidebatur

¶ nomina
¶ decernere¶ sicut sole con
tortii pisces

A uel regionibus quibusdam magis familiaria, uel artium propria, ut Atabulus uentus, & nauis saccaria, & in malacho sanum, quæ uel uitanda apud iudicem ignarū significationum earum, uel interpretanda sunt, sicut in his quæ homonyma dicuntur, ut taurus animal sit, an mons, an signum in cælo, an nomen hominis, an radix arboris, nisi distinctum, non intelligitur. Plus tamen est obscuritatis in contextu & continuatione sermonis, & plures modi. Quare nec sit tam longus, ut eum prosequi non possit intentio, nec traiectione tam tardus, ut in hyperbaton finis eius differatur. Quibus adhuc peior est mixtura uerborum, qualis in illo uersu: Saxa uocant Itali, medijs quæ in fluctibus aras. Etiam interiectione, qua & oratores & historici frequenter utunt, ut medio sermone aliquem inferant sensum, impediri solet intellectus, nisi quod interponitur breue est. Nam Vergilius illo loco, quo pullum equinū describit, cum dixisset: Nec uanos horret strepitus. compluribus insertis, alia figura quinto demum uersu redit: Siqua sonum procul arma dedere Stare loco nescit. Vitada in primis ambiguitas, nō hæc solū, de cuius genere supra dictum est, quæ incertum intellectum facit, ut Chremetem audiui perculsisse Deameam, sed illa quoque, quæ etiam si turbare non potest sensum, in idem tamen uerborum uitium incidit, ut si quis dicat, uisum à se hominem librum scribentem. Nam etiam si librū ab homine scribi pateat, male tamen composuerat, feceratque ambiguum quantum in ipso fuit. Est etiam in quibusdam turba inanium uerborum: qui dum cōmunem loquendi morem reformidant, ducti specie nitoris circumeunt omnia copiosa loquacitate, quæ dicere uolunt, ipsam deinde illam seriem cum alia simili iungentes, miscentesque ultra quàm ullus spiritus durare possit, extendunt. In hoc malum etiam à quibusdam laboratur, neque id nouū uitium est, cum iam apud Titum Liuium inueniam fuisse præceptorem aliquem, qui discipulos obscurare quæ dicerent, iuberet, græco uerbo utens *σκοτισσον*. Vnde illa scilicet egregia laudatio: tanto melior, ne ego quidem intellexi. Alij breuitatis æmuli, necessaria quoque orationi subtrahunt uerba, & uelut satis sit scire ipsos quæ dicere uelint, quantum ad alios pertineat, nihil putant. At ego otiosum sermonem dixerim, quem auditor suo ingenio intelligit. Quidam emutatis in peruersum dictis, de figuris idem uitium consequuntur. Pessima uero sunt *ἀδύνοκτα*, hoc est quæ uerbis aperta, occulto sensu sunt, ut, conductus est cæcus secus uiam stare, & qui suos artus morfu lacerasse fingitur in scholis supra se cubasse. Ingeniosa hæc & fortia, ut ex ancipiti diserta credantur, perficiunt. At peruasit quidē iam multos ista persuasio, ut id iam demū eleganter, atque exquisite dictū putent, quod interpretandū sit. Sed auditoribus etiam nonnullis grata hæc, quæ cum intellexerint acumine suo delectantur, & gaudent, non quasi audiuerint, sed quasi inuenerint. Nobis prima sit uirtus perspicuitas, propria uerba, rectus ordo, nō in lon

¶ excedunt

Cum dilata conclusio, nihil neque desit, neque superfluat. Ita sermo & doctis probabilis, & planus imperitis erit. Hæc est eloquendi obseruatio. Nam rerum perspicuitas quo modo præstanda sit, diximus in præceptis narrationis. Similis autem ratio est in omnibus. Nam si neque pauciora quam oportet, neque plura, neque inordinata, aut indistincta dixerimus, erunt dilucida, & negligenter quoque audientibus aperta, quia id ipsum in consilio est habendum, non semper tam esse acrem iudicis intentionem, ut obscuritatem apud se ipse discutiat, & tenebris orationis inferat quoddam intelligentiæ suæ lumen, sed multis eum frequenter cogitationibus auocari, nisi tam clara fuerint, quæ dicemus, ut in animum eius oratio, ut sol in oculos, etiam si in eam non intendat, incurrat. Quare non ut intelligere possit, sed ne omnino possit non intelligere, curandum. Propter quod etiam repetimus sæpe, quæ non satis percepisse eos, qui cognoscunt, putamus. Quæ causa utique nostra culpa dicta obscurius est, quæ causa ad planiora, & communia magis uerba descendimus, cum id ipsum optime fiat, quod nos aliquando non optime fecisse simulamus.

De Ornatu. Cap. III.



Venio nunc ad ornatum, in quo sine dubio plus quam in cæteris dicendi partibus sibi indulget orator. Nam emendate quidem, ac dilucide dicentium, tenue præmiū est, magisque uitæ carere, quam ut aliquam magnam uirtutem adeptus esse uidearis. Inuentio cum imperitis sæpe communis, dispositio modicæ doctrinæ credi potest, & quæ sunt artes altiores plerumque occultantur, ut artes sint.

¶ cum affectus esset dicendo ut PR. admiratio nem suam non acclamatione tantum sed etiam plausu confiteretur.

Denique omnia hæc ad utilitatem causarum solam referenda sunt. Cultu uero atque ornatu se quoque commendat ipse qui dicit, & in cæteris iudicium doctorum, in hoc uero etiam popularem laudem petit. Nec fortibus modo, sed etiam fulgentibus armis, præliatus in causa est Cicero Corneli, qui non affectus esset docendo iudicem tantum, & utiliter demum, ac latine perspicueque dicendo, ut populus Romanus admirationem suam non acclamatione tantum, sed etiam plausu confiteretur. Sublimitas profecto, & magnificentia, & nitor, & autoritas expressit illum fragorem. Nec tam insolita laus esset profecuta dicente, si usitata, & cæteris similis affuisset oratio. Atque ego illos credo qui aderant, nec sensisse quid facerent, nec sponte iudicioque plausisse, sed uelut mente captos, & quo essent in loco ignaros, erupisse in hunc uoluntatis affectum. Sed ne causæ quidem parum confert idem hic orationis ornatu. Nam qui libenter audiunt, & magis attendunt, & facilius credunt, plerumque ipsa delectatione capiuntur, nonnunquam admiratione auferuntur. Nam & ferrum affert oculis terroris aliquid, & fulmina ipsa non tam nos confunderent, si uis eorum tantum, non etiam ipse fulgor timeretur. Recteque Cicero his ipsis ad Brutum uerbis quadam in epistola scribit: Nam eloquentiam quæ admirationem non habet, nullam iudico. Aristoteles quoque eandem petendam maxime putat. Sed hic ornatu

(repe-

(repetam enim) uirilis, fortis, & sanctus sit, nec effœminatam leuitatem, nec fucō eminentem colorem amet, sanguine & uiribus niteat. Hoc autem ad eum uerum est, ut cum in hac maxime parte sint uicina uirtutibus uicia, etiam qui uitæ utuntur, uirtutis tamen his nomen imponant. Quare nemo ex corruptis dicat, me inimicum esse culte dicentibus. Non nego hanc esse uirtutem, sed illis eam non tribuo. An ego fundum cultiorum putem, in quo mihi quis ostenderit lilia, & uiolas, & amœnos fontes surgentes, quam ubi plena messis, aut graues fructu uites erunt? Sterilem platanum, tonsasque myrtos, quam maritam ulmum, & uberes oleas præoptauerim? Habeant illa diuites, licet quid essent, si aliud nihil haberent? Nullus ne ergo etiam fructiferis adhibendus est decor? quis negat? Nam & in ordinem certa que interualla redigam meas arbores. Quid enim illo quincuncce speciosius, quid in quacunque partem spectaueris rectius? Sed protinus in id quoque prodest, ut terræ succum æqualiter trahant. Surgentia in altum cacumina oleæ ferro coercere, in orbem se formosius fundet, & protinus fructum ramis pluribus feret. Decetior equus, cuius astricta ilia, si idem uelocior. Pulcher aspectu si athleta, cuius lacertos exercitatio exprimit, idem certamini paratior. Nuncque uera species ab utilitate diuiditur. Sed hoc quidem discernere modici iudicij est, illud obseruatione dignius, quod hic ipse honestus ornatu pro materiæ genere debet esse uariatus. Atque ut à prima diuisione ordiar, non idem demonstratiuis, & deliberatiuis, & iudicialibus causis conueniet. Nuncque illud genus ostentationi compositum, solum petit audientium uoluptatem, ideoque omnes dicendi artes aperit, ornatumque orationis exponit, ut qui non insidietur, nec ad uictoriam, sed ad solum finem laudis & gloriæ tendat. Quare quicquid erit sententijs populare, uerbis nitidum, figuris iucundum, translationibus magnificentum, compositione elaboratum, uelut institor quidam eloquentiæ intuendum, & penè pertractandum dabit. Nam euentus ad ipsum non ad causam refertur. At ubi res agitur, & uera dimicatio est, ultimus fit famæ locus. Præterea non debet quisquam, ubi maxima rerum momenta uersantur, de uerbis esse sollicitus. Neque hoc eum pertinet, ut in his nullus sit ornatu, sed uti pressior, & seuerior, eo minus confessus, præcipue ad materiam accommodatus. Nam & suadendo sublimius aliquid senatus, concitatus populus, & in iudicijs publicæ capitalesque causæ poscunt accuratius dicendi genus. At priuatum consilium, causasque paucorum, ut frequenter accidit calculorum, purus sermo, & dissimilis curæ magis decuerit. An non pudeat certam creditam pecuniam periodis postulare, aut circa stillicidia affici, aut mancipij redhibitione sudare? Sed ad propositum. Et quoniam orationis tam ornatus quam perspicuitas, aut in singulis uerbis est, aut in pluribus positus, quid separata, quid coniuncta exigant, consideremus: quamquam rectissime traditum est, perspicuitatem proprijs, ornatu translatis uerbis magis egere. Sciamus inornatum esse quod sit improprium. Sed

G 3

Cū idem frequentissime plura significet, quod *συνωνυμία* uocatur, iam sunt alijs alia honestiora, sublimiora, nitidiora, iucundiora, uocaliora. Nam ut syllabæ e literis melius sonantibus sunt clariores, ita uerba e syllabis magis uocalia, & quo plus quæq; spiritus habet, auditu pulchrior. Et quod facit syllabarum, idem uerborum quoq; inter se copulatio, ut aliud alijs iunctum melius sonet. Diuersus est tamen usus. Nam rebus atrocibus uerba etiam ipso auditu aspera magis conuenient. In uniuersum quidem optima simplicium creduntur, quæ aut maxime exclamant, aut sono sunt iucundissima. Et honesta quidem turpibus potiora semper, nec sordidis unquam in oratione erudita locus. Clara illa atq; sublimia plerumq; materiæ modo cernenda sunt. Quod enim alibi magnificum, tumidum alibi. Et quæ humilia circa res magnas, apta circa minores uidentur. Et sicut in oratione nitida notabile est humiliter uerbum, & uelut macula, ita à sermone tenui sublimis, nitidumq; discordat, sitq; corruptum, quia in plano tumet. Quædam non tam ratione quam sensu iudicantur, ut illud:

Cæsa iungebant fœdera porca: Fecit elegans, fictio nominis, quod si fuisset porco, uile erat. In quibusdã ratio manifesta est. Risimus & merito nuper poetam, qui dixerat. Prætextam cista mures rosere Camilli.

At Vergilij miramur illud. Sæpe exiguus mus. Nam epitheton exiguus aptum propriū effecit, ne plus expectaremus, & casus singularis magis decuit, & clausula ipsa unius syllabæ nõ usitata addidit gratiã.

D Imitatus est itaq; utrunq; Horatius: Nascetur ridiculus mus.

Nec augenda semper oratio, sed submittenda nonnunquam est. Vim rebus aliquando & ipsa uerborum humilitas affert. An cum dicit in Pisonem Cicero: Cum tibi tota cognatio in serraco aduehatur, incidisse uideatur in sordidum nomen & non eo contemptum hominis, quem destructum uolebat, auxisse? Et alibi: Caput opponis & cuneo coniscans. Vnde & interim grati idiotis ioci, qualis est ille apud M. Tullium Puffio, qui cum maiore sorore cubitabat, & Flauius, qui cornicum oculos confixit, & pro Milone illud: Heus tu Rufcio, & Erutius Antonia ster. Id tamen in declamationibus est notabilius. Laudariq; me puero solebat, da patri panem, & in eodem etiã: canem pascis. Res quidem præcipue in scholis anceps, sed frequenter causa risus, nunc utiq; cum hæc exercitatio procul à ueritate seiuncta labore incredibili uerborum fastidio, ac sibi magnam partem sermonis absciderit. Cum sint autem uerba propria, ficta, translata, proprijs dignitatem dat antiquitas. Namq; & sanctiorem & magis admirabilem facit orationem, quibus non quilibet fuerat usus, eoq; ornamento acerrimi iudicij P. Vergilius unice est usus. Olli enim, & quianam, & mis, & pone, pellucent ad aspergendam illam, quæ etiam in picturis est grauissima, uetustatis & inimitabilem arti autoritatem. Sed utendum modo, nec ex ultimis tenebris repetenda. Satis est uetus, quæso quid necesse est dicere oppido, quo sunt usi paululum tempore nostro superiores? Vereor ut iam

non

† cum eo tonificans.
† in Timocratej dictis, de quo, qualis est i Cornutus

† admirabilem

A nõ ferat quisq;. Certe antigerio, cuius eadẽ significatio est, nemo nisi ambitiosus utetur. Aerumnas quid opus est: tanq; parũ sit si dicat, quod horridũ reor, tolerabile autumo. Tragicũ prolem dicendo, uniuersam eius profapiã, in sulsum. Quid multa: totus propè mutatus est sermo. Quædã tamen adhuc uetera uetustate ipsa gratius nitent, quædã etiã necessario interrim sumunt. † Emancipare, & fari, & multa alia etiã audiētibus grata inseri possunt, sed ita demũ, si nõ appareat affectatio. In qua mirifice Verg. Et Corinthiorum amator iste uerborum, Iste iste rhetor, nanq; quatinus totus Thucydides, † tyrannus, Atticæ febres, Tau Gallicum, minæ & spinæ, male illi sit, Ita omnia ista uerba miscuit fratri.

Cimber hic fuit, à quo fratrem necatũ hoc Ciceronis dicto notatũ est: Germanũ Cimber occidit. Nec minus noto Sallustius epigramate incessitur: Et uerba antiqui multum furate Catonis,

Chrispe Iugurthine conditor historiae.

Odiola cura. Nam est cuiuslibet facilis, & hoc pessima, quod rei studiosus, non uerba rebus aptauit, sed res extrinsecus arcessit, quibus hæc uerba conueniant. Fingere, ut primo libro dixi, Græcis magis concessum est, qui sonis etiam quibusdam, & affectibus non dubitauerunt nomina aptare, non alia libertate, quam qua illi primi homines rebus appellationes dederunt.

B Nostri autem in iungendo, aut deriuando paulum aliquid ausi, uix in hoc satis recipiuntur. Nam nemini iuuenis admodum inter Pomponiũ & Senecam etiam præfationibus esse tractatum, an gradus eliminat in tragœdia dici oportuisset. At ueteres ne expectorat quidem timuerunt. Et sanè eiusdem notæ est examinat. At in tractu & declinatione talia sunt, qualia apud Ciceronẽ beatitas & beatitudo, quæ dura quidem sentit, ueruntamen usu putat posse molliri. Nec à uerbis modo, sed à nominibus quoq; deriuata sunt quædam, ut à Cicerone † subuculatũ, & ab Asinio simbriatum, & figulatũ. Multa ex græco formata noua, ac plurima à Sergio † Flauioq;, quorũ dura quædam admodũ uidentur, ut ens & essentia: quæ cur tantopere aspernemur nihil uideo, nisi quod iniqui iudices aduersus nos sumus, ideoq; paupertate sermonis laboramus: Quædã tamen perdurant. Nam & quæ uetera nunc sunt, fuerunt olim noua. Et quædam in usu perquam recentia, ut Messala primus reatũ, munerariũ Augustus primus dixerunt. Reatũ nemo ante Messalã, munerariũ nemo ante Augustũ dixerat. Piraticã quoq; ut musicã & fabricã dici adhuc dubitabant mei præceptores. Fauorem, & urbanum Cicero noua credit. Nam & in epistola ad Brutũ: Eum, inquit, amorem, & eum (ut hoc uerbo utar) fauorem in consiliũ aduocabo, & ad Appiũ pulchrũ: Te hominẽ nõ solũ sapientẽ, uerũ etiã, ut nunc loquimur, urbanũ. Idem putat à Terentio primum dictũ esse obsequiũ, Cæcilius ad Sisennã, albenti cœlo. Ceruicẽ uidetur Hortensius

† Enuncupare

† Britannus

† conuenia

† sullatum

† Afranio. Dicitur quoq; quædam admodũ uidentur utraq; esse essentia.

C primus dixisse. Nā ueteres pluraliter appellabant. Audendū itaq;. Neq; em̄ accedo Celso, qui ab oratore uerba fingi uetat. Nam cū sint eorū alia, ut dicit Cicero, natiua, id est quę significata sunt primo sensu, alia reperta, quę ex his facta sunt, ut iam nobis ponere aliqua quę illi rudes homines primiq; fecerunt, fas non sit, deriuare, slectere, coniungere, quod natis postea concessum est, quando desijt licere? Et si quid periculosius sinxisse uidebimur, quibusdam remedijs præmuniendū est; ut ita dicam, si licet dicere, quodammodo, † Permittite mihi sic. Quod idem etiā in his quę licentius translata erunt, proderit, quę non tuto dici possunt. In quo non falli iudicium nostrum, sollicitudine ipsa manifestū erit. Qua de re græcū erit illud elegantissimum, quo præcipitur ita, *προεπιπλάσσει τῆ ὑπόθεσιν*. Translata probari nisi in contextu sermonis non possunt. Itaq; de singulis uerbis satis dictum, quę ut alio loco ostendi, per se nullā uirtutem habent. Sed ne inornata sunt quidem, nisi cum sunt infra rei de qua loquendum est dignitatem, excepto si obscena nudis nominibus enuntientur. Quod uiderint qui non putant esse uitanda, quia nec sit uox ulla natura turpis, & si qua est rei deformitas, alia quoq; appellatione quacunq; ad intellectum eundem nihilominus perueniat. Ego Romani pudoris more contentus, ut iam respondere talibus, uerecundiam silentio uindicabo. Iam hinc igitur ad coniuncti sermonis rationem transeamus. Cuius ornatus in hæc duo prima diuiditur, quam concipiamus elocutionem, quo modo efferamus. Nam primum est, ut liqueat augere quid uelimus, scilicet an minuere, concitate dicere an moderate, læte an seuerè, abundanter an presse, aspere an leniter, magnifice an subtiliter, grauitè an urbane. Tum quo translationis genere, quibus figuris, qualibus sententijs, quo modo, qua postremo collocatione id quod intendimus, efficere possimus. Cæterū dicturus quibus ornatur oratio, prius ea quę sunt huic contraria laudi attingam. Nam prima uirtus est uitio carere. Igitur ante omnia, ne speremus ornatam orationem fore, quę probabilis non erit. Probabile autem Cicero id dicit, quod non plus minus ue est quàm decet. Non quia comi expoliriq; nō debeat (nam & hæc ornatus pars est) sed quia uitium est ubiq; quod nimium est † Itaq; uult esse auctoritatem in uerbis, sententias uel graues, uel aptas opinionibus hominum ac moribus. His enim saluis, licet assumere ea quibus illustrum fieri orationem putat. Delectant translata, supralata, ad nomen adiuncta, duplicia, eadem significantia, atq; ab imitatione rerum non abhorrentia. Sed quoniam uitia prius demonstrare aggressi sumus, uel hoc uitium sit quod *κακὴ μίμνη* uocatur, siue mala consuetudine in obscenum intellectum sermo detortus est, ut ductare exercitus, & patrare bellū apud Sallustium, dicta sancte & antique ridentur à nobis, si dijs placet, quam culpam non scribentium quidem iudico, sed legentium, tamen uitanda, quatinus uerba honesta moribus perdidimus, & euincens etiam uitijs cedendum est, siue inunctura deformiter sonat, ut si cum hominibus notis loqui

† Permittite mihi, sicuti quidam, etiā in his

† Itaq; in nobis esse auctoritatem, in uerbis sententias

nos dicimus, nisi hoc ipsum hominibus mediū sit, in præfata uidemur incidere, quia ultima prioris syllabæ litera, quę exprimi nisi labris coeuntibus nō potest, aut interistere nos indecentissime cogit, aut continuata cū insequente, in naturam eius corrumpitur. Alię coniunctiones aliquid simile faciunt, quas persequi longum est, in eo uitio quod uitandum † dicimus, † scimus commorantes. Sed diuisio quoq; affert eandem iniuriam pudori, ut si inter capedinis nominatio casu quis utatur. Nec scripto modo id accidit, sed etiam sensu pleriq; obscene intelligere, nisi caueris cupiunt, ut apud Ouidiū: Quęq; latent meliora putat. ac ex uerbis quę longissime ab obscenitate absunt, occasione turpitudinis rapere. Siquidem Celsus cacophonon apud Vergiliū putat: Incipiūt agitata tumescere, quod si recipias, nihil loqui tutum est. Deformitati proximum est humilitatis uitium quod *ταπεινωσις* uocant, qua rei magnitudo uel dignitas minuit, ut † saxea est uerruca in summo montis uertice. Cui natura cōtrarium, sed errore par est, paruus dare excedentia modum nomina, nisi cum ex industria risus inde captat. Itaq; nec paricidam nequā dixeris hominē, nec de dicitum forte meretrici nefariū, quod alterū parū alterū nimium est. Proinde quædā hebes, sordida, ieiuna, tristis, ingrata, uilis oratio est. Quę uitia facillime fiunt manifesta cōtrarijs uirtutibus. Nam primum acuto, secundū nitido, tertium copioso, deinceps hilari, iucundo, accurato diuersum est. Vitanda & *μειωσις*, cum sermoni quidem deest aliquid, quo minus plenus sit, quanquam id obscuræ potius quàm inornatæ orationis uitium est. Sed hoc quoq; cum à prudentibus fit, schema dici solet, sicut *ταυτολογία*, id est, eiusdem uerbi, aut sermonis iteratio. Hæc enim, † quanquā nō magnopere summis autoribus uitata, interim uitium uideri potest, in quod sæpe incidit etiam Cicero securus tam paruæ obseruationis, sicut hoc loco: Non solum igitur illud iudicium iudicij simile iudices non fuit. Interim mutato nomine, *επαναληψις* dicitur, atq; est & ipsum inter schemata, quorum exempla illo loco reddam, quo uirtutes erunt. Peior hac *δμοιολογία* est, quę nulla uarietatis gratia leuat tædiū, atq; est tota coloris unius, quę maximeprehenditur carens arte oratoria. Eaq; & in sententijs, & figuris, & compositione longa, non animis solum, sed etiam auribus est ingratissima. Vitanda *μακρολογία*, id est longior quàm oporteat sermo, ut apud Liuium: Legati non impetrata pace retrò domum, unde uenerant, abierunt. Sed huic uicina periphrasis uirtus habetur. Est & *πλεονασμός* uitium, cum superuacuis uerbis onerat oratio: Ego meis oculis uidi. Satis est enim, uidi. Emendauit hoc etiā urbane in † Hircium Cicero: Cui cum in Pansam declamans, filium à matre decem mensibus in utero latum esse dixisset. Quid? alia, inquit, in penula solent ferre? Nonnunquam tamen illud genus, cuius exemplum priore loco posui, affirmationis gratia adhibetur: Vocemq; his auribus hausi. At uitium erit, quoties otiosum fuerit, & supererit, non cum adijcietur. Est etiam quę *περιγλία* uocatur, cum

† scimus

† saxea

† quanquā magnopere summis autoribus uitata, tamen uitium uideri potest

† Hircij causa Cicero, cū Pansam filium matris decem mensibus in utero dixisset

H

C superuacua (ut sic dixerim) operositas, ut à diligenti curiosus, & à religio-
ne superstitio distat. Atq; ut semel finiam, uerbum omne quod neq; intel-
lectum adiuuat, neq; ornatum, uitiosum, dici potest. κακόηλον, id est mala
affectatio, per omne dicendi genus peccat. Nam & tumida, & exilia, &
prædulcia, & abūdantia, & arcessita, & exultantia sub idem nomen cadūt.
Deniq; κακόηλον uocatur, quicquid est ultra uirutem, quoties ingeniū iudi-
cio caret, & specie boni fallitur, omniū in eloquentia uitiorum pessimum.
Nam cætera parum uitantur, hoc petitur. Est autem totum in elocutione.
Nam rerum uitia sunt stultum, cōmune, contrarium, superuacuum. Cor-
rupta oratio in uerbis maxime improprijs, redundantibus, cōprehensio-
ne obscura, compositione fracta, uocum similitum, aut ambiguarum puerili
captatione consistit. Est autem omne κακόηλον utiq; falsum, etiam si non
omne falsum κακόηλον, ut cum dicitur aliter quàm se natura habet, & quàm
oportet, & quàm fat est. Totidem autem generibus corrumpitur oratio,
quot ornatur. Sed de hac parte & in alio nostro opere plenius dictum
est, & in hoc sæpe tractabitur, & adhuc spargetur omnibus locis. Lo-
quentes enim de ornatu, subinde quæ sunt uitanda, similia uirtutibus ui-
tia, dicemus. Sunt inornata & hæc, quod male dispositum est, id ανοικονόμη-
τον: quod male figuratum, id ἀχίματον, quod male collocatum, id κακασύ-
θετον uocant. Sed de dispositione diximus, de figuris & compositione di-
cemus. κοινισμός quoq; appellatur quædam mixta ex uaria ratione lingua-
rum oratio, ut si Atticis, Dorica, Ionica, Aeolica, etiam dicta confundas.

D Cui simile uitium est apud nos, si quis sublimia humilibus, uetera nouis,
poëtica uulgaribus misceat. Id enim tale est monstrum, quale Horatius in
prima parte libri de Arte poëtica fingit:

Humano capiti ceruicem pictor equinam,

Iungere si uelit.

Et cætera ex diuersis naturis subiiciat.

Ornatum est quod perspicuo ac probabili plus est. Eius primi sunt gra-
dus in eo quod uelis † exprimendo concipiendocq;. Tertius qui hæc niti-
diora faciat, quod proprie dixeris cultum. Itaque ἐνέγχαση, cuius in præce-
ptis narrationis feci mentionem, quia plus est euidencia, uel ut alij dicunt,
representatio, † quàm perspicuitas, & illud quidē patet, hæc se quodam-
modo ostendit, inter ornamenta ponamus. Magna uirtus est res de qui-
bus loquimur, clare, atque ut cerni uideantur enunciare. Non enim satis
efficit, neq; ut debet plene dominatur oratio, si usq; ad aures uolet, atque
ea sibi iudex de quibus cognoscit, narrari credit, non exprimi, & oculis
mentis ostendi. Sed quoniam pluribus modis accipi solet, non equidē in
omnes eam particulas secabo, quarum ambitiose à quibusdam numerus
augetur, sed maxime necessarias attingam. Est igitur unum genus, quo
tota rerum imago quodammodo uerbis depingitur:

Constitit in digitos extemplo arrectus uterq;.

Et cætera,

quæ nobis illam pugilum congregantium aciem ita ostendunt, ut non

clarior

A clarior futura fuerit spectantibus. Plurimū in hoc genere sicut in cæteris
eminet Cicero. An quisquam tam procul à concipiendis imaginibus re-
rum abest, ut cum illa in Verrem legit: Stetit soleatus Prætor po. Ro. cum
pallio purpureo, tunicaq; talari, muliercula nixus in littore, nō solū ipsum
os intueri uideatur, & locum & habitum, sed quædam etiam ex his quæ
dicta non sunt sibi ipse astruat? Ego certe mihi cernere uideor, & uultū,
& oculos, & deformes utriusq; blanditias, & eorum qui aderant, tacitam
auerfationem, ac timidam uerecundiam. Interim ex pluribus efficitur illa
quæ conamur exprimere facies, ut est apud eundē (nanq; ad omniū ornan-
di uirtutum exemplū uel unus sufficiat) in descriptione cōuiuij luxuriosi:
Videbar uidere alios intrantes, alios uero exeuntes, quosdam ex uino ua-
cillantes, quosdam hesternæ potatione oscitantes. Humus erat immūda,
lutulenta uino, coronis languidulis, & spinis cooperta pisciū. Quid plus
uideret qui intrasset? Sic urbium captarum crescit miseratio. Sine dubio
enim qui dicit expugnatam esse ciuitatem, complectitur omnia quæcunq;
talis fortuna recipit, sed in affectus minus penetrat breuis hic uelut nun-
tius. At si aperias hæc quæ uerbo uno inclusa erant, apparebūt effusæ per
domos ac templa flammæ, & ruentium tectorū fragor, & ex diuersis cla-
moribus unus quidam sonus, aliorum fuga incerta, alij in extremo cōple-
xu suorum cohærentes, & infantium, foëminarumq; ploratus, & male us-
que in illum diem seruati fato fenes, tum illa profanorum sacrorumq; dire-
ptio, efferentium prædas repetentiumq; discursus, & acti ante suum quis-
que prædonem catenati, & conata retinere infantem suum mater, & sicu-
bi maius lucrū est, pugna inter uictores. Licet enim hæc omnia, ut dixi,
complectatur euersio, minus est tamen totum dicere quàm omnia. Conse-
quemur autem ut manifesta sint, si fuerint uerisimilia, & licebit etiam falso
affingere quicquid fieri solet. Contingit eadem claritas etiam ex acciden-
tibus:

Mihi frigidus horror

Membra quatit, gelidusq; coit formidine sanguis.

Et trepidæ matres pressere ad pectora natos.

Atq; huius summæ,

iudicio quidem meo, uirtutis facilima est uia. Naturam intueamur, hanc
sequamur. Omnis † elegancia circa opera uitæ est. Ad se refert quisq; quæ
audit, & id facillime accipiunt animi, quod cognoscunt. Præclare uero ad
inferendam rebus lucem repertæ sunt similitudines, quarū aliæ sunt quæ
probationis gratia inter argumenta ponuntur, aliæ ad exprimendam re-
rum imaginem compositæ, quod est huius loci propriū. Inde lupi ceu
Raptores atra in nebula. &: Misit aui similis, quæ circū littora, circū
Pisces scopulos humilis uolat æquora iuxta.

Quo in genere idem præcipue custodiendum, ne id quod similitudinis
gratia asciuius, aut obscurum sit, aut ignotum. Debet enim quod illu-
strandæ alterius rei gratia assumitur, ipsum esse clarius eo quod illuminat.
Quare Poëtis quidem permittamus sanè huiusmodi exempla:

H 2

† extrema epo-
tatione

† eloquentia

† quia perspicui-
tas et illud quod
patet, hoc

† in ea particu-
las locabo.

C Qualis ubi hybernā Lyciam Xanthiꝑ flucta
Deferit, aut Delon maternam inuisit Apollo.
Non idem decebit oratorē, ut occultis aperta demōstret. Sed illud quoꝑ
de quo in argumentis diximus, similitudinis genus ornat orationē, facitꝑ
sublimem, floridam, iucundam, mirabilem. Nam quo quæꝑ longius peti
ta est, hoc plus affert nouitatis, atꝑ inexpectata magis est. Illa uulgaria ui
deri possunt, & utilia tantū ad conciliandam fidem, ut terram cultu, sic ani
mum disciplinis meliorem uberioremꝑ fieri. Et ut medici ab alienata mor
bis membra præcidunt, ita turpes ac perniciosos, etiamsi nobis sanguine
cohæreant amputandos. Iam sublimius illud pro Archia: Saxa atꝑ solitu
dines uoci respondent, bestiaꝑ sæpe immanes cantu flectuntur, atꝑ consi
stunt, & cætera. Quod quidē genus à quibusdam declamatoria maxime
licentia corruptū est. Nam & falsis utuntur, nec illa his quibus tandem si
milis uideri uolunt, applicant, quorum utrunꝑ in his est, quæ me iuvene
ubiꝑ cantari solebant: Magnorum fluminum nauigabiles fontes sunt, &
generosioris arboris statim planta cum fructu est. In omni autem parabo
la, aut præcedit similitudo, & res sequitur, aut præcedit res, & similitudo
sequitur, sed interim libera & separata est, interim quod longe optimū est,
cum re cuius est imago, cōnectitur collatione inuicem respondente, quod
facit redditio contraria, quæ ἀνταποδοσις dicitur. Præcedit similitudo cuius
D modò feci mentionem: Inde lupi ceu Raptores atra in nebula.
Sequitur in primo Georgicōn post longam de bellis ciuilibus atque ex
ternis conquestionem:
Ut cum carceribus sese effudere quadrigæ,
Addunt se in spatia, & frustra retinacula tendens
Fertur equis auriga, necꝑ audit currus habenas. Sed hæc sunt
sine antapodosi. Redditio autem illa rem utranꝑ quam cōparat, uelut sub
ijcit oculis, & pariter ostendit. Cuius præclara apud Vergiliū multa re
perio exempla, sed oratorijs potius utendum est. Dicit Cicero pro Muræ
na: Ut aiunt in Græcis artificibus, eos aulædos esse, qui citharædi fieri nō
potuerunt: sic nos uidemus qui oratores euadere nō potuerunt, eos ad iu
ris studium deuenire. Illud pro eodem iam penè poëtico spiritu, sed tamē
cum sua redditione, quod est ad ornatum accommodatius. Nam ut tempe
states sæpe certo aliquo cœli signo commouentur, sæpe ex improuiso, nul
la ex certa ratione, obscura aliqua causâ concitantur, sic in hac comitiorum
tempestate populari sæpe intelligas, quo signo cōmota sit, sæpe ita obscu
rum est, ut sine causâ concitata uideatur. Sunt & illæ breues: Vagiꝑ per
syluas ritu ferarum. Et illud Ciceronis in Clodium: Quo ex iudicio uelut
ex incendio nudus effugit. Quibus similia possunt cuiꝑꝑ etiam ex quo
tidiano sermone succurrere. Huic subiacet uirtus non solū aperte ponen
di rem ante oculos, sed circūcise atꝑ uelociter. Ac meritò laudatur breui
tas integra, sed ea minus præstat quoties nihil dicit, nisi quod necesse est,

Βραχυς

A Βραχυλογία uocant, quæ reddetur inter schemata. Est uero pulcherrima, cū
plura paucis complectimur, quale illud Sallustij est: Mithridates corpo
re ingenti perinde armatus. Hoc male imitantes sequit̄ obscuritas. Vici
na prædictæ, sed amplior uirtus est ἐμφασίς, altiorem præbens intellectū,
quàm quem uerba per se ipsa declarant. Eius duæ sunt species, altera quæ
plus significat quàm dicit, altera quæ etiam id quod non dicit. Prior est &
apud Homerum, cum Menelaus Graios in equum ascendisse ait, nam uer
bo uno magnitudinem eius ostendit. Et apud Vergiliū:
Demissum lapsi per funem. Nam sic quoꝑ altitudo demonstrata
est. Idem Cyclopa cum iacuisse dicit per antrum, prodigiosum illud cor
pus spatio loci mensus est. Sequens positū est in uoce, aut omnino supres
sa, aut etiam abscissa. Supprimi uox, ut fecit pro Ligario Cicero: Quod
si in tanta fortuna bonitas tanta non esset, quam tu per te inquam obtines:
intelligo quid loquar. Tacuit enim illud quod nihilominus accipimus, nō
deesse homines qui ad crudelitatem eum impellant. Abscinditur per ἀπο
σιώπησιν, quæ quoniā est figura, reddetur suo loco. Est in uulgaribus quoꝑ
uerbis emphasis: Virum esse oportet, & homo est ille, & uidendum est. ¶ uiuendum
Adeò similis est arti plerunꝑ natura. Non tamen fatis eloquentiæ est, ca
de quibus dicat, clare atꝑ euidenter ostendere, sed sunt multi & uarij ex
colendæ orationis modi. Nam ipsa illa ἀφ᾽ ἑαῖς simplex & inaffectata habet
quendam purum, qualis etiam in fœminis amatur, ornatum. Et sunt quæ
dam uelut è tenui diligentia circa proprietatem significationemꝑ mundi
tiæ. Alia copia locuples, alia floribus læta, uirium nō unum genus. Nam
quicquid in suo genere satis effectum est, ualet: Præcipua tamen eius ope
ra δεινότης in exaggeranda indignitate, & in cæteris altitudo quædam: φαν
τασία inconcipiendis uisionibus, ἰεργασία in efficiendo uelut opere propo
sito, cui adijcitur ἐπεξεργασία repetitio probationis eiusdem, & cumulus ex
abundanti, ἐνέργεια cōfinis his est, ab agendo ducta, & cuius propria sit uir
tus non esse quæ dicuntur otiosa. Est & amarū quiddam, quod ferè in con
tumelia positum est, quale Cassij: Quid facies ¶ cum in bona tua inuasero?
hoc est cum te docuero nescire maledicere. Et acre, ut illud Crassi: Ego te
consulem putem, cum tu nō putes me senatorem? Sed uis oratoris omnis
in augendo minuendoꝑ consistit. Vtriꝑ parti totidem modi, ex quibus
præcipuos attingemus, reliqui similes erunt. Sunt autem positi in rebus
& uerbis. Sed quæ sit rerum inuentio ac ratio tractauimus, nunc quid elo
cutio attollat, aut deprimat, dicendum.

De Amplificatione.

CAP. IIII.



Rima est igit̄ amplificandi uel minuendi species in ipso rei no
mine, ut cū eum qui sit cæsus, occisum: cum qui sit improbus, la
tronē: contraꝑ eum qui pulsauit attigisse, qui uulnerauit, læsis
se dicimus. Vtriusque pariter exemplum est pro M. Cælio:
Si uidua libere, proterua petulanter, diues effuse, libidinosa meretricio

H 3

¶ cum enim ut
in bona tua in
uasero?

C more uiueret, adulterum ego putarem, si quis hanc paulò liberius salutasset: Nam & impudicam meretricem uocauit, & eum cui longior cum illa fuerat usus, liberius salutasse. Hoc genus increfcit, ac fit manifestius, si ampliora uerba cum ipsis nominibus, pro quibus ea posituri sumus, conferantur, ut Cicero in Verrem: Non enim furem, sed raptorem: non adulterum, sed expugnatorem pudicitiae: non sacrilegum, sed hostem sacrorum religionumque: non sicarium, sed crudelissimum carnificem ciuium sociorumque in uestrum iudicium adduximus. Illo enim modo, ut sit multum, hoc etiam plus ut sit, efficitur. Quatuor tamen maxime generibus uideo constare amplificationem, incremento, comparatione, ratiocinatione, congerie. Incrementum est potentissimum, cum magna uidentur etiam quae inferiora sunt. Id aut gradu uno fit, aut pluribus: per id uenitur non modo ad summum, sed interim quodammodo supra summum. Omnibus his sufficit uel unum Ciceronis exemplum: Facinus est uincire ciuem Ro. scelus uerberare, propè paricidium necare, quid dicam in crucem tollere? Nam & si tantum uerberatus esset, uno gradu increuerat, ponendo etiam id esse facinus, quod erat inferius. Et si tantum occisus esset, per plures gradus ascenderat. Cum uero dixerit propè paricidium necare, supra quod nihil est adiecit, quid dicam in crucem tollere? Ita cum id quod maximum est occupasset, necesse erat in eo quod ultra est uerba deficere. Fit & aliter supra summum adiectio, ut apud Vergilium de Lauso: Quo pulchrior alter

D Non fuit, excepto Laurentis corpore Turni. Summum est enim quo pulchior alter non fuit. Huic deinde aliquid supra positum est. Tertius quoque est modus, ad quem non per gradus itur, ut quod non est plus quam maximum, sed quo nihil maius est: Matrem tuam occidisti, quid dicam amplius? matrem tuam occidisti. Nam & hoc augendi genus est, tantum aliquid efficere, ut non possit augeri. Crescit oratio minus aperte, sed nescio an hoc ipso efficacius, cum citra distinctionem in contextu & cursu semper aliquid priore maius insequitur, ut de uomitu in Antonium Cicero: In coetu uero populi Ro. negotium publicum gerens, magister equitum. Singula incrementum habent, per se deforme, uel non in coetu uomere, in coetu etiam non populi, populi etiam non Romani, uel si nullum negotium ageret, uel si non publicum, uel si non magister equitum. Sed alius diuideret haec, & circa singulos gradus moraretur, hic in sublimi etiam currit, & ad summum peruenit, non nixu, sed impetu. Verum ut haec amplificatio in superiora tendit, ita quae fit per comparationem, incrementum ex minoribus petit. Augendo enim quod est infra, necesse est extollat id quod supra positum est, ut idem atque in eodem loco: Si hoc tibi inter coenam, & in illis immanibus poculis tuis accidisset, quis non turpe duceret? In coetu uero populi Ro. Et in Catilinam: Serui mehercle mei, si me isto pacto metuerent, ut te metuunt omnes ciues tui, domum meam relinquendam putarem. Interim proposito uelut simili exemplo efficiendum est,

A est, ut sit maius id quod a nobis exaggerandum est, ut idem pro Cluentio, cum exposuisset Milesiam quandam a secundis haeredibus pro abortu pecuniam accepisse: Quanto est, inquit, Oppianicus in eadem iniuria maiore supplicio dignus? Siquidem illa cum suo corpori uim attulisset, se ipsa cruciavit, hic autem illud idem effecit per alieni corporis uim atque cruciatum. Nec putet quisquam hoc, quantum est simile, illi ex argumentis loco quo maiora ex minoribus colliguntur, idem esse. Illic enim probatio petitur, hic amplificatio, sicut in Oppianico non id agitur: hic comparatione, ut ille male fecerit, sed ut peius. Est tamen quantum diuersarum rerum quaedam uicinia. Repetita atque hic quoque idem, quo sum illic usus, exemplum, sed non in eundem usum. Nam hoc mihi ostendendum est augendi gratia, non tota modo totis, sed etiam partes partibus comparari, sicut hoc loco: An uero uir amplissimus P. Scipio Pont. Max. Tib. Gracchum mediocriter labefactantem statum reipublicae priuatus interfecit, Catilinam orbem terrae caede atque incendio uastare cupientem nos consules perferemus? Hic & Catilina Graccho, & status reipublicae orbi terrarum, & mediocris labefactio caeli & incendijs & uastationi, & priuatus consulibus comparatur: quae si quis dilatare uelit, plenos per singula locos habeat. Quas dixi per ratiocinationem fieri amplificationes, uideamus an satis proprio uerbo signauerim. Nec sum in hoc sollicitus, dum res ipsa uolentibus discere appareat. Hoc sum tamen secutus, quod haec amplificatio alibi posita est, alibi ualet, ut aliud crescat, aliud augeatur, inde ad id quod extolli uolumus, ratio deducitur. Obiecturus Antonio Cicero merum & uomitum: Tu, inquit, istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate: Quid fauces & latera ad ebrietatem? minime sunt otiosa. Nam respicientes ad haec, possumus aestimare, quantum ille uini in Hippiae nuptijs exhauserit, quod ferre & coquere non posset illa gladiatoria corporis firmitate. Ergo si ex alio colligitur aliud, nec improprium, nec inusitatum nomen est ratiocinationis, ut quod ex eadem causa inter status quoque habemus, sic ex insequentibus amplificatio ducitur. Siquidem tanta uis fuerit uini erumpentis, ut non casum afferret, aut uoluntatem, sed necessitatem ubi minime deceret uomendi, & cibus non recens, ut accidere interim solet, redderetur, sed qui usque in posterum diem redundaret. Idem hoc hoc praestant quae antecesserunt. Nam cum Aeolus a Iunone rogatus

Cauum conuersa cuspidem montem
Impulit in latus, ac uenti uelut agmine facto, Qua data porta ruunt.
Apparet quanta sit futura tempestas. Quid? cum res atrocissimas, quasque in summam ipsi extulimus inuidiam, eleuamus consulto, quo grauiora uideantur quae secutura sunt, ut a Cicerone factum est, cum illa diceret: Leuia sunt haec in hoc reo crimina, metum uirgarum nauarchus nobilissimae ciuitatis pretio redemit, humanum est, alius ne securi feriretur, pecuniam dedit, usitatum est, nonne usus est ratiocinatione, qua colligerent

† ratiocinatione ducitur.

† Et fauces, & latera ad ebrietatem minime sunt otiosa.

C audientes, quantum illud esset quod inferebatur, cui comparata hæc humana uiderentur, atq; usitata? Sic quoq; solet ex alio aliud augeri, ut cum Annibalis bellicis laudibus ampliatur uirtus Scipionis. Et fortitudinem Gallorum Germanorūq; miramur, quo sit maior C. Cæsaris gloria. Illud quoq; est ex relatione ad aliquid, quod non eius rei gratia dictum uidetur amplificationis genus. Non putant indigum Troiani principes, Graios Troianosq; propter Helenę speciem tot mala, tanto temporis spatio sustinere, quæ nam igitur illa forma credenda est? Non enim hoc dicit Paris, qui rapuit, non aliquis iuuenis, aut unus è uulgo, sed scnes, & prudentissimi, & Priamo assidentes. Verum & ipse rex decennij bello exhaustus, amissis tot liberis, imminente summo discrimine, cui faciem illam ex qua tot lachrymarum origo fluxisset, inuisam atq; abominandam esse oportebat, & audit hæc, & eam filiam appellans iuxta se locat, & excusat etiam, atq; sibi esse malorū causam negat. Nec mihi uidetur in symposio Plato, cum Alcibiadem confitentem de se quid à Socrate pati uoluerit, narrat, ut illum culparet, hæc tradidisse, sed ut Socratis inuictā continentiam ostenderet, quæ corrumpi speciosissimi hominis tam obuia uoluntate nō posset. Quin ex instrumento quoq; heroum illorū magnitudo æstimanda nobis datur. Ad hoc pertinet clypeus Aiakis, & hasta Pelias Achillis. Qua uirtute egregie est usus in Cyclope Vergilius:

D Nam quod illud corpus mente concipiam, cuius
Trunca manum pinus regit? Quid? cum uix loriam duo
Multiplicē cōnixa humeris Ferrēt, quātus Demoleos, qui indutus eam
Cursu palantes Troas agebat?

Quid M. Tullius de M. Antonij luxuria tantū saltem fingere potuisset, quantum ostendit dicendo? Conchyliatis Cn. Pompeij peristromatis seruorum in cellis stratos lectos uideres. Conchyliata peristromata, & Cn. Pompeij, & in cellis seruorum nihil potest dici ultra, & necesse est tamen ultra infinito plus in domino cogitare. Est hoc simile illi quod Emphasis dicitur, sed illa ex uerbo, hoc ex re coniecturam facit, tantoque plus ualeat, quanto res ipsa uerbis est firmior. Potest ascribi amplificationi congeries quoq; uerborum, ac sententiarum idem significantium. Nam etiamsi non per gradus ascendant, tamen uelut aceruo quodam alleuantur. Quid enim tuus ille Tubero districtus in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? qui sensus erat armorū tuorum? quæ tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? Simile est hoc figuræ, quam *συναθροισμὸς* uocant. Sed illic plurium rerum est congeries, hic unius multiplicatio. Hęc etiam crescere solet uerbis omnibus altius atq; altius insurgētibus: Aderat ianitor carceris, carnifex Prætoris, mors terrorq; sociorum, & ciuium Romanorum, licitor Sextius. Eadem ferè est ratio minuendi. Nam totidem sunt ascendētibus quot descendētibus gradus. Ideoq; uno ero exemplo contentus eius loci, quo Cicero in

A Cicero in oratione Rulli hoc dicit: Pauci tamen qui proximi astiterāt, nescio quid illum de lege agraria uoluisse dicere suspicabantur. Quod si ad intellectum referas, minutio est: si ad obscuritatem, incrementū. Scio posse uideri quibusdam speciem amplificationis hyperbolen quoq;. Nam & hæc in utranq; partem ualeat, sed quia excedit hoc nomen, in tropos differenda est. Quos continuo subiungerem, nisi esset à cæteris separanda ratio dicendi, quæ constat non proprijs, sed translatis. Demus ergo breuiter hoc desiderio iam penè publico, nec omittamus eum quem pleriq; precipuum ac penè solum putant orationis ornatum.

De generibus Sententiarum. CAP. V.



B Sententiam ueteres quod animo sensissent uocauerunt. Id cum est apud oratores frequentissimum, tum etiam in usu quotidiano quasdam reliquias habet. Nam & iuraturi ex animi nostri sententia, & gratulantes ex sententia dicimus. Nō raro tamen & sic locuti sunt, ut sensa sua dicerent. Nam sensus corporis uidebantur, sed consuetudo iam tenuit, ut mente concepta sensus uocaremus, lumina autem, præcipueq; in clausulis posita, sententias, quæ minus crebra apud antiquos, nostris temporibus modo carent. Ideoq; mihi & de generibus earum, & de usu arbitror pauca dicenda. Antiquissime sunt quæ propriæ, quamuis omnibus idem sit nomen, sententiæ uocantur, quas Greci *γνώμας* appellant. Vtrūq; tamen nomen ex eo acceperunt, quod similes sunt consilijs atq; decretis. Est autem hæc uox uniuersalis, quæ etiam citra cōplexum causæ possit esse laudabilis. Interim ad rem tantū relata, ut, Nihil est tam populare quàm bonitas: Interim ad personā, quale est Afri Domitij: Princeps qui uult omnia scire, necesse habet multa ignoscere. Hanc quidā partem enthymematis, quidam initium aut clausulam epichirematis esse dixerunt, & est aliquādo simplex, ut ea quam supra dixi: aliquando ratione subiecta: Nam in omni certamine qui opulentior est, etiamsi accipit iniuriam, tamen quia plus potest, facere uidetur. Nonnunquam duplicem: Obsequiū amicos, ueritas odium parit. Sunt etiam qui decem genera fecerunt, sed eo modo quo fieri uel plura possunt, per interrogationē, comparationem, inficiationem, similitudinem, admirationem, & cætera huiusmodi. Per omnes enim figuras tractari potest. Illud notabile ex diuersis: Mors misera nō est, aditus ad mortem miser est. Ac recte quidem sunt tales: Tam deest auaro quod habet, quàm quod non habet. Sed maiorem uim accipiunt ex mutatione figuræ, ut, usq; adeo ne mori miserū est? Acrius enim hoc, quàm per se, mors misera non est. Et translatione à cōmuni ad propriū. Nam cum sit rectum, nocere facile est, prodesse difficile. Vehementius apud Ouidium Medea dicit: Seruare potui, perdere an possim rogas? Vertit ad personam Cicero: Nihil habet Cæsar nec fortuna tua maius, quàm ut possis: nec natura melius, quàm ut uelis seruare quamplurimos.

C Ita quæ erant rerum propria, fecit hominis. In hoc genere custodiendum est, & id quidem ubiq; ne crebræ sint, ne palàm falsæ, quales frequenter ab his dicuntur qui hæc catholica uocant, & quicquid pro causa uidetur, quasi indubitatum pronunciant, & ne passim, & à quocunq; dicantur. Magis enim decet eos, in quibus est autoritas, ut rei pondus etiam persona confirmet. Quis enim ferat puerum, aut adolescentulum, aut etiam ignobilem, si iudicet in dicendo, & quodammodo præcipiat? Enthymema quoq; est omne quod mente concipimus, proprie tamen dicitur, quæ est sententia ex contrarijs, propterea quod eminere uidetur inter cæteras, ut Homerus poeta, urbs Roma. De hoc in argumentis satis dictum est. Non semper autem ad probationem adhibetur, sed aliquando ad ornatum: Quorum igitur impunitas Cæsar tuæ clementiæ laus est, eorum te ipsorum ad crudelitatem acuet oratio: Non quia sit ratio dissimilis, sed quia iam per alia ut id iniustum appareret, effectum erat. Et addita in clausula est epiphonematis modò non tam probatio, quam extrema quasi insultatio. Est enim epiphonema rei narratæ, uel probatæ summa acclamatio:

† passim, & à quocunq; dicantur.

Epiphonema.

Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Facere enim probus adolescens periculose, quam perpeti turpiter maluit. Est & quod appellatur à nouis νόμιμα, qua uoce omnis intellectus accipi potest. Sed hoc nomine donarunt ea, quæ non dicunt, uerum intelligi uolunt, ut in eum quæ sæpius à ludo redemerat soror, agentem cum ea talionis quod ei pollicem dormienti recidisset: Eras dignus ut haberes integram manum. Sic enim auditur, ut depugnare. Vocatur aliquid & clausula, quæ si est quod conclusionem dicimus, & recte, & quibusdam in partibus necessaria est: Quare prius de facto uestro fateamini necesse est, quam Ligarij culpam ullam reprehendatis. Sed nunc illud uolunt, ut omnis locus, omnis sensus in fine sermonis feriat aurem. Turpe autem & prope nefas ducunt respirare ullo loco, qui acclamationem non petierit. Inde minuti corruptiq; sensiculi, & extra rem petiti. Neque enim possunt tam multæ sententiæ esse, quam necesse est multæ sint clausulæ. Iam hæc magis noua sententiarum genera ex inopinato, ut dixit Vibius Crispus in eum, qui cum loricatus in foro ambularet, prætendebat se id metu facere: Quis tibi sic timere permisit? Et insigniter Africanus apud Neronem de morte matris: Rogant te Cæsar Galliarum tuarum, ut felicitatem tuam fortiter feras. Sunt & aliò relata, ut Afer Domitius cum Cloantillam defenderet, cui obiectum crimen, quod uirum qui inter rebellantes fuerat, sepelisset, remiserat Claudius, in epilogo filios eius alloquens: Matrem tamen inquit, pueri sepelitate. Et aliunde petita, id est, in alium locum ex alio translata, ut pro Spathale Crispus, quam qui hæredem amator instituerat, decessit, cum haberet annos duodeuiginti. O hominem diuinum, qui sibi indulgit. Facit quasdam sententias sola geminatio, qualis est Senecæ in eo scripto, quod Nero ad senatum misit occisa matre, cum se peirclitatum uideri uellet: Saluum me esse adhuc nec credo, nec gaudeo. Melior

A Melior cum ex contrarijs ualet: Habeo quem fugiam, quem sequar non habeo. Quid? quod miser cum loqui non posset, tacere non poterat: Ea uero sit pulcherrima, cum aliqua comparatione clarescit. Trachallus contra Spathalen: Placent hæc ergo leges, diligentissimæ pudoris custodes, decimas uxoribus dari, quartas meretricibus iubent. Sed horum quidem generum & bonæ dici possunt & malæ. Illæ semper uitiosæ, uti uerbo, Patres conscripti, sic enim incipiendum est mihi, ut memineritis patrum. Peius adhuc quo magis falsum est & longius petitum. Contra eandem sororem gladiatoris, cuius modò feci mentionem: Ad digitum mihi pugnaui. Est etiam generis eiusdem, nescio an uitiosissimum, quoties uerborum ambiguitas cum rerum falsa quadam similitudine iungitur. Clarum autem iuuenis audiui, cum lecta in capite cuiusdam ossa sententiæ gratia tenenda matri dedisset: Infelicissima scemina nondum extulisti filium, & iam ossa legisti. Ad hoc pleriq; minimis etiã inuentiunculis gaudent, quæ excussæ risum habent inuentæ facie ingenij blandiuntur. De eo qui naufragus, & ante agrorum sterilitate uexatus, in scholis fingitur se suspendisse. Quæ nec terra recipit, nec mare, pædeat. Huic simile in illo de quo supra dixi, cui pater sua membra laceranti uenenum dedit. Qui hæc edit, debet hoc bibere. Et in luxuriosum, qui ἀποκαρτεσιον simulasse dicitur. Necte laqueum, habes quod faucibus tuis irascaris. Sume uenenum, decet luxuriosum bibendo mori.

B Alia uana, ut suadentis purpuratis, ut Alexandrum Babylonis incendio sepeliant. Alexandrum sepelio, hoc quisquam spectabit è tecto? quasi uero id sit in re tota indignissimum. Alia nimia, ut de Germanis dicentem quendam audiui: Caput nescio ubi impositum. Et de uiro forti: Bella umbone propellit. Sed finis non erit, si singulas corruptorum prosequar formas. Illud potius, quod est magis necessarium. Duæ sunt diuersæ opiniones, aliorum sententias solas penè spectantium, aliorum omnino damnantium, quorum mihi neutrum admodum placet. Densitas earum obstat inuicem, ut in satis omnibus fructibusque aruorum, quorum nihil ad iustam magnitudinem adulescere potest, quod loco in quem crescat, caret. Nec pictura in qua nihil circumlitum est, eminet. Ideoque artifices etiam cum plura in unam tabulam contulerunt, spatijs distinguunt, ne umbræ in corpora cadant. Facit res eadem concisam quoque orationem. Subsistit enim omnis sententia, ideoque post eam utique aliud est initium. Unde soluta ferè oratio, & è singulis non membris, sed frustis collata, structura caret, cum illa rotunda & undique circumcisa insisteret inuicem nequeant. Præter hoc etiã color ipse dicendi quilibet clarus, multis tamen ac uarijs uelut maculis conspergit. Porro ut affert lumen clarus loco insertus, ita certe neminem deceat intertextis pluribus notis uestis. Quare licet hæc & nitere, & aliquatenus extare uideantur, tamen & lumina illa non flammæ, sed scintillis inter fumum emicantibus similia dixeris, quæ ne apparent quidem, ubi tota lucet oratio, ut in sole sidera ipsa desinunt cerni, & quæ crebris paruicque conatibus se attollunt, in

† cuiusdam

† uaria

† arborum

† Porro ut affert lumen clarus & purpure loco inserte.

C æqualia tantum & uelut confragosa, nec admirationē consequuntur emia-
 † Huc quoq; accedit
 nentium, & planorum gratiam perdunt. † Hoc quoq; accidit, quod solas
 captanti sententias, multas necesse est dicere leucs, frigidas, ineptas. Nō
 enim potest esse delectus, ubi numero laboratur. Itaq; uideas & diuisionē
 † si tamē in clau-
 sula & male
 pronuncietur
 pro sententia poni, & argumentum, † si tantum in clausulæ calce pronun-
 tietur. Occidisti uxorem ipse adulter, non ferrem te etiam si repudiasles,
 diuisio est. Vis scire uenenum esse amatorium? uiueret homo nisi illud bi-
 † Hinc
 bisset, argumentum est. Nec multas pleriq; sententias dicunt, sed omnia
 tanquam sententias. † Huic quibusdam contrariū studium, qui fugiunt ac
 reformidant omnē hanc in dicendo uoluptatem, nihil probantes nisi pla-
 num, & humile, & sine conatu. Ita dum timent ne aliquando cadant, sem-
 per iacent. Quod enim tantum in sententia bona crimen est? non causæ
 † Hic quo idem
 prodest? nō iudicem mouet? non dicentem commendat? † At est quod-
 dam genus quo ueteres non utebantur. Et ad quam usq; nos uocatis uetu-
 statem? Nam si illam extremam, multa Demosthenes quæ ante eum ne-
 mo. Quo modo potest probare Ciceronem, qui nihil putet ex Catone
 Gracchisq; immutandum? Sed ante hos simplicior adhuc ratio loquendi
 fuit. Ego uero hæc lumina orationis, uelut oculos quosdam esse eloquen-
 tiæ credo. Sed neq; oculos esse toto corpore uelim, ne cetera membra suū
 officiū perdant. Et si necesse sit, ueterem illum horrorem dicendi malim,
 quam istam nouam licentiam. Sed patet media quædam uia, sicut in cultu
 † quare
 uictuq; accessit aliquis citra reprehensionē nitor, † quem sic ut possumus
 adiciamus uirtutibus. Prius tamen sit uitij carere, ne dum uolumus esse
 meliores ueteribus, simus tantum dissimiles. Reddam nunc, quam proxima-
 mam esse dixeram partem de tropis, quos motus clarissimi nostrorum au-
 tores uocant. Horum tradere præcepta & gramatici solent. Sed à me, cū
 de illorum officio loquerer, dilata pars hæc est, quia de ornatu orationis
 grauior uidebatur locus, & maiori operi seruandus.

De Tropis.

CAP. VI.

Tropus est uerbi uel sermonis à propria significatione in aliam
 cum uirtute mutatio. Circa quem inexplicabilis & grammati-
 cis inter ipsos, & philosophis pugna est, quæ sint genera, quæ
 species, qui numerus, quis cuiq; subijciatur. Nos omissis quæ
 nihil ad instituendum oratorem pertinent cauillationibus, necessarios ma-
 xime atq; in usum receptos exequemur, hoc modo in his annotasse con-
 tenti, quosdam gratia significationis, quosdā decoris assumi, & esse alios
 in uerbis proprijs, alios in translatis, uertiq; formas, nō uerborum modò,
 sed & sensuum, & compositionis. Quare mihi uidentur errasse, qui non
 alios crediderunt tropos, quam in quibus uerbum pro uerbo poneretur.
 Neq; illud ignoro, in iisdem ferè qui significandi gratia adhibent, esse &
 ornatum, sed nō idem accidet contrā, eruntq; quidam tantum ad speciem
 accommodati. Incipiamus igitur ab eo qui cum frequentissimus est, tum
 longe

A longe pulcherrimus, translatione dico, quæ μεταφορά grece uocatur. Quæ
 quidem cum ita est ab ipsa nobis concessa natura, ut indocti quoq; ac non
 sentientes ea frequenter utantur, tum ita iucunda atq; nitida, ut in oratio-
 ne quamlibet clara, proprio tamen lumine eluceat. Neque enim uulgaris
 esse, nec humilis, nec insuauis, recte modò ascita sit, potest. Copiam quoq;
 sermonis auget † permutando, aut mutuando, quæ nō habet, quodq; dif-
 ficilimum est, præstat ne ulli rei nomen deesse uideatur. Transfert ergo
 † permiscendo
 nomen, aut uerbum, ex eo loco in quo propriū est, in eum in quo aut pro-
 prium deest, aut translātū proprio melius est. Id facimus, aut quia neces-
 se est, aut quia significantius, aut, ut dixi, quia decentius. Vbi nihil horum
 præstabit, quod transferetur, impropriū erit. Necessitate rustici dicūt
 gemmam in uitibus. Quid enim dicerent aliud? & sitire segetes, & fru-
 ctus laborare. Necessitate nos durum hominem, aut asperum. Non enim
 proprium erat, quod daremus his affectibus nomen. Iam incensum ira, &
 inflammatum cupiditate, & lapsū errore, significādi gratia. Nihil enim
 horum suis uerbis, quam his accersitis magis proprium erat. Illa ad orna-
 tum, lumen orationis, & generis claritatem, & † concionum procellas, &
 † contentionum
 eloquentiæ flumina, ut Cicero pro Milone Clodium fontem gloriæ eius
 uocat, & alio loco segetem, ac materiam. Quædam etiam parum speciosa
 dictu per hanc explicantur:

B Hoc faciunt nimio ne luxu obtusior usus

Sit genitili aruo, & sulcos oblimet inertes.

In totum autem metaphora breuior est similitudo, eoq; distat, quod illa cō-
 paratur rei quam uolumus exprimere, hæc pro ipsa re dicitur. Compara-
 tio est cum dico fecisse quid hominem, ut leonem. Translatio, cum dico
 de homine, leo est. Huius uis omnis quadruplex maxime uidetur, cum in
 rebus animalibus aliud pro alio ponitur, ut de agitatore:

Gubernator magna contorsit equum uī. Et ut Liuius Scipionem à
 Catōe adlatrari solitū refert. Inanima pro alijs generis eiusdē sumunt, ut:
 Classiq; immittit habenas. Aut pro rebus animalibus inanima:
 Ferro an fato uirtus Argiuū occidit. Aut contrā:

Sedet inscius alto Accipiens sonitum saxi de uertice pastor.

Præcipueq; ex his oritur mira sublimitas, † quæ audaciæ proxima, pericu-
 † que audaci,
 lo translationis attollitur, cum rebus sensu carentibus actum quendam &
 † proxime pe-
 animos damus, qualis est: Pontem indignatus Araxes.
 † ricultū transla-
 Et illa Ciceronis: Quid enim tuus ille Tubero districtus in acie Pharsali-
 † tione attollitur

ca gladius agebat? Cuius latus ille mucro petebat? qui sensus erat armo-
 rum tuorum? Duplicatur interim hæc uirtus apud Vergilium:

Ferrumq; armare ueneno.

Nā & ueneno armare, & ferrū armare trāslatio est. Secant hæc in plures,
 ut à rationali ad rationale, & idem de irrationalibus, & hoc inuicem, qui-
 bus similis ratio est, et à toto & à partibus, sed iam nō pueris præcipimus,

C ut accepto genere species intelligere nō possint. Vt modicus autem atq; opportunus eius usus illustrat orationem, ita frequens & obscurat, & tædio complet. Continuus uero in allegoriā & ænigmata exit. Sunt quædā etiam humiles translationes, ut id de quo modò dixi, saxea est uerruca, & sordidæ. Non enim si Cicero recte sentinam Reipublicæ dixit, sceditatem hominum significans, idcirco probem illud quoq; uctris oratoris: Persecuisti Reipublicæ uomicas. Optimeq; Cicero demonstrat cauendum, ne sit deformis translatio, qualis est (nā ipsius eius utar exemplis) Castram morte Aphricani Remp. & stercus curiæ Glauciæ. Ne nimio maior, aut quod sæpius accidit, minor. Ne dissimilis, quorum exempla nimium frequenter deprehendet, qui scierit hæc uitia esse. Sed & copia quoq; modum egressa uitiosa est, præcipue in eadem specie. Sunt & duræ, id est à longinqua similitudine ductæ, ut:

Hor. in Od. 5.

Iuppiter hybernas cana niue conspuit alpes.

In illo uero plurimum erroris, quod ea quæ poëtis, qui & omnia ad uoluptatem referunt, & plurima uertere, etiam ipsa metri necessitate coguntur, permixta sunt, conuenire quidam etiam prosæ putant. At ego in agendo nec pastorem populi, autore Homero dixerim, nec uolucres pennis remigare, licet Vergilius in Apibus, ac Dædalo speciosissime sit usus. Meta-

D phora enim aut uacantem occupare locum debet, aut si in alicum uenit, plus ualere eo quem expellit. Quod aliquanto penè iam magis de synecdoche dicam. Nam translatio permouendis animis plerumq; & signandis rebus, ac sub oculos subiiciendis recepta est. Hæc uariare sermonem potest ut ex uno plures intelligamus, parte totum, specie genus, præcedentibus sequentia, uel contrā, omnia liberiora poëtis quam oratoribus. Nam prosa ut mucronem pro gladio, & tectū pro domo, recipiet, ita non puppim pro nauis, nec abietes pro tabellis. Et rursus ut pro gladio ferrum, ita non pro equo quadrupedem. Maxime autem in orando ualebit numerū illa libertas. Nam & Liuius sæpe sic dicit: Romanus prælio uictor, cū Romanos uicisse significat. Et contrā Cicero ad Brutū: Populo, inquit imposuimus, & oratores uisi sumus, cum de se tantum loqueretur. Quod genus non orationes modò ornat, sed etiam quotidiani sermonis usus recipit. Quidam σικελοειδης uocant, cum & id in cōtextu sermonis, quod tacetur, accipimus. Verbum enim ex uerbo intelligitur, quod inter uitia εικελοειδης uocatur:

tergo redditur aliud, & intelligitur aliud.

Mihi hanc figuram esse magis placet, illuc ergo reddet. Aliud etiam intelligitur ex alio: Aspice, aratra iugo referunt suspensa iuueni.

Vnde apparet noctem appropinquare. Id nescio an oratori conueniat, nisi in argumentando cū rei signū est. Sed hoc ab elocutionis ratione distat. Nec procul ab hoc genere discedit μεταωνυμία, quæ est nominis pro nomine positio, cuius uis est, pro eo quod dicitur, causam, propter quam dicitur, ponere. Sed ut ait Cicero hypallagen rhetores dicunt. Hæc in-

uenta

A uenta ab inuentore, & subiecta ab obtinentibus significat, ut:

Cerem corruptam undis. Et: Receptus
Terra Neptunus classes Aquilonibus arcet. Quod sit retrò durus. Refert autem inquantū dictus tropus oratorem sequatur. Nam ut Vulcanum pro igne uulgò audiuius, & uario Marte pugnatum, cruditus est sermo, & Venrem quàm coitum dixisse magis decet, ita Liberum & Cererem pro uino & pane licentius, quàm ut fori seueritas ferat. Sicut ex eo quod continet, id quod continetur, usus recipit, ut bene moratas urbes, & poculū epotum, & seculum felix. Ad id quod contrā est, raro audeat quis nisi poëta: Iam proximus ardet Vcalegon.

Horat. in Arte

Nisi fortè hoc potius est à possessore quod possidetur, ut hominem deuorari, cuius patrimonium consumitur, quo modo fiunt innumerabiles species. Huius enim sunt generis, cum ab Annibale cæsa apud Cannas sexaginta milia dicimus, & apud Tragicos ab Egilao, & carmina Vergilij uenisse, & uenire commeatus qui afferantur sacrilegium deprehensum, non sacrilegum, armorum scientiam habere, non artis. Illud quoq; & poëtis & oratoribus frequens, quo cum qui efficit ex eo quod efficitur ostendimus. Nam & carminum autores:

Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas,
Regumq; turres. Et:

B Pallentesq; habitant morbi, tristisq; senectus. Et orator, præcipientem iram, hilarem adolescentiam, segne otium dicit. Est etiam huic tropo quædam cum synecdoche uicinia. Nam dico uultus hominis pro uultu. Dico pluraliter quod singulare est, quod singulare est, pluraliter. Sed nō id ago, ut unum ex multis intelligatur (nam id est manifestū) sed nomen immuto, ut cum aurata tecta, aurea, pusillum † à uero discedo, † quia non est nisi pars auratura. Quæ singula persequi minutioris est curæ, etiā non oratorem instruētibus. *ΑΥΤΟΝΟΜΟΙΛΙΑ* quæ aliquid pro nomine ponit, poëtis † quoq; modo frequentissima, & per epitheton, quia detracto eo cui apponitur, ualeat pro nomine, Tytides, Pelides, & ex his quæ in quoq; sunt præcipua: Diuum pater atq; hominum rex.

† ab eo
† quia non est
pars aurature
† utroq;

Et ex factis quibus persona signatur:

Thalamo quæ fixa reliquit Impius.

Oratoribus etiam si rarus eius rei, nonnullus tamen usus est. Nam ut Tytiden & Peliden non dixerint, ita dixerunt † impium pro paricida. Euerforem quoq; Carthaginis & Numantiæ pro Scipione, & Romanæ eloquentiæ principem pro Cicerone posuisse non dubitēt. Cicero ipse certe usus est hac libertate. Non multa peccas, inquit, illo fortissimo uiro senior magister. Neutrum enim nomen positum est, & utrunq; intelligitur. *ΟΝΟΜΑΤΟΡΡΗΙΑ* quidē, id est fictio nominis, Græcis inter maximas habita uirtutes, nobis uix permittitur. Et sunt plurima ita posita ab his, qui sermonem primi fecerunt, aptantes affectibus uocē. Nam mugitus, & sibilus, & mur-

† impius & paricida

Cmur inde uenerunt. Deinde tanquam consummata sint omnia, nihil generare audemus ipsi, cum multa quotidie ab antiquis ficta moriantur. Vix illa quæ ἄγόμενα uocant, quæ ex uocibus in usum receptis quocumque modo declinantur, nobis permittimus, qualia sunt sullaturit, & proscripserit, atque laureati postes pro illo laurea coronati, ex eadem fictione sunt. Sed hoc feliciter et ualuit, at contra, uio pro eo infelicius. In Græcis obliuiscor coludum & c. dure etiam iungere uetamur qui toleranter uidere septentriones uidemur. Eo magis necessaria κατὰχρησις, quam recte dicimus abusionem, quæ non habentibus nomen suum, accommodat quod in proximo est, sic: Equum diuina Palladis arte Aedificant: & apud Tragicos: Et iam leo pariet, at pater est. Mille sunt hæc, & acetabula quicquid habet, & pyxides cuiuscumque materiae sunt, & paricida matris quoque aut fratris interfector. Discernendumque est hoc totum à translatione genus, quod abusio est, ubi nomen defuit, translatio ubi aliud fuit. Nam poetæ solent abusiue etiam in his rebus, quibus nomina sua sunt, uicinis potius uti, quod rarum in prosa est. Illa quoque quidam καταχρησις esse uolunt, cum pro temeritate uirtus, aut pro luxuria liberalitas dicitur. A quibus hæc quidem dissonantia sunt, quod in his non uerbum pro uerbo ponitur, sed res pro re. Neque enim putat quisquam & luxuriam & liberalitatem idem significare, uerum id quod fit, alius luxuriam esse dicit, alius liberalitatem, quamuis neutri dubium sit, hæc esse diuersa. Superest ex his quæ aliter significant, μεταλήψις, id est transumptio, quæ ex alio in aliud uelut uiam præstat, tropus & rarissimus, & maxime improprius, Græcis tamen frequentior, qui Centaurum Chirona, & ἕως θοῶς ὀφείας dicunt. Nos quis ferat, si Verrem suam, aut Lælium doctum nominemus? Est enim hæc in metalepsi natura, ut inter id quod transtertur sit medius quidam gradus, nihil ipse significans, sed præbens transitum, quem tropum magis affectamus, ut habere uideamur, quam ut ullo in loco desideremus. Nam eius frequentissimum exemplum est, Cano, canto, dico, ita cano, dico. Item est medium illud cano, nec diutius in eo morandum: nihil enim usus admodum uideo, nisi ut dixi in medijs. Cætera iam non significandi gratia, sed ad ornandam modò non augendam orationem assumuntur. Ornat enim ἐπιθεσις, quod recte dicimus appositum, à nonnullis sequens dicitur. Eo poetæ & frequentius & liberius utuntur. Namque illis satis est conuenire uerbo cui apponitur, & itaque dentes albi, & humida uina in his non reprehendimus. Apud oratorem, nisi aliquid efficitur, redundat. Tum autem efficitur, si sine illo quod dicitur minus est, qualia sunt: O scelus abominandum, O deformem libidinem. Exornatur autem res tota maxime translationibus, cupiditas effrenata, & infans substructiones. Et solet fieri alijs adiunctis epitheton tropis, ut apud Vergilium, Turpis egestas, & Tristis senectus. Verumtamen talis est ratio huiusce uirtutis, ut sine appositis nuda sit, & uelut incompta oratio, ne oneretur tamen multis. Nā fit longa & impedita, ut in quaestionibus eam iudices similem agmini

totidem

A totidem lixas habenti, quot milites quoque. In quo & numerus est duplex, nec duplum uirium, quanquam non singula modo, sed etiam plura uerba apponi solent, ut: Coniugio Anchisa Veneris dignate superbo. Sed hoc quoque modo duo uerba uni apposita, ne uersum quidem decuerint. Sunt autem quibus non uideatur hic omnino tropus, quia nihil ueritat. Necessè est enim semper ut id quod est appositum, si à proprio diuiseris, per se significet, & faciat antonomasiam. Nam si dicas: Ille qui Carthaginem & Numantiam euertit, antonomasia est: si adieceris, Scipio, appositum. Non potest ergo non esse iunctum. At ἀντιροπία, quam inuersionem interpretamur, aliud uerbis, aliud sensu ostendit, ac etiam interim contrarium. Prius, ut: O nauis referent in mare te noui Fluctus, o quid agis fortiter occupa Portum. Totusque etiam ille Horatii locus, quo nauim pro republica, fluctuum tempestates pro bellis ciuilibus, portum pro pace atque concordia dicit. Tale Lucretius: Inuia Pieridum peragro loca. Et Vergilius: Sed nos immensum spatium confecimus æquor. Et iam tempus equum spumantia soluere colla. Sine translatione uero in Bucolicis: Certe equidem audicram, qua se subducere colles Incipiunt, mollique iugum demittere cliuo

B Vsq; ad aquam, & ueteris contracta cacumina fagi, Omnia carminibus uestrum seruasse Menalcam. Hoc enim loco præter nomen cætera proprijs decisa sunt uerbis. Vtrum non pastor Menalcas, sed Vergilius est intelligendus. Habet usum talis allegoriæ frequenter oratio, sed raro totius, plerumque apertis permixta est. Tota apud Ciceronem talis: Hoc miror enim, quorū quēquam hominem ita pessundare alterum uerbis uelle, ut etiam nauem perforet, in qua ipse nauiget. Illud commixtum frequentissimum. Equidem cæteras tempestates & procellas in illis duntaxat fluctibus concionum semper Miloni putauit esse subcundas. Nisi adiecisset duntaxat fluctibus concionum, esset allegoria, nunc eam miscuit. Quo in genere & species ex arcessitis uerbis uenit, & intellectus ex proprijs. Illud uero longe speciosissimum genus orationis, in quo triū permixta est gratia, similitudinis, allegoriæ, & translationis. Quod fretum, quem Euripum, tot motus, tantas, tam uarias habere creditis agitationes, commutationes, fluctus, quantas perturbationes, & quantos æstus habet ratio comitiorum? Dies intermissus unus, aut nox interposita sæpe & perturbat omnia, & totam opinionem parua nonnumquam commutat aura rumoris. Nam id quoque in primis est custodiendum, ut quo ex genere coeperis translationis, hoc desinas. Multi autem, cum initium à tempestate sumpserunt, incendio aut ruina finiunt, quæ est inconsequenter rerum foedissima. Cæterum allegoria paruis quoque ingenijs & quotidiano sermone frequentissime seruit. Nam illa in agendis causis iam

Lucret. lib. 4.
Georg. 2.

K

C detrita, pedem conferre, & iugulū petere, & sanguinē mittere, inde sunt, nec offendunt tamen. Est enim grata in eloquendo nouitas & commutatio, & magis inopinata delectant. Ideoq; iam in his amissimus modum, & gratiam rei nimia coaptatione consumpsimus. Est in exemplis allegoria, si non prædicta in oratione ponantur. Nam ut Dionysium Corinthi esse, quo Græci omnes utunt, ita plura similia dici possunt. Hæc allegoria quæ est obscurior, ἀνιγμὰ dicitur, uitium meo quidem iudicio, siquidem dicere dilucide, uirtus, quo tamen & poëtæ utuntur:

Dic quibus in terris, & eris mihi magnus Apollo,

Tris pateat cœli spatium nō amplius ulnas.

Et oratores nonnunquam ut Cæcilius: Quadrantariam Clytemnestram, & in triclinio coam, & in cubiculo nolam. Nanq; & nūc quædam soluuntur, & tum erant notiora cum dicerentur, & ænigmata sunt tamen, nec ea nisi quis interpretetur intelligas. In eo uero genere quo contraria ostenduntur, εἰρωνεία est, illusionem uocant, quæ aut pronuntiatione intelligitur, aut persona, aut rei natura. Nam si qua earum uerbis dissentit, apparet diuersam esse orationi uoluntatem, quanquam in plurimis id tropis accidit, ut interfit quid de quo dicatur. Quia, quod dicitur alibi, uerū est, aut laudi simulatione detrahere, aut uituperationi laude cōcessum est. Quale est, quod C. Verres Prætor urbanus, homo sanctus & diligens, suboritionē eius in eo die nō ha-

D beret. Et contrā: Oratores uisi sumus, & populo imposuimus. Aliquando cum risu quodam cōtraria dicuntur his, quæ intelligi uolunt, quemadmodum in Clodiū: Integritas tua te purgauit, mihi crede, pudor eripuit, uita antea cta seruauit. Præter hæc usus est allegoriæ, ut tristitia dicamus melioribus uerbis, aut bonæ rei gratia quædā contrarijs significemus, aliud textu, quæ & enumerauimus. Hæc si quis profecto ignorat, quibus Græci nominibus appellēt, σαρκασμῶν, ἀσατισμῶν, ἀντιφρασιῶν, ἰσομίας, dici sciat. Sunt etiam qui hæc nō species allegoriæ, sed ipsa tropos dicūt, acri quidē ratione, quod illa obscurior sit, & in his omnibus aperte appareat qd uelimus. Cui accedit hoc quoq; , quod genus cum diuiditur in species, nihil habet propriū, ut arboris species sunt pinus, & olea, & cupressus, & ipsius per se nulla proprietas. Allegoria uero habeat aliquid propriū, quod quo modo fieri potest, nisi ipsa species est: Sed ad utendū nihil refert. Adicit his μικτηρισμῶς, simulatus quidē, sed nō latens derisus. Pluribus aut uerbis, cū id quod uno aut paucioribus certe dici potest, explicat, ἰσίστασις uocant, circuitū loquendi, qui nōnunq; necessitatē habet, quoties dictu deformia operit, ut Sallust. Ad requisita naturæ. Interim ornatū petit solum, qui est apud poëtās frequentissimus, ut: Tempus erat quo prima quies mortæ libus ægris. Incipit, & dono diuūm gratissima serpit. Et apud oratores nō rarus, semper tamē astrictior. Quicquid em̄ significari breuius potest, & cum ornatu latius ostenditur, ἰσίστασις est, cui nomen latine datum est, non sanē orationis aptum uirtuti, circumlocutio. Verum hæc ut cum

decorem

A decorem habet, periphrasis, ita cum in uitium incidit, περιωρολογία dicitur. Obstat enim quicquid nō adiuuat. ὑπερβατορ quoq; id est, uerbi transgressionem, quam frequenter ratio comparitionis & decor poscit, non immerito inter uirtutes habemus. Fit em̄ frequentissime aspera, & dura, & dissoluta, & hians oratio, si ad necessitatem ordinis sui uerba redigantur, & ut quodq; oritur, ita proximis etiam si uinciri non potest alligetur. Dissimulanda igitur quædam & præsumenda, atq; ut in structuris, lapidū impositiorum loco quo quisq; conuenit ponendus. Non enim recidere ea, nec polire possumus, quæ coagmentata se magis iungant, sed utendū his qualia sunt, eligendæq; sedes. Nec aliud potest sermonem facere numerosum, quam opportuna ordinis mutatio. Necq; alio, κατέβηκε χείρας εἰς περιαιᾶ, Platōis inuenta sunt quatuor illa uerba, quibus in illo pulcherrimo operum in Piræum descendisse significat, plurimis modis scripta, quod eum quoque maximi facere experiretur. Verum id cum duobus uerbis fit. ἀνατροφή dicitur, reuersio quædam, qualia sunt uulgò, mecum, secū, apud Romanos oratores & historicos. Quibus de rebus cum decoris gratia contrahitur longius uerbum, proprie hyperbati tenet nomen, ut Animaduerti iudices omnem accusatoris orationē in duas diuisam esse parteis. Nam in duas partes diuisam esse, rectum erat, sed durum, & incomptum poëtis, qui etiam uerborum diuisionem faciunt, & transgressionem:

B Hyperboreo septem subiecta trioni, quod oratio nequaquam recipiet. At id quidem est propter quod cū dicitur tropus fit, quia cōponendus est de duobus intellectibus. Alioqui ubi nihil ex significatione mutatum est, & structura sola uariatur, figura potius uerborū dici potest, sicut multum ex his narrationē longis mutant hyperbatis. Ex confusis quæ uitia accidunt, suo loco dicamus. ὑπερβολῆς audacioris ornatus summo loco posui. Est hæc dementiens superiectio. Virtus eius ex diuerso par augendi atq; minuendi fit pluribus modis: Aut enim plus facto dicimus, sicut: Vomens, fructis esculentis gremium suum, & totum tribunal impleuit.

Geminiq; minantur,

In cœlum scopuli.

Aut res per similitudinem attollimus:

Credas innare reuulsas

Cyclades.

Aut per comparisonem, ut:

Fulminis ocyor alis.

Aut signis quasi quibusdā,

Illam uel intactæ segetis per summa uolaret

Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas.

Vel translatione,

ut ipsum illud uolaret. Crescit interim hyperbole alia insuper addita, ut Cicero in Antoniū dicit: Quæ Charybdis tam uorax? Charybdim dico, quæ si fuit, fuit animal unum. Oceanus mediusfidius uix uidetur tot res, tam dissipatas, tam distantibus in locis positas, tam citò absorbere potuisse. Exquisitam uero figuram huius rei deprehendisse apud principem lyricorum Pindarum uideor, in libro quem inscripsit ὑμνους. Is nanq; Herculis impetum aduersus Meropas, qui in insula Co dicuntur habitasse, nō igni, nec uentis, nec mari, sed fulmini dicit similem fuisse, ut illa minora,

C hoc par esset. Quod imitatus Cicero illa composuit in Verrem: Versabatur in Sicilia longo interuallo, non Dionysius ille, nec Phalaris (tulit enim illa quondam insula multos & crudeles tyrannos) sed nouum quoddam monstrum ex uetere illa immanitate, quæ in isdem uersata locis dicitur. Non enim Charybdim tam infestam, nec Scyllam nauibus, quàm istum in eodem freto fuisse arbitror. Nec pauciora sunt genera minuendi: Vix ossibus hærent. Et quod Cicero in quodam ioculari libello: Fundum Varro uocat quem possim mittere funda,

Ni tamen exciderit, qua caua funda patet.

Sed huius quoque rei seruetur mensura quædam, quamuis est enim omnis hyperbole ultra fidem, non tamen esse debet ultra modum, nec alia magis uia in κακοζυλία itur. Piget referre plurima hinc orta uitia, cū præsertim minime sint ignota & obscura. Monere satis est mentiri hyperbolen, nec ita ut mēdacio fallere uelit. Quo magis intuendū est quousque deceat extollere, quod nobis nō creditur. Peruenit hæc res frequentissime ad risum, qui sit aptus est, urbanitatis: sin aliter, stultitig nomen assequitur. Est autem in usu uulgò quoque, & inter ineruditos, & apud rusticos, uidelicet quod natura est omnibus augendi res, uel minuēdi cupiditas insita, nec quisquam uero contentus est. Sed ignoscitur, quia non affirmamus. Tum est hyperbole uirtus, cum res ipsa de qua loquendum est, naturalem modū excessit.

D Conceditur enim amplius dicere, quia dici quantū est, non potest, meliusque ultra, quàm citra stat oratio. Sed de hac satis, quia eundem locū plenius in eo libro quo causas corruptæ eloquentiæ reddebamus, tractauimus.

M. FABII QVINTILIA

NI DE INSTITVTIONE ORATORIA
LIBER NONVS.

In quo differant Figura à Tropis. CAP. I.



M sit proximo libro de tropis dictū, sequitur pertinens ad figuras, quæ schemata græce uocantur, locus, ipsa rei natura coniunctus superiori. Nam plerique has tropos esse existimauerunt, quia siue ex hoc duxerint nomen, quod sint formati quodam modo, siue ex eo quod uertat orationem, unde & motus dicuntur, fatendum erit esse utrunque eorum etiam in figuris. Vt ut quoque est idem. Nam & uim rebus adiiciunt, & gratiā præstant. Nec desunt qui tropis figuræ nomen imponant, quorum est C. Aratorius Proculus. Quin adeo similitudo manifesta est, ut eam discernere non sit in promptu. Nam quo modo quædam in his species planè distant, manente tamen generali illa societate, quod utraque res à recta & simplici ratione cum aliqua dicendi uirtute deflectitur, ita quædam perquam tenui limite

A limite diuiduntur, ut cum ironia tam inter figuras sententiæ, quàm inter tropos reperiat. περιφραση autem, & υπερβαση, & ονοματοποιια, & επιθεση, clari quoque autores figuras uerborū, potius quàm tropos dixerunt. Quo magis signanda est utriusque rei differentia. Est igitur tropus sermo à naturali & principali significatione translatus ad aliam, ornandæ orationis gratia, uel (ut plerique grammatici finiūt) dictio ab eo loco in quo propria est, translata in eum, in quo propria non est. Figura, sicut nomine ipso patet, conformatio quædam orationis remota à cōmuni & primum se offerente ratione. Quare in tropis ponuntur uerba alia pro alijs, ut in μεταφορα, μεταωνμια, & ανωνομασια, μεταλιψα, σωειδοχη, καταχησια, αλληγορια, υπερβολη plerumque. αλληγορια namque & rebus fit & uerbis, ονοματοποιια fictio est nominis. Ergo hoc quoque pro alijs ponitur, quibus usuri fuimus, si illud non fingeremus. περιφραση, etiam si frequenter & id ipsum in cuius locum assumitur, nomen complecti solet, utitur tamen pluribus pro uno. επιθεση quoniam plerumque habet antonomasiæ partem, coniunctione eius fit tropus. In υπερβαση commutatio est ordinis. Ideoque multi tropis hoc genus eximunt. Transfert tamen uerbum, aut partem eius à suo loco in alienū. Horum nihil in figuras cadit. Nam & proprijs uerbis, & ordine collocatis fieri figura potest. Quomodo autem ironia alia sit tropi, alia schematis, suo loco reddam. Nominem enim fateor esse cōmune. Hæc scio quàm multiplicem habeant, quamque scrupulosam disputationem, sed ea non pertinet ad præsens meum propositum.

B Nihil enim refert quomodo appelletur utrumlibet eorum, si quid orationi prodest, apparcat. Nec mutatur uocabulis uis rerum. Et sicut homines si aliud acceperunt quàm quod habuerant nomen, idem sunt tamen, ita hæc de quibus loquimur, siue tropi, siue figuræ dicentur, idem efficient. Non enim nominibus profunt, sed effectibus, ut statum coniecturalem, an infirmam, an facti, an substantiæ, an de substantia nominemus, nihil interest, dum idem quæri sciamus. Optimum ergo in his sequi maxime recepta, & rem ipsam quocumque appellabitur modo intelligi. Illud tamen notandum, coire frequenter in eisdem sententias, & tropos, & figuram. Tam enim translatis uerbis, quàm proprijs figuratur oratio. Est autem non mediocri inter autores dissensio, & quæ uis nominis eius, & quot genera, & quàm multæ sint species. Quare primum intuendum est quid accipere debeamus figuram. Nam duobus modis dicitur: Uno, qualiscumque forma sententiæ, sicut in corporibus, in quibus quoquo modo sunt composita, utique habitus est aliquis: Altero, quo proprie schema dicitur, in sensu uel sermone aliqua à uulgari et simplici specie cū ratione mutatio, sicut nos sedemus, incubimus, respicimus. Itaque cum in eisdem casus, aut tempora, aut numeros, aut etiā pedes, cōtinuò quis aut certe nimiū frequenter incurrit, præcipere solemus uariādas figuras esse uitandæ similitudinis gratia. In quo ita loquimur, tanquam omnis sermo habeat figuram. Itemque eadem figura dicimus cursitare, qua lectitare, id est eadē ratione declinari. Quam

Cre illo intellectu priore & cōmuni nihil nō figuratum est. Quo si contenti
 †caelio sumus, non immeritō Apollodorus, si tradenti Caelio credimus, incom-
 †accipi prehensibilia partis huius praecepta existimauit. Sed si habitus quidā, &
 bit, quod sit à simplici ac in promptu posito dicendi modo poëticae uel ora-
 torie mutatum. Sic enim uerum erit, aliam esse orationē ἀρχιμῆτρῖον, id est
 carentē figuris, quod uitiū nō inter minima est, alia ἐχρημάτισον, id est, fi-
 guratam. Verum id ipsum anguste tamen & Caelius terminauit, qui id so-
 lum putauerit schema, quo aliud simulatur dici quā dicitur. Sanē uulgō
 quocq; sic accipi scio. Vnde & figuratae controuersiae quaedam, de quibus
 †notata paulō post dicam, uocantur. Ergo figura sit arte aliqua † nouata forma di-
 cendi. Genus eius unum quidam putauerunt, in hoc ipso diuersas opinio-
 nes secuti. Nam hi quia uerborū mutatione sensus quocq; uerterēt, omnes
 figuras in uerbis esse dixerunt. Illi quia uerba rebus accommodarentur,
 omnes in sensibus. Quarū utraq; manifesta cauillatio est. Nam ut eadem
 dici solent aliter atq; aliter, manetq; sensus elocutione mutata, ita & figura
 sententiae, plures habere uerborū figuras potest. Illa est em̄ posita in concipi-
 enda cogitatione, hāc in enuncianda, sed frequentissime coeunt, ut in
 hoc: Iamiam Dolobella neq; me tui, neq; tuorum liberūm. Nam oratio à
 iudice auersa, in sententia iamiam, & liberūm, in uerbis sunt schemata. In-
 †D ter plurimos enim, quod sciam, consensum est duas eius esse partes, διανοίας,
 id est mentis uel sensus uel sententiarum, nam his omnibus modis dictum
 est: & λέξεως, id est uerborum, uel dictionis, uel elocutionis, uel sermonis,
 uel orationis. Nam & uariatur, & nihil refert. Cornelius tamen Celsus
 adhaec uerbis & sententijs figuras colorum, nimia profectō cupiditate du-
 ctus. Nam quis ignorasse eruditum alioqui uirum credat colores & sen-
 tentias sensuum esse? Quare sicut omnem orationē, ita figuras quocq; uer-
 sari necesse est in sensu & in uerbis. Vt uero natura prius est cōcipere ani-
 mo res quā enunciare, ita de his figuris antē loquendū est quae ad men-
 tem pertinent, quarū quidem utilitas tum magna, tum multiplex, in nullo
 non orationis opere uel clarissime elucet. Nam etsi minime uidetur perti-
 nere ad probationem qua figura quicq; dicatur, facit tamen credibilia que
 dicimus, & in animos iudicum qua non obseruatur irrepit. Nanq; ut in ar-
 morum ceramine, & aduersos ictus, & rectas ac simplices manus tum ui-
 dere, tum etiam cauere ac propulsare facile est, auersae tectaeq; minus sunt
 obseruabiles, & aliud ostendisse quā petas artis est: sic oratio quae astu
 caret, pondere, mole, & impulsu praeliatur. Simulanti uariantiq; conatus,
 †incutere in latera atq; in terga †incurrere datur, & arma aduocare, & uelut †nutu fal-
 †tinctu lere. Iam uero affectus nihil magis ducit. Nam si frons, oculi, manus mul-
 tum ad motum animorum ualent, quanto plus orationis ipsius uultus ad
 id quod intendimus efficere compositus? Plurimum tamen ad cōmenda-
 †motibus tionem facit, siue in conciliandis agentis †moribus, siue ad promerendum
 actioni

A actioni fauorem, siue ad leuandum uarietate fastidiū, siue ad quaedam uel
 decentius indicanda uel tutius. Sed antequam quae cuiq; rei figura conue-
 niat ostendo, dicendum est nequaquam esse tam multas, quā sint à qui-
 busdam constitutae. Neq; enim me mouent nomina illa quae fingere utiq;
 Graecis promptissimū est. Ante omnia igitur illi qui totidem figuras pu-
 tant quot affectus, repudiandi, non quia affectus non sit qualitas quaedam
 mentis, sed quia figura, quā nō cōmuniter, sed proprie nominamus, nō sit
 simplex rei cuiuscunq; enuntiatio. Quapropter in dicendo irasci, dolere,
 misereri, timere, confidere, contemnere, non sunt figurae, nō magis quā
 suadere, minari, rogare, excusare. Sed fallit parum diligenter intuentes,
 quod inueniūt in omnibus his locis figuras, & earum exempla ex oratio-
 nibus excerpunt. Neq; enim pars ulla dicendi est, quae non recipere eas
 possit. Sed aliud est admittere figuram, aliud figuram esse. Neq; enim ue-
 rebor explicandae rei gratia frequentiorē eiusdem nominis repetitionem.
 Quare dabunt mihi aliquam in irascente, deprecante, miserante figuram,
 scio, sed nō ideo irasci, misereri, deprecari figura erit. Cicero quidē omnia
 orationis lumina in hunc locum congerit, mediam quandam, ut arbitror,
 secutus uiam, ut nec omnis sermo schema iudicaretur, nec ea sola quae ha-
 berent aliquam remotam ab usu cōmuni fictionem, sed quae essent clarissi-
 ma, & ad mouendum auditorem ualerent plurimum, quem duobus ab eo
 †B libris tractatum locum ad literam subieci, ne fraudarem legentes iudicio
 maximi auctoris. In tertio de Oratore ita scriptum est: In perpetua autem
 oratione, cum & coniunctionis lenitatem, & numerorum, quam dixi, ra-
 tionem tenuerimus, tum est quasi luminibus distinguenda & frequentan-
 da omnis oratio sententiarum atque uerborum. Nam & commoratio una
 in re permultum mouet, & illustris explanatio rerum, atq; quasi gerantur
 sub aspectum penē subiectio, quae & in exponenda re plurimum ualet, &
 ad illustrandum id quod exponitur, & ad amplificandū, ut his qui audi-
 ent illud quod augebimus, quantum efficere oratio poterit, tantum esse ui-
 deatur. Et huic contraria saepe praecisio est, & ad plus intelligendū quā
 dixeris significatio, & †distincte apud Cicer. legitur. †conueniens
 iuncta illusio, à praeceptis Caesaris non abhorrens, & ab re digressio: in
 qua cū fuerit delectatio, tū reditus ad rem aptus, et cōcinnus esse debet,
 propositioq; quid sis dicturus, et ab eo qd est dictū seiunctio, et reditus ad
 propositū, & iteratio, & rationis apta cōclusio, tum augendi minuendi ue
 causa ueritatis superlatio, atq; traiectio, et rogatio, atq; huic finitima quasi
 percontatio, expositioq; sententiae suae, tū illa quae maxime quasi irrepit in
 hominū mentes, alia dicentis ac †simulantis †simulantis
 †significantis dissimulatio, quae est periu-
 cunda cū in orationis nō cōtentione, sed sermone tractat. Deinde dubita-
 tio, tū distributio, tū correctio, uel antē uel postq; dixeris, uel cū aliquid à
 teipso reijcias. Premunitio est etiā ad id qd aggrediare, & reiectio in aliū,
 cōmunicatio, quae est quasi cū his ipsis apud quos dicas, deliberatio, mo-

C rum ac uitæ imitatio, uel in personis, uel sine illis magnum quoddam ornamentum orationis, & aptum ad animos conciliandos uel maxime, sæpe autem etiam ad commouendos. Personarum ficta inductio, uel grauissimum lumen augendi, descriptio, erroris inductio, ad hilaritatē impulsio, aut occupatio, cum duo illa quæ maxime mouēt, similitudo & exemplum, digestio, interpellatio, contentio, reticentia, commendatio, uox quædam libera, atq; etiam effrenator augendi causa, iracūdia, obiurgatio, promissio, deprecatio, obsecratio, declinatio, breuis à proposito, non ut superior illa digressio, purgatio, conciliatio, læsio, optatio, atq; execratio. His ferè luminibus illustrant orationem sententiæ. Orationis autē ipsius tanquam armorum, est uel ad usum comminatio & quasi petitio, uel ad uenustatem ipsam tractatio. Nam & geminatio uerborum habet interdum uim, leporem aliās, & paululū immutatū uerbum atq; deflexum, & eiusdem uerbi crebra tum à primo repetitio, tum in extremū conuersio, & in eadem uerba impetus & concursio, & adiunctio, & progressio, & eiusdem uerbi crebrius positi quædam distinctio, & reuocatio uerbi, & illa quæ similiter delinunt, aut quæ cadunt similiter, aut quæ paribus paria referūt, aut quæ sunt inter se similia. Est etiam gradatio quædam & conuersio, & uerborū continua transgressio, & contrariū & dissolutum, & declinatio, & reprehensio, & exclamatio, & imminutio, & quod in multis casibus ponitur, &

D quod de singulis rebus propositis ductū refertur ad singula, & ad propositū ratio subiecta, & itē in distributis supposita ratio, & promissio, & rursus alia dubitatio, & improuissum quiddam, & dinumeratio, & alia correctio, & disputatio, & continuatum, & interruptum, & imago, & sibi ipsi responsio, & immutatio, & disunctio, & ordo, & relatio, & digressio, & circumscripcio. Hæc enim sunt ferè, atq; horum similia, uel plura etiam esse possunt, quæ sententijs orationem, uerborumq; conformationibus illuminent. Eadem sunt in oratore plurima, non omnia tamen, & paulo magis distincta, quia post orationis & sententiarum figuras, tertiū quendam locum subiecit ad aliās, ut ipse ait, quasi uirtutes dicendi pertinentem. Et reliqua ex collatione uerborum, quæ sumuntur quasi lumina, magnum afferunt ornatū orationi. Sunt enim similia illis quæ in amplo ornatu scenæ aut fori appellantur insignia, non quia sola ornent, sed quod excellant. Eadem ratio est horum quæ sunt orationis lumina, & quodam modo insignia, aut cum duplicantur iteranturq; uerba, aut breuiter cōmutata ponuntur, aut ab eodem uerbo ducitur sapius oratio, aut in idem conijcitur, aut in utrunq; aut adiungitur idem iteratum, aut idem ad extremum refertur, aut continenter unum uerbum non in eadem sententiā ponitur, aut cum similiter uel cadunt uerba, uel desinunt, aut cum multis modis contrarijs relata contraria, aut cum gradatim sursum uersus tenditur, aut cū demptis coniunctionibus dissolute plura dicuntur, aut cum aliquid prætereuntes cur id faciamus ostendimus, aut cū corrigimus nosmetipsos quasi reprehendentes

† promissio

† tenditur

A hendentes, aut si est aliqua exclamatio, uel admirationis uel conquestionis, aut cum eiusdem nominis casus, sæpius commutantur. Sententiarum maiora ornamenta sunt, quibus quia frequentissime Demosthenes utitur, sunt qui putent idcirco eius eloquentiam maxime esse laudabilem. Enim uero nullus ferè ab eo locus sine quadam cōformatione sententiæ dicitur, nec aliud quicquam est dicere, nisi omnes, aut certe plerasq; aliqua specie illuminare sententias. Quas cum tu optime Brute teneas, quid attinet nominibus uti, aut exemplis? tantummodo notetur locus. Sic igitur dicit ille quem expetimus, ut uerset sæpe multis modis eadem, & in una re hæreat, in eademq; commoretur sententiā. Sæpe etiam ut extenuet aliquid, sæpe ut irrideat, aut declinet à proposito, deflectatq; sententiā, ut proponat quid diciturus sit, ut cū transegerit iam aliquid definiat, ut se ipse reuocet, ut quod dixerit iteret, ut argumentum ratione concludat, ut interrogando urgeat, ut rursus quasi ad interrogata sibi ipse respondeat, ut contra ac dicat, accipi & sentiri uelit, ut addubitet quid potius, aut quō modo dicat, ut diuidat in partes, aut aliquid relinquat, ut negligat, ut ante præmuniat, ut in eo ipso in quo reprehendatur, culpam in aduersarium conferat, ut sæpe cum his qui audiunt, nonnunquam etiam cum aduersario quasi deliberet, ut hominum mores sermonesq; describat, ut muta quædam loquentia inducat, ut ab eo quod agitur auertat animos, ut sæpe in hilaritatem risum uel cōuertat, ut ante occupet quod putat opponi, ut comparet similitudines, utatur exemplis, ut aliud alijs tribuens dispertiat, ut interpellatorem coercet, ut aliquid reticere se dicat, ut denūtiat quid caueat, ut liberius quid audeat, ut irascatur etiam, ut obiurget aliquando, ut deprecetur, ut supplicet, ut medeatur, ut à proposito declinet aliquantulum, ut optet, ut excretur, ut fiat his apud quos dicit familiaris, atq; aliās etiam dicendi quasi uirtutes sequatur breuitatem, si res peret. Sæpe etiam rem dicendo subijciet oculis, sæpe supra feret rem quàm ferri possit, significatio sæpe erit maior quàm oratio, sæpe hilaritas, sæpe uitæ naturarūq; imitatio. Hoc in genere (nam quasi syluam uides) omnis eluceat oportet eloquentiæ magnitudo.

De Figuris Sententiarum.

CAP. II.



Ergo cui latius complecti conformationes uerborū ac sententiarum placuerit, habet quod sequat, nec affirmare ausim quicquam esse melius, sed hæc ad propositi mei rationē legat. Nam mihi de his sententiarum figuris dicere in animo est, quæ ab illo simplici modo indicandi recedunt, quod idem multis doctissimis uiris uideo placuisse. Omnia tamen illa, etiam quæ sunt alterius modi lumina, adeo sunt uirtutes orationis, ut sine his nulla intelligi uere possit oratio. Nam quo modo iudex doceri potest, si desit illustris explanatio, propositio, promissio, finitio, seiunctio, expositio, sententiæ siue rationis apta conclusio, præmunitio, similitudo, exemplum, digestio, distributio, interpellatio, interpellantis cōertio, contentio, purgatio, læsio? Quid uero agit

L

C omnino eloquentia detractis amplificandi minuendiq; rationibus? Quorum prior desiderat illam plus quam dixeris significationem, id est *εὐφρασίαν*, & superlationem ueritatis, & traiectionem. Hæc altera extenuatione deprecationemq;. Qui affectus erunt uel concitati, detracta uoce libera, effrenatiore iracundia, obiurgatione, optatione, execratione: uel illi mitiores, nisi adiuuantur commendatione, conciliatione, ad hilaritatem impulsione? Quæ delectatio, aut quod mediocriter saltem docti hominis indicium, nisi alia repetitione, alia commoratione infigere, digredi à re, & redire ad propositum suum scierit, remouere à se, in alium traicere, quæ relinquenda, quæ contemnenda sunt iudicare? Motus est in his orationis atq; actus, quibus detractis iacet, & uelut agitante corpus spiritu caret. Quæ cum adesse debent, tum disponenda atq; uarianda sunt, ut auditorẽ, quod in fidibus fieri uideamus, omni sono permulceant. Verũ ea plerumq; recta sunt, nec se fingunt, sed confitentur. Admittunt autem, ut dixi, figuras, quod uel ex proximo doceri potest. Quid enim tam commune quam interrogare, uel percontari? Nam utroq; utimur indifferenter, cum alterũ noscendi, alterum arguendi gratia uideatur adhiberi. At ea res utrocunq; modo dicatur, etiam multiplex habet schema. Incipiamus enim ab his quibus acrior & uehementior fit probatio, quod primo loco posuimus. Simplex est sic rogare:

D Sed uos qui tandem, quibus aut uenistis ab oris? Figuratum autem, quoties non sciscitandi gratia assumitur, sed instandi: Quid enim tuus ille Tubero districtus in acie Pharsalica gladius agebat? Et: Quousque tandem abutere Catilina patientia nostra? Et: Patere tua consilia non sentis? Et totus deniq; hic locus. Quanto enim magis ardet, quam si diceretur: Diu abuteris patientia nostra. Et: Patent tua consilia. Interrogamus etiam quod negari nõ possit. Dixit ne tandem causam Caius Fidiculanus Facula? Aut ubi respondendi difficilis est ratio, ut uulgo uti solemus. † Quomodo? qui fieri potest? Aut inuidiæ gratia, ut Medea apud Scncam: Quas peti terras iubes?

† Quomodo quidem fieri potest

Aut miseracionis, ut Sinon apud Vergilium: Heu quæ me tellus, inquit, quæ me æquora possunt Accipere? Aut instandi, & auferendæ dissimulationis, ut Asinius: Audis ne, furiosum inquam non inofficiosum testamentũ reprehendimus. Totum hoc plenum est uarietatis. Nam & indignationi conuenit:

Aeneid. 1. Et quisquam numen Iunonis adoret? Et admirationi: Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames?

Et interim acrius imperandi genus: Non arma expedient, totaq; ex urbe sequentur. Et ipsi nosmet rogamus, quale est illud Terentianum: Quid igitur faciam?

Est

A Est aliqua etiam in respondendo figura, cum aliud interroganti, ad aliud quia sic utilius sit, occurrit, tum augendi criminis gratia, ut testis in reum rogatus, an ab reo fustibus uapulasset: Innocens inquit. Tum declinandi quod est frequentissimum. Quæro an occideris hominem, respondetur, latronem. An fundum occupaueris, respondetur meum, ut confessionem præcedat defensio. Ut apud Vergilium in Bucolicis dicenti:

Non ego te uidi Damonis pessime caprum Excipere insidijs, Occurritur: An mihi cantando uictus non redderet ille?

Cui est confinis dissimulatio, non alibi quam in risu posita, ideoq; tractata suo loco. Nam serid si fiat, pro confessione est. Cæterũ etiam interrogandi seipsum, & respondendi sibi solent esse non ingratae uices, ut Cicero pro Ligario: Apud quem igitur hæc dico? nempe apud eum qui cum hoc sciret, tamen me antequam uidit, reipublice reddidit. Aliter pro Cælio ficta interrogatione: Dicet aliquis: Hæc igitur est tua disciplina? Sic tu instituis adolescentes? & totus locus, deinde: Ego si quis iudices hoc robore animi, atq; hac indole uirtutis, ac cõtinentiæ fuit, & cætera. Cui diuersum est, cum alium rogaueris, non expectare responsum, & statim subijcere: Domus tibi deerat? at habebas: pecunia superabat? at egebas, quod schema quidam per † subiectionem uocant. Fit & cõparatione. Vter igitur fa-

† suggestionem

B tius, tum de una re, tum de pluribus. Mire uero in causis ualet præsumptio, quæ prolepsis dicitur, cũ id quod obijci potest occupamus. Id neq; in alijs partibus parum est, & præcipue pro cõmicio conuenit. Sed quanquam generis unius, diuersas tamen species habet. Est enim quædam præmunicio, qualis Ciceronis contra Q. Cæcilium, quod ad accusandũ descendat qui semper defenderat. Quædam confessio, ut pro Rabirio Posthumo, quem sua quoq; sententia reprehendendũ fateretur, quod pecuniam regi creditur. Quædam prædictio, ut: Dicam enim non augendi criminis gratia. Quædam emendatio, ut: Rogo ignoscatis mihi si longius sum euectus. Frequentissima præparatio, cũ pluribus uerbis, uel quare facturi quid simus, uel quare fecerimus dici solet. Verborum quoq; uis ac proprietates confirmatur uel præsumptione: Quanquam illa non pœna, sed prohibitio sceleris fuit: aut reprehensione: Ciues inquam, si hoc eos appellari nomine fas est. Affert aliquam fidem ueritatis & dubitatio, cum simulamus quærere nos, unde incipiendum, ubi desinendum, quid potissimum dicendum, an omnino dicendum sit, cuiusmodi exemplis plena sunt omnia. Sed unum interim sufficit: Equidẽ quod ad me attinet, quò me uertam nescio: Negem fuisse infamiam iudicij corrupti? & cætera. Hoc etiam in præteritũ ualet. Nam & dubitasse nos fingimus. A quo schemate nõ procul abest illa quæ dicitur cõmunicatio, cum aut ipsos aduersarios consulimus, ut Domitius Afer pro Cloantilla: At illa nescit trepida, quid liceat foeminae, quid coniugem deceat, forte uos in illa † solitudine obuios casus miseræ mulieri

† solitudine

C obtulit, tu frater, uos paterni amici, quod consilium datis? Aut cum iudicibus quasi deliberamus, quod est frequentissimū: Quid suadetis, & uos interrogo, quid tandem fieri oportuit? ut Cato: Cedo, si uos in eo loco essetis, quid aliud fecissetis? Et alibi: Communem rem agi putatote, ac uos huic rei præpositos esse. Sed nonnunquam communicantes aliquid inexpectatum subiungimus, quod & per se schema est, ut in Verrem Cicero: Quid deinde? quid censetis? furtum fortasse, aut prædam aliquam? Deinde cum diu suspendisset iudicum animos, subiecit quod multò esset improbius. Hoc Celsus sustentationem uocat. Est autem duplex. Nam contra, frequenter cum expectationem grauissimorum fecimus, † ad aliquid quod sit leue, aut nullo modo criminofum, † descendimus. Sed quia nō tantum per communicationem fieri solent, ἀπολογίαι alij nominauerunt, id est inopinatum. Illis non accedo, qui schema esse existimant, etiam si quid nobis ipsis dicamus inexpectatum accidisse, ut Pollio: Nunquam fore credidi iudices, ut reo Scauro nequid in eius iudicio gratia ualeret precarer. Est penè idem fons illius, quam permissionem uocant, qui cōmunicationis, cum aliqua ipsis iudicibus relinquimus æstimanda, aliqua nonnunquam aduersarijs quoque, ut Caluus Vatinius: Perfrica frontem, & dic te digniorē, qui Prætor fieres, quàm Catonem. Quæ uero sunt augendis affectibus accommodatæ figuræ, cōstant maxime simulatione. Namque & irasci nos, & gaudere, & timere, & admirari, & dolere, & indignari, & optare, quæque sunt similia his, fingimus. Inde sunt illa: Liberatus sum, respirauī, & bene habet, & quæ amentia est hæc? Et: O tempora, o mores, o miserum me, consumptis enim lachrymis, infixus tamen pectori hæret dolor. Et: Magnæ nunc hircite terræ. Quod exclamationem quidam uocant, ponuntque inter figuras orationis. Hæc quoties uera sunt, nō sunt in ea forma de qua nunc loquimur, sed assimilata & arte composita proculdubio schemata sunt existimanda. Quod idem dictum sit de oratione libera, quæ Cornificius licentiam uocat, Græci ἀνεπίσημοί. Quid enim minus figuratum, quàm uera libertas? Sed frequenter sub hac facie latet adulatio. Nam Cicero cum dicit pro Ligario: Suscepto bello Cæsar gesto iam ex parte magna, nulla ui coactus, consilio ac uoluntate mea, ad ea arma profectus sum, quæ crant contra te sumpta. Non solum ad utilitatem Ligarij respicit, sed magis laudare uictoris clementiam nō potest. In illa uero sententia: Quid autē aliud egimus Tubero, nisi ut quod hic potest, nos possemus? admirabiliter utriusque partis facit bonam causam, sed hoc cum demeretur cuius mala fuerat. Illa adhuc audaciora, & maiorum, ut Cicero existimat, lateant, fictiones personarum, quæ προσωποποιία dicuntur. Mire namque tum uariant orationem, tum excitant. His etiam aduersariorum cogitationes, uelut secum loquentium protrahimus, quæ tamen ita demum à fide non abhorrent, si ea locutos finxerimus, quæ cogitasse eos non sit absurdum. Et nostros cum alijs sermones, & aliorum inter se credibiliter introducimus,

† aliquid
† defendimus

A mus, suadendo, obiurgando, quærendo, laudando, miserando personas idoneas damus. Quin deducere deos in hoc genere dicendi, & inferos excitare, concessum est. Vrbes etiam populique uoces accipiunt. Ac sunt quidam qui has demum προσωποποιίας dicant, in quibus & corpora & uerba fingimus. Sermones hominum assimilatos dicere διωλόγους malunt, quàm quod Latinorum quidam dixerunt, sermocinationem. Ego iam recepto more utrunque eodem modo appellauī. Nam certe sermo fingi non potest, ut nō personæ sermo fingatur. Sed in his quæ natura nō permittit, hoc modo mollior sit figura. Etenim si mecum patria, quæ mihi uita mea multò est charior, si cuncta Italia, si omnis respublica, sic loquatur: Marce Tulli quid agis? Illud audacius genus: Quæ tecum Catilina sic agit, & quodammodo tacita loquitur. Nullū iam aliquot annis facinus extitit nisi per te. Commode etiam apud nos aliquas ante oculos esse rerum † personarum uel imaginum fingimus, aut eadē aduersarijs, aut iudicibus nō accidere miramur, qualia sunt: Videtur mihi, & : nōne uidetur tibi? Sed magna quædam uis eloquentiæ desideratur. Falsa enim & incredibilia natura necesse est aut magis moueant, quia supra uera sunt: aut pro uanis accipiantur, quia uera nō sunt. Ut dicta autem quædam, ita scripta quoque fingi solent, quod facit Asinius pro Liburnia: Mater mea, quæ mihi tum charissima, tum dulcissima fuit, mihi uixit, bisque eadem die mihi uitam dedit, & reliqua, deinde, exhæres esto. Hæc tum per se figura est, tum duplicatur, quoties sicut in hac causa ad imitationem alterius scripturæ componitur. Nam contra recitabatur testamentum: P. Nouanius Gallio, cui ego omnia meritissimo uolo, & debeo, pro eius animi in me summa uoluntate, & a diectis deinde alijs, hæres esto. Incipit esse quodammodo ἀπολογία, quod nomen ductum à canticis ad aliorum similitudinem modulatis, abusiue etiam in uersificationis ac sermonum imitatione seruatur. Sed formas quoque fingimus sæpe, ut famam Vergilius, uoluptatem ac uirtutem, quemadmodum à Xenophonte traditur, Prodicus, ut mortem ac uitam, quas contendentes in Satyra tradit Ennius. Est & incertæ personæ ficta oratio: Hic aliquis, &. Dicat aliquis. Est & iactus sine persona sermo: Hic Dolopum manus, hic sæuus tendebat Achilles.

Quod sit mixtura figurarum, cum προσωποποιία accedit illa, quæ est orationis per detractionem, detractum est enim, quis diceret. Vertitur interim προσωποποιία in speciem narrandi. Vnde apud historicos reperiuntur obliquæ allocutiones, ut in Titi Liuij primo statim libro: Vrbes quæque ut cætera ex infimo nasci, deinde † quæ sua uirtus ac dii iuuent, magnas opes sibi, magnū nomen facere. † Auerfus quoque à iudice sermo, qui dicitur ἀπολογία, mire mouet, siue aduersarios inuasimus: Quid enim tuus ille Tubero in acie Pharsalica gladius agebat? Siue ad inuocationem aliquam conuertimur: Vos enim iam ego Albani tumuli atque luci. Siue ad inuidiosam implorationem: Oleges Porciæ, legesque Sempronianæ.

† personarum
uocum
imagines

† quos sua uirtus
ac dii iuuent
runt
† Auerfus quoniam
sermonis
qui dicitur

C Sed illa quoque uocat auersio, quæ à proposita questione abducit audientem: Non ego cum Danais Troianam excindere gentem Aulide iuravi. Quod fit & multis & uarijs figuris, cum aut aliud expectasse nos, aut maius aliquid timuisse simulamus, aut plus uideri posse ignoratibus, quale est proœmium pro Cælio: Illa uero (ut ait Cicero) sub oculos subiectio tum fieri solet, cum res non gesta indicatur, sed ut sit gesta ostenditur, nec uniuersa, sed per partes, quem locum proximo libro subiecimus euidentiæ. Et Celsus hoc nomen isti figuræ dedit, ab alijs *ὑπερπώσις* dicitur, proposita quædam forma rerum ita expressa uerbis, ut cerni potius uideatur quam audiri: ipse inflammatus scelere ac furore in forum uenit, ardebant oculi, toto ex ore crudelitas emicabat. Nec solū quæ facta sint aut fiant, sed etiā quæ futura sint aut futura fuerint, imaginamur. Mire tractat hæc Cicero pro Milone, quæ facturus fuerit Clodius si Præturam inuasisset. Sed hæc quidem translatio temporū, quæ proprie *μετάστασις* dicitur, *ὑποπώσις* uerecūdiior apud priores fuit. Proponebant enim talia: Credite uos intueri, ut Cicero: Hæc quæ non uidistis oculis, animis cernere potestis. Noui uero, & præcipue declamatores audacius, nec me hercules sine motu quodam imaginantur, ut Seneca in controuersia, cuius summa est, quod pater filium & nouercam inducente altero filio in adulterio deprehēsos occidit: Duc, sequor. Accipe hanc senilem manū, & quocumque uis imprime. Et paulo post: Aspice inquit, quod diu nō credidisti. Ego uero non uideo, nox oboritur, & crassa caligo. Habet hæc figura manifestius aliquid. Non enim narrari res, sed agi uidetur. Locorum quoque dilucida & significas descriptio eidem uirtuti assignatur à quibusdam, alij *ὑποχρησία* dicunt, *εἰρωνεία* inueni qui dissimulationem uocarent, quo nomine, quia parum totius huius figuræ uidentur uires ostendi, nimirum sicut in plerisque, Græca erimus appellatione cōtenti. Igitur *εἰρωνεία* quæ est schema, ab illa quæ est tropus, genere ipso nihil admodū distat. In utroque enim contrarium ei quod dicitur intelligendum est. Species uero prudentius intuenti diuersas esse, facile est deprehendere. Primum quod tropus apertior est, & quanquam aliud dicit ac sentit, non tamen aliud simulat. Nam & omnia circa ferè recta sunt, ut illud in Catilinam: A quo repudiatus ad sodalem tuum uirum optimū Metellum demigrasti. In duobus demum uerbis est ironia, ergo etiam breuior est tropus. At in figura totius uoluntatis fictio est apparens magis quam confessa, ut illic uerba sint uerbis diuersa, hic sensus sermoni, & ioci, & tota interim causæ confirmatio. Tum etiam uita uniuersa ironiam habere uidetur, qualis est uita Socratis. Nam ideo dictus *εἰρων*, id est, agens imperitum, & admirator aliorum tanquam sapientium, ut quemadmodum *ἀλλυγορία* facit continua *μεταφορά*, sic hoc schema faciat troporū ille contextus. Quædam uero genera huius figuræ nullam cum tropis habent societatem, ut illa statim prima quæ dicitur à negado, quam nonnulli uocant *ἀπέφασιν*. Non agam tecu iure summo:

non

A non dicam quod forsitan obtinerem. Et: Quid ego istius decreta? quid rapinas? quid hæreditatū possessiones datas? quid ereptas proferam? Et: Mitto illam primam libidinis iniuriam. Et: Ne illa quidem testimonia recito quæ dicta sunt de sestertijs & septingentis milibus. Et: Possum dicere. Quibus generibus per totas interim quæstiones decurrimus, ut Cicero: Hoc ego si sic agerem tanquam mihi crimen esset diluendum, hæc pluribus dicerem. *εἰρωνία* est & cum similes imperantibus uel permittentibus sumus: I, sequere Italiam uentis. Et cum ea quæ nolumus uideri in aduersarijs esse, cōcedimus eis. Id acrius fit, cum eadem in nobis sunt, & in aduersario non sunt: Meque timoris Argue tu Drance, quando tot cædis acruos Teucrorum tua dextra dedit. Quod idem contra ualeat, cum aut ea quæ à nobis absunt, aut etiam quæ in aduersarios recidunt, quasi fatemur. Me duce Dardanius Spartam expugnauit adulter. Nec in personis tantū, sed & in rebus uersatur hæc cōtraria dicendi, quam quæ intelligi uelis, ratio: ut totum pro Q. Ligario proœmium, & illæ eleuationes, uidelicet: O dij boni. Scilicet is superis labor est. Et ille pro Oppio locus: O amorem mirum, O beneuolentiā singularem. Non procul autem absunt ab hac simulatione tres inter se similes: Confessio nihil nocitura, qualis est: Habes igitur Tubero quod est accusatori maxime optandū, confitentem reum: Et concessio, cum aliquid etiam iniquum uidemur causæ fidutiā pati: Metu uirgarum nauarchus nobilissimæ ciuitatis pretio se redemit, humanum est. Et pro Cluentio de inuidia: Domine in cōcionibus, iaceat in iudicijs. Tertia consensio, ut pro eodem: Iudicium esse corruptum. Hæc euidentior figura est, cum alicui rei assentimur, quæ est futura pro nobis. Verū id accidere sine aduersarij uitio non potest. Quædam etiam uel laudamus, ut Cicero in Verrem circa crimen Apronij Drepanitani: Gaudeo etiam siquid ab eo abstulisti, et abs te nihil rectius factum esse dico. Interim augemus crimina, quæ ex facili aut diluere possumus, aut negare, quod est frequentius, quam ut exemplum desideret. Interim hoc ipso fidem detrahimus illis, quod sint tam grauiā, ut pro Roscio Cicero, cum immanitatē paricidij, quanquam per se manifestam, tamen etiam ui orationis exaggerat. *ἀποσιωπησις*, quam etiam idem Cicero recitantiā, Celsus obticentiā, nonnulli interruptionem appellant, & ipsa ostendit aliquid affectus uel iræ, ut: Quos ego, sed motos præstat componere fluctus. Vel sollicitudinis, & quasi religionis: An huius ille legis, quam Clodius à se inuentam gloriatus, mentionem facere ausus esset uiuo Milone, ne dicam Consule? De nostrum enim omnium, non audeo totum dicere. Cui simile est in proœmio pro Ctesiphonte Demosthenis: Vel alio

C transcundi gratia: Communis autem, Tametsi, ignoscite mihi iudices. In quo est & illa (si tamen inter schemata numerari debet, cū alijs etiam pars eausæ uideatur) digressio. Abit enim causa in laudes Cn. Pompeij. Idē fieri etiam sine ἀποσιωπήσθαι potuit. Nam breuior illa, ut ait Cicero, à re digressio plurimis fit modis. Sed hæc exempli gratia sufficient: Tum Caius Varenus, is qui à familia Anchariana occisus est, hoc quæso iudices diligenter attendite. Et pro Milone: Et aspexit me illis quidem oculis, quibus tum solebat, cum omnibus omnia minabatur. Est alia non quidem reticentia, quæ sit imperfecti sermonis, sed tamen præcisa uelut ante legitimum finem oratio, ut illa: Nimis urgeo, cōmoueri uidetur adolescens. Et: Quid plura: ipsum adolescentem dicere audistis. Imitatio morum alienorū, quæ ἰδοποιία, uel, ut alij malunt, μίμνησις dicitur, iam inter leuiores affectus numerari potest. Est enim posita ferè in eludendo, sed uersatur & in factis, & in dictis: In factis, quod est ὑποτυπώσθαι uicinū: In dictis, quale est apud Teren-

† **Hanc** † At ego nesciebam quorsum tu ires. Paruula

Hinc est abrepta, eduxit mater pro sua,

Soror dicta est. Cupio abducere ut reddam suis.

Sed nostrorum quoque dictorum factorumque similis imitatio est per relationem, nisi quod frequentius asseuerat, quam eludit. Dicebā habere eos actorem Q. Cæcilium. Sunt & illa iucunda, & ad cōmendationem cum uarietate, tum etiam ipsa natura plurimū profunt, quæ simplicem quandam & non præparatam ostendendo orationem minus nos suspectos iudici faciunt. Hinc est quasi pœnitentia dicti, ut pro Cœlio: Sed quid ego tam grauem personam introduxi? Et quibus utimur uulgò: Imprudens incidi. Vel cū quærere nos quid dicamus fingimus: Quid reliquū est? Et: Num quid omisi? Et cum ibidem in Verrem, ait Cicero: Vnū etiam mihi reliquū huiusmodi crimen est, & aliud ex alio succurrit mihi. Vnde etiam uenusti transitus fiunt, nō quia transitus ipse sit schema, ut Cicero narrato Pisonis exemplo, qui anulū sibi cudi ab aurifice in tribunali suo iusserat, uelut hoc in memoriam adductus, adiecit: Hic modò me cōmonuit Pisonis anulus, quod totū effluxerat, quam multis istū putatis hominibus honestis de digitis anulos aurcos abstulisse? Et cum aliqua uelut ignoramus. Sed earum rerum artificem quem? quemnam? recte admones, Polycletum esse dicebant. Quod quidem nō in hoc tantum ualet. Quibusdam enim dum aliud agere uidemur, aliud efficimus, sicut hic Cicero consequitur, ne cum morbu in signis atque tabulis obijciat Verri, ipse quoque earum rerū studiosus esse credatur. Et Demosthenes iurando per interfectos in Marathone & Salamine, id agit, ut minore inuidia cladis apud Chæroneam acceptæ laboret. Faciunt illa quoque iucundam orationem, aliqua mentione habita differre, & deponere apud memoriam iudicis, & reposcere quæ deposueris, & separare quædam schemate aliquo: nō enim est ipsa per se iteratio schema, & excipere aliqua, & dare actioni uarios uelut uultus. Gaudent enim res uarietate, & sicut

† **quand non recte**

A sicut oculi diuersarū aspectu rerum magis detinentur, ita semper animis præstat, in quod se uelut nouum, intendant. Est Emphasis etiam inter figuras, cum ex aliquo dicto latens aliquid eruitur, ut apud Vergilium: Nō licuit thalami expertem sine crimine uitā Degere more feræ? Quamque em de matrimonio querit Dido, tamen huc erupit eius affectus, ut sine thalamis uitam nō hominū putet, sed ferarū. Aliud apud Ouidiū: genus, apud quem & Myrrha nutrici amorem patris sic confitetur: O, dixit, felicē coniuge matrē. Huic uel confinis, uel eadē est, qua nunc utimur plurimū. Iam enim ad id genus, quod & frequentissimū est, & expectari maxime credo, ueniendū est, in quo per quandā suspiciōem, quod nō dicimus, accipi uolumus, nō utique cōtrariū, ut in εἰσωνεία, sed aliud latēs, & auditori quasi inueniendū, quod ut supra ostendi, iam ferè solū schema à nostris uocatur, & unde controuersig figuratæ dicunt. Eius triplex usus est: unus si dicere palam parū tutū est: Alter, si non decet: Tertius, qui uenustatis modò gratia adhibetur, & ipsa nouitate ac uarietate magis quam si relatio sit recta, delectat. Ex his quod est primū, frequens in scholis est. Nam & † actiones deponentiū imperium tyrannorū, & post ciuile bellū senatusconsulta finguntur, & capitale est obijcere antea acta, ut quod in foro non expedit, illie nec liceat. Sed schematū conditio nō eadem est. Quamlibet enim apertum, quod modò & aliter intelligi possit, in illos tyrannos bene dixeris, quia periculum tantum non etiam offensa uitatur. Quod si ambiguitate sententiæ possit eludi, nemo non illi furto fauct. Vera negotia nunquam adhuc habuerūt hanc silentij necessitatem, sed aliam huic similem, uerum multò ad agendū difficiliorem, cum personæ potentes obstant, sine quarum reprehensione teneri causa non possit. Ideoque hoc parcius & circumspectius faciendū, quia nihil interest quomodo offendas, & aperta figura perdit hoc ipsum quod figura est, ideoque à quibusdam tota res repudiatur, siue intelligatur, siue non. Sed licet modum adhibere: In primis ne sint manifestæ. Non erunt autem, si non ex uerbis dubijs, & quasi duplicibus petentur, qualis est in suspecta nuru: Duxi uxorem, que patri placuit. Aut quod est multò ineptius, compositionibus ambiguis, ut illa controuersia, in qua infamis amore uirginis filia pater raptā eam interrogat, à quo uitiata sit: Quis te, inquit, rapuit? tu pater nescis? Res ipse perducant iudicem ad suspiciōem, & amoliamur cætera, ut hoc solum supersit. In quo multum etiam affectus iuuant, & interrupta silentio dictio, & cunctationes. Sic enim fiet ut iudex querat illud, nescio quid quod ipse fortasse non crederet, si audiret: & ei quod à se inuentum existimat, credat. Sed ne si optimæ quidem sint, esse debent frequentes. Nam densitate ipsa figuræ aperiuntur, nec offensæ minus habent, sed autoritatis. Nec pudor uidetur, quod non palam obijcias, sed diffidentia. In summa, sic maxime iudex credit figuris, si nos putat nolle dicere. Equidē quandoque & in personas incidi tales, & in rem quoque (quod est magis rarum) quæ obti-

M

Cneri nisi hac arte nō posset. Ream tuebar quæ subiecisse dicebatur marito testamentum, & dicebatur chirographum, marito expirante, hæredibus dedisse, & uerum erat. Nam quia per leges institui uxor non poterat hæres, id fuerat actū, ut ad eam bona per hoc tacitum fideicommissum peruenirent. Et caput quidē quæri facile erat, si hoc diceremus palam, sed peribat hæreditas. Ita ergo fuit nobis agendum, ut iudices illud intelligerent factū, delatores non possent apprehendere ut dictū, & contigit utrunq;.

Tueri Quod non inseruissem ueritus opinionem iactantia, nisi probare uoluisssem, in foro quoque esse his figuris locum. Quædam etiam quæ probare non possis, figura potius spargenda sunt. Hæret enim nonnunquam telum istud occultum, & hoc ipso quod non apparet, eximi non potest. At si idem dicas palam, & defenditur, & probandum est. Cum autem obstat nobis personæ reuerentia (quod secundū posuimus genus) tanto cautius dicendū est, quanto ualidius bonos inhihet pudor, quam metus. Hic uero tegere nos iudex quod sciamus, & uerba ui quadā ueritatis erumpentia credat coërcere. † Nam quanto minus, aut ipsi in quos dicimus, aut iudices aut assistentes oderint hanc maledicendi lasciuiam, si nolle nos credant? Aut quid interest, quomodo dicatur, cum & res & animus intelligitur? Quid dicendo deniq; proficimus, nisi ut palam sit nos facere, quod ipsi sciamus non esse faciendum? Atqui præcipue prima, quibus præcipere cœperā, tempora hoc uitio laborarūt. Dicebant enim libenter tales cōtrouersias quæ difficultatis gratia placent, cum sint multo faciliores. Nam rectū genus approbari nisi maximis uiribus non potest, hæc diuerticula & anfractus suffugia sunt infirmitati, ut qui cursu parum ualent, flexu eludunt, cum hæc quæ affectatur ratio sententiarum, non procul à ratione iocandi abhorreat. Adiuuat etiam quod auditor gaudet intelligere, & fauet ingenio suo, & alio dicente se laudat. Itaq; non solum si persona obstaret recte orationi, quo in genere sæpius modò quam figuris opus est, decurrerent ad schemata, sed faciebant illis locum etiam ubi personæ inutiles ac nefariæ essent, ut si pater qui infamem in matrem filiū secreto occidisset, reus malæ tractationis, iacularet in uxore obliquis sententijs. Nam quid impurius quam retinuisse talem? Quid porro tam contrarium, quam eum qui accusetur, quia summū nefas suspicatus de uxore uideatur, confirmare id ipsa defensione, quod diluendum est? At si iudicū sumerent animū, scirent quam eiusmodi actionem laturi nō fuissent, multoq; etiam minus, eum in parentes abominanda crimina spargerentur. Et quatinus huc incidimus, paulò plus scholis demus. Nam & in his educatur orator, & in eo quo modo declametur, positū est etiam quo modo agatur. Dicendū ergo de his quoq; in quibus nō asperas figuras, sed palam cōtrarias causæ pleriq; fecerunt. Tyrannidis affectatæ damnatus torqueatur, ut conscios indicet. Accusator eius optet quod uolet. † Patrem qui accusauit, optat ne is torqueatur. Pater ei contradicit. Nemo se tenuit agens pro patre, quin si

† Nam quod
nam quo

† Patrem qui
dam damnauit

guras

Aguras in filium faceret, tanquam illū consciū in tormentis nominaturus. Quo quid stultius? Nam cum hoc iudices intellexerint, aut nō torquebitur, cum ideo torqueri uelint, aut torto non credetur. At credibile est hoc eum uelle fortasse. Dissimulet ergo ut efficiat. Sed nobis (declamatoribus dico) quid proderit hoc intellexisse, nisi dixerimus? Ergo si uere ageretur, similiter consiliū illud latēs prodidissimus. Quid, si neq; utiq; uerū est, & habere alias hic damnatus contradicendi causas potest, uel quod legē conseruandam putet, uel quod nolit accusatori debere beneficium, uel (quod ego maxime sequer) ut se innocentē in tormentis esse prætetendat? Quare ne illud quidem semper succurret sic dicentibus: Patrocinium hoc uoluit qui cōtrouersiam finxit. Fortasse enim noluit, sed esto uoluerit, continuo ne si ille stulte cogitauit, nobis quoq; stulte dicendum est? At ego in causis agendis frequenter non puto intuendum quid litigator uelit. Est & ille in hoc genere frequens error, ut putent aliud quosdā dicere, aliud uelle, præcipue cū in themate est, † aliquem ut sibi mori liceat postulare, ut in illa cōtrouersia: Qui aliquādo fortiter fecerat, & alio bello petierat, ut militia uacaret ex lege, quod quinquagenarius esset, aduersante filio ire in aciem coactus deseruit. Filius qui fortiter eodem prælio fecerat, incolumitatē eius optat, contradicit pater. Non enim, inquiunt, mori uult, sed inuidiam filio facere. Equidem rideo, quod illi sic timent, tanquā ipsi morituri, & in cōtrouersia filium suos metus ferunt, obliti tot exemplorū circa uoluntariam mortem, causarum quoq; quas habet factus ex uiro forti desertor. Sed de una cōtrouersia loqui superuacuum est. Ego in uniuersum neq; oratoris puto esse unquam præuaricari, neq; litem intelligo, in qua pars utraq; idem uelit, neq; tam stultū quenq;, qui si uiuere uelit mortē potius male petat, quam omnino non petat. Non tamen nego esse cōtrouersias huiusmodi figuratas, ut est illa: Reus paricidij, quod fratrem occidisset, damnatum iri uidebatur. Pater pro testimonio dixit, eum se iubente fecisse. Absolutum abdicat. Nam neq; in totum filio parcit, nec quod priore iudicio affirmauit, mutare palam potest, & ut non durat ultra poenam abdicationis ira, abdicat tamen, & obliqua figura in patre plus † facit quam licet, in filio minus. Ut aut nemo contra id quod uult dicit, ita potest aliquid melius uelle quam dicit. Quo modo ille abdicatus, qui à patre ut filium expositū, & ab eo educatum solutis alimentis recipiat postulat, reuocari fortasse mauult, non tamen quod petit non uult. Est latens & illa significatio, qua cum ius asperius petitur à iudice, fit ei tamen † species aliqua clementiæ non palam, ne paciscamur, sed per quandam credibilem suspicionem, ut in multis cōtrouersijs, sed in hac quoq;: Raptor nisi intra trigessimū diem, & raptæ patrem & suum exorauerit, pereat. Qui exorato raptæ patre suum non exorat, agit cum eo dementiæ. Nam si permittat hic pater, lis tollitur: Si nullam spem faciat, ut nō demens, crudelis certe uideatur, & à se iudicem auertat. Latro igitur optime. † Occidet ergo, si potero remissius, & pro suo in-

† aliquid

† ualēt

† spes

† Occides

M 2

C genio pater Gallio, Dura anime hodie, dura, heri fortior fuisti. Confinia sunt his celebrata apud Græcos schemata, per quæ res asperas mollius significat. Nam Themistocles suasisse existimat Atheniensibus, ut urbem apud deos deponerent, quia durum erat dicere, ut relinquerent, & qui uictorias aureas in usum belli conflare uolebat, ita declinauit, uictorijs utendum esse. Totum autem allegoriæ simile est, aliud dicere, aliud intelligi uelle. Quæsitum etiã est quo modo contra figuras responderi oporteat, & quidam semper ex diuerso aperiendas putauerunt, sicut latentia uitia rescinduntur. Id quod sanè frequentissime faciendum est, aliter enim dilui obiecta non possunt, utique cum quæstio in eo consistit, quod figuræ petunt. At cum male dicta sunt tantum, & non intelligere interim bonæ conscientiæ est, atque etiam si fuerint crebriores figuræ, quam ut dissimulari possint, postulandum est, ut illud nescio quid, quod aduersarij obliquis sententijs significare uoluerint, si fiducia sit, obijciat palam, aut certe non exigant, ut quod ipsi non audent dicere, id iudices non modò intelligant, sed etiam credant. Vtilis etiam aliquando dissimulatio est, ut in eo (nota enim fabula est) qui cum esset contra eum dictum: Iura per patroni tui citeres, paratum se esse respondit, & iudex conditione usus est, clamante multum aduocato, schemata de rerum natura tolli, ut protinus etiam præceptum sit eiusmodi figuris utendum temere non esse. Tertium est genus, in quo sola melius dicendi petitur occasio, ideoque id Cicero non putat esse positum in cõcionem. Tale est illud, quo idem utitur in Clodium: Quibus iste, qui omnia sacrificia nosset, facile à se deos placari posse arbitrabat. Ironia quoque in hoc genere materiæ frequentissima est. Sed eruditissimū longe, si per aliam rem alia inducatur, ut cum aduersus tyrannū, qui sub pacto abolitionis dominationem deposuerat, agit competitor: Mihi in te dicere non licet, tu in me dic, & potes. Nuper te uolui occidere. Frequens illud est, nec magnopere captandum, quod petitur à iureiurando, ut pro exhæredato: Ita mihi contingat hærede filio mori. Nam in totum iurare nisi ubi necesse est, graui uiro parum conuenit. Et est à Seneca dictum eleganter, non patronorum hoc esse, sed testium. Nec meretur fidem qui sententiolæ gratia iurat, nisi si potest tam bene quam Demosthenes, ut supra dixi. Leuissimum autem longe genus ex uerbo, etiam si est apud Ciceronem in Clodium: Præsertim quam omnes amicam omnium potius quam cuiusquam inimicam putauerunt. Comparationem equidem uideo figuram non esse, cum sit interim probationis, interim etiam causæ genus, & sit talis eius forma, qualis est pro Murgna: Vigilas tu de nocte, ut tuis consultoribus respondeas, ille ut quò cõtendit, mature cum exercitu perueniat. Te gallorū, illum buccinarū cantus exuscitat, & cætera: nescio an orationis potius quam sententiæ sit. Id enim solum mutatur, quod non uniuersa uniuersis, sed singula singulis opponuntur. Et Celsus tamen, & non negligens autor Visellius, in hac eam parte posuerunt. Rutilus quidē Rufus in utroque genere, id quod *ἀντιθετικῶς* uocant,

D
ponitur

interdicere

libus

A uocant. Præter illa uero quæ Cicero inter lumina posuit sententiarū, multa alia, & idem Rutilius Gorgiam secutus, non illum Leontinū, sed alium sui temporis, cuius quatuor libros in unum suum transfudit, & Celsus uidelicet Rutilio accedens, posuerunt schemata, Consummationem, quam Græcus *διαλλαγή* uocat, cum plura argumenta ad unum effectū deducuntur. Consequens ille *ἐπακολούθησις*, de quo nos in argumētis diximus. Collectionem, qui apud illū est *συλλογισμός*. Minas, id est *κατ'ἀπληξίαν*. Exhortationem *πρὸς ἀνεύκον*, quorū nihil non rectū est, nisi cum aliquā ex his de quibus locuti sumus, figuram accipit. Præter hæc Celsus excludere, asseuerare, detrectare, excitare iudicem, prouerbijs uti, & uersibus, & ioco, & inuidia, & inuocatione, intendere crimen, quod est *δείνωσις*, adulari, ignoscere fastidire, admonere, satisfacere, precari, corripere, figuras putat. Partitionem quoque & propositionem, & diuisionem, & rerum duarū cognationem, quod est ut idem ualeant, quæ uidentur esse diuersa, ut non is demū sit ueneficus, qui uitam abstulit data potione, sed etiam qui mentem. Quod est in parte finitionis. Rutilius siue Gorgias, *ἀναγκάσιον, ἀνάμνησιον, ἀνθυποφοράριον, ἀντιθέσιον, πρὸς αὐξήσιον, πρὸς ἐκθεσιον*, quod est dicere quid fieri oportuerit, deinde quid factū sit, *φρανυλόπησιον* unde sit enthymema, κατ' αὐτίσιον, μεταλλήσιον κατ' αὐτίσιον etiam, quo statu Hermagoras utitur. Visellius quanquam paucissimas faciat figuras, facit *φθόβησιον* tamen, quod commentum uocat, & rationem appellans, *ἐπιχειρήματα* inter eas habet. Quod quidem recipit quodam modo & Celsus, nam consequens an epichirema sit dubitat. Visellius adijcit & sententiam. Inuenio qui aggregent his *διασκηδῆς, ἀπαχρησισίς, πρὸς ἀδυναμίσις*. Sed ut hæc non sunt schemata, sic alia uel sunt forsitan & nos fugiunt, uel etiam noua fieri adhuc possunt, eiusdem tamen naturæ cuius sunt ea de quibus dictum est.

De Figuris uerborum.

CAP. III.



Uerborū uero figuræ, & mutatae sunt semper, & utcumque ualuit consuetudo, mutantur. Itaque si antiquū sermonem nostro cõparemus, penè iam quicquid loquimur figura est, ut huic rei inuidere, non ut omnes ueteres, & Cicero præcipue hanc rem, & incumbere illi, non in illum, & plenum uino, non uini, & huic non hunc adulari, iam dicitur, & mille alia, utinamque non peiora uincant. Verū schemata *λίξεως*, duorum sunt generum, alterum loquendi rationem uocant, alterum quod collocationem maxime exquisitū. Quorū tamen utrumque conuenit orationi, tamen possit illud grammaticū, hoc magis rhetoricum dicere. Prius sit iisdem generibus quibus uitia. Esset enim omne huiusmodi schema uitium, si non peteretur, sed accideret. Verū autoritate, uetustate, consuetudine plerumque defenditur, sæpe etiã ratione quadā. Ideoque cum sit à simplici rectoque loquendi genere deflexa, uirtus est, si habet probabile ali quid quod sequatur. Vna tamen in re maxime utilis, ut quotidiani & semper eodem modo formati sermonis fastidiū leuet, & nos à uulgari dicendi

utinamque, nunc
priora

maxime ad
collocationem
requisitū est.

C genere defendat. Quo si quis parce, & cum res poscet, utetur, uelut asper
 so quodam condimento iucundior erit. At qui nimium affectauerit, ipsam
 illam gratiam uarietatis amittet. Quanquam sunt quaedam figuræ ita rece-
 ptæ, ut penè iam hoc ipsum nomen effugerint, quæ etiã si fuerint crebri-
 res, auras consuetas minus ferient. Nam secretæ, & extra uulgarem usum
 positæ, ideoq; magis nobiles, ut nouitate aurem excitant, ita copia satiant,
 nec se obuias fuisse dicenti, sed conquisitas, & ex omnibus latebris extra-
 ctas congestasq; declarant. Fiunt ergo & circa genus figuræ in nomini-
 bus. Nam & oculis capti talpæ, & timidi damæ dicuntur à Vergilio, sed
 subest ratio, quia sexus uterq; altero significatur. Tam enim mares esse tal-
 pas damasq;, quàm fœminas certum est. Et in uerbis, ut fabricatus est gla-
 dium, & inimicos punitus est. Quod mirum minus est, quod in natura uer-
 borum est, & quæ facimus patiendi modo sæpe dicere, ut arbitror, suspi-
 cor: & contra faciendi, quæ patimur, ut uapulo, ideoq; frequens permuta-
 tio est, & pleraq; utroq; modo efferuntur, luxuriatur luxuriat, fluctuatur
 fluctuat, assentior assentio. Est figura & in numero, uel cum singulari plu-
 ralis subiungit: Gladio pugnacissima gens Romani. Gens em̄ ex multis.

Verg. in Aeg.

Vel è diuerso: Cui non risere parentes,

D Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.

Hic quem non dignata

Ex illis em̄ qui nō risere, nō dignatus deus, nec dea dignata. Et in Satyra:

Et nostrum istud uiuere triste, Aspexi. cum infinito uerbo sit
 usus pro appellatione. Nostram enim uitam uult intelligi. Utimur & uerbo
 pro participio, ut: Magnum dat ferre talentum,

tanquam ferendum. Et participio pro uerbo, Volo datum. Interim etiam
 dubitari potest, cui simile uitio sit schema, ut in hoc:

Virtus est uitium fugere. Aut enim partes orationis mutat

ex illo: Virtus est fuga uitiorum, aut casus ex illo: Virtus est uitium fugere.

Multa tamen hoc utroq; excitatiu. Iungunt interim schemata. Sthenelus

sciens pugna. Est enim sciens Sthenelus pugnandi. Transferuntur etiam

tempora: Timarchides negat esse ei periculum à securi. Præsens enim pro

præterito positum est, ut Vergilius: Hoc Ithacus uelit. Et ne morer, per

omnia genera, per quæ sit solæcismus. Hæc est quoq; quæ ἐτεροσχημα uocant,

cum dissimilis est, zeugma dicitur, ut apud Sallustium: Neq; ea res falsum

me habuit. Et duci probare, ex quibus ferè præter nouitatem, breuitas

etiam peti solet. Vnde eousq; processum est, ut non poenitendum, pro non

actu poenitentiam, & uisuros, ad uidendum missos idem autor dixerit.

Quæ ille quidem fecerit schemata, an idem uocari possint uidendum, quia

utinam uelut rebus agētibus

recepta sint. Nam receptis etiam uulgo autore contenti sumus. Verum

natura eualuit à gentibus, quod Pollio in Labieno damnat, & contume-

liam fecit, quod à Cicerone reprehendi notum est. Affici enim cōtumelia

Aeneid. ii.

dicebant. Alia cōmendatio uetustatis, cuius amator unice Vergilius fuit,

Vel cum se pauidum contra mea iurgia iactat:

Progeniem

A Progeniem sed enim Troiano à sanguine duci Audierat.

Quorum similia apud ueteres tragicos, comicosq; sunt plurima. Illud etiam

in consuetudine remansit. Enimuero his amplius apud eundem:

Nam quis te iuuenum confidentissime, cum quis sermonis initium sit, &

Tam magis illa tremens, & tristibus essera flammis,

Georg. 4

Quàm magis effuso crudescunt sanguine pugna.

Quod est uersum ex illo:

Quàm magis ærumna uiget, tam magis ad malefaciendum urget.

Pleni talibus antiqui, sicut initio Eunuchi Terentius:

Quid igitur faciam, inquit.

Allusit tandem leno. Catullus in Epithalamio:

Dum innupta manet, dum chara suis est.

Sed prius dum, significat quoad, sequens, usq; eo. Ex græco uero transla-

prius cum, dum significat, quoad sequens et co usque.

ta uel Sallustij plurima, quale est: uulgus amat fieri, uel Horatij. Nam is

maxime probat hoc Ciceronis: Nec longe inuidit auenæ.

Nec longe in uadii h. ne

Et Vergilij: Tyrrhenum nauigat æquor.

Etiam uulgatum actis quoq;, Saucius pectus. Ex eadem parte figurarum

id

additio & abiectio est. Illaq; prior uideri potest superuacua, sed non sine

gratia est: Nam neq; Parnassi uobis iuga, nam neq; Pindi.

Potest enim deesse alterum. Et apud Horatium illud: Fabriciumq;

B Hunc, & intonsis Curium capillis.

Est etiam adiectio, quæ in complexu sermonis aut uitium habent, aut figu-

Et detractiones

ram: Accede ad ignem hunc, iam calefces plus satis, plus enim quàm satis

est. Nam de altera quæ detractio est, pluribus dicendum est. Utimur uul-

go & comparatiuis pro absolutis, ut cum se quis infirmiore esse dixerit, duo

sen

inter se comparatiua committimus: Si te Catilina comprehendi, tibi interfici

iussero, credo erit uerendum mihi, ne non potius omnes boni serius à me,

Sic et illa

quàm quisquam crudelius factum esse dicat. Sunt illa non similia solæ-

cismo quidem, sed tamen numerum mutantia, quæ & tropis assignari so-

lent, ut de uno pluraliter dicamus:

Sed nos immensum spatij confecimus æquor.

Et de pluribus singulariter:

Haud secus ac patrijs acer Romanus in armis.

Specie diuersa, sed genere eadem & hæc sunt:

Ne ue tibi ad solem uergant uineta cadentem:

Nec noctu molles

Nec mihi tum mollis sub dio carpere somnos,

Neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbas.

Non enim nescio cui alij prius, nec postea sibi uni, sed omnibus præcipit.

Et de nobis loquimur tanquam de alijs: Dicit Seruius, Negat Tullius. Et

nostra persona utimur pro aliena, & alios pro alijs fingimus. Vtriusq; rei

exemplum pro Cecinna: Pisonem aduersæ partis aduocatum alloquens

Cicero dicit: Restituisse te dixi, Nego me edicto prætoris restitutu esse.

C Verū enim illud restituisse Ebutius dixit. Nego me Cecinna edicto Praetoris restitutum esse. Vbi & ipsum dixit *textrita* syllaba, figura in uerbo est. Illa quoque ex eodem genere possunt uideri, quā nos interpositionem, uel interclusionem dicimus, Graeci *παρένθεσις* uocant, dum continuationi sermonis medius aliquis sensus interuenit: Ego cum te (mecum enim saepissime loquitur) patriae reddidissē. Cui adijciunt Hyperbaton, non illud quod inter tropos esse uoluerunt, sed alterū quod est eius figurae sententiarum, quae *ἀποστροφή* dicitur, simile, cum non sensus mutatur, uerum forma eloquendi: Decios, Marios, magnosque Camillos.

Scipiadus duos bello, & te maxime Caesar. Acutius adhuc in Polyastro: Fas omne abrumpit, Polydorum obruncat, & auro (doro: Vi potitur, quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames?

Qui tam parua momenta nominibus discreuerunt, *μετάθεσις* uocant, quam & aliter fieri putant: Quid loquor, aut ubi sum? Coniunxit autē *παρένθεσις* & *ἀποστροφή* Vergilius in illo loco:

Aeneid. 9. Haud procul inde citae Metium in diuersa quadrigae Distulerant (at tu dictis Albane maneres)

Raptabatque uiri mendacis uiscera Tullus.

Haec schemata, & his similia, quae erunt per mutationem, adiectionem, detractionem, ordinem, & conuertunt in se auditorem, nec languere patiuntur sub

D inde aliqua notabili figura excitatum, & habent quandam ex illa uitij similitudine gratiam, ut in cibus interim acor ipse iucundus est. Quod continget, si neque supra modum multae fuerint, nec eiusdem generis, aut iunctae, aut frequentes, quia satietatem ut uarietas earum, ita raritas effugit. Illud est acrius genus, quod non tantum in ratione positum est loquendi, sed ipsis sensibus tum gratiam, tum etiam uires accommodat. E quibus primum sit quod fit per adiectionem, plura sunt genera, nam & uerba geminantur uel amplificandi gratia, ut occidi, occidi non Sp. Melium. Alterum est enim quod indicat, alterum quod affirmat. Vel miserandi, ut:

Ah Corydon, Corydon. Quae eadem figura nonnunquam

per ironiam ad elcuandum conuertitur. Similis geminationis, post aliquam interiectionem, repetitio est, sed paulo etiam uehementior: Bona, miserum me (consumptis enim lachrymis, tamen infixus animo haeret dolor) Bona, inquam, Cn. Pompeij acerbissimae uoci subiecta praeconis. Uiu

uis, & uiuis non ad deponendam, sed ad confirmandam audaciam. Et ab

eadem uerbis plura acriter & instanter incipiunt: Nihil ne te nocturnum praesidium palatii, nihil urbis uigiliae, nihil timor populi, nihil consensus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus, nihil horum ora uultusque mouerunt? Et eisdem desinunt: Quis eos postulauit? Appius, Quis perduxit? Appius. Quaeque hoc exemplum ad aliud quoque schema pertinet, cuius initia inter se & fines eisdem sunt, quis & quis, Appius & Appius. Quale est: Qui sunt qui foedera saepe ruperunt? Carthaginenses.

A ses. Qui sunt qui bellum crudelissime gesserunt? Carthaginenses. Qui sunt qui Italiam deformarunt? Carthaginenses. Qui sunt qui sibi ignosci postulant? Carthaginenses. Etiam in contrapositionis uel comparatiuis, solet respondere primorum uerborum alterna repetitio, quod modo huius esse loci potius dixi: Vigilas tu de nocte, ut tuis consultiuibus respondeas, ille, ut eod quod intendit, mature cum exercitu perueniat. Te Gallorum, illum buccinarum cantus exuscitant. Tu actionem instituis, ille aciem instruit. Tu caues ne consultores tui, ille ne urbes, aut castra capiantur. Sed hac gratia non fuit contentus orator, uertit in contrarium eandem figuram. Ille tenet & scit ut hostium copia, tu ut aquae pluuiae arceantur. Ille exercitum in propagandis finibus, tu in regedis. Possunt media quoque respondere, uel primis, ut: Te nemus Angitia, uitrea te Fucinus unda.

Vel ultimis, ut: Haec nauis grauis & onusta praeda Siciliensi, cum ipsa quoque esset etiam praeda. Nec quisquam dubitauit idem posse fieri iteratis utrinque medijs. Respondent primis & ultima: Multi & graues dolores inuenti parentibus, & propinquis multi. Est & illud repetendi genus, quod semel proposita iterat & diuidit:

Iphitus & Pelias mecum, quorum Iphitus aeuo iam grauior, Pelias & uulnere tardus Vlyssi.

ἐπ'ἀνοδος dicitur graece, nostri regressionem uocant. Nec solum in eodem sensu, sed etiam in diuerso eadem uerba contra sumunt: Principum dignitas erat penne par, non par fortasse eorum qui sequebantur. Interim uaria

B tur casibus haec & generibus iteratio: Magnus est labor dicendi, magna res est. Et apud Rutilium longiore & haec uicia sententiarum sunt:

Pater hic tuus? patrem hunc appellas? patris tu huius filius es? Fit casibus modo hoc schema, quod *πλήρωσις* uocant. Constat & alijs etiam modis, ut pro Cluentio: Quod autem tempus ueneni dandi? Unde illa frequentia: per quem porro datum? unde sumptum? quae porro interceptio poculi, cur non de integro autem datum? Hanc rerum coniunctam diuersitatem Caecilius *μεταβολή* uocat, qualis est pro Cluentio locus in Oppiani

cum: Illi tabulas publicas uiolasse, censorias corrupisse, decuriones uniuersi iudicauerunt, cum illo nemo rationem, nemo rem ullam contrahebat, nemo illum ex tam multis cognatis & affinibus tutorem unquam liberis suis scripsit, & deinceps adhuc multa. Ut haec in unum congeruntur, ita contra illa dispersa sunt, quae a Cicerone dissipata dici puto:

Hic segetes, illic ueniunt felicius uuae, Arborei foetus. & deinceps. Illa uero apud Cicronem

mira figurarum mixtura deprehenditur, in qua & primo uerbo longo post interuallo redditum est ultimum, & media primis, & medijs ultima congruunt. Vestrum iam hic factum deprehenditur P. C. non meum, ac pulcherrimum quidem factum, uerum ut dixi, non meum sed uestrum. Hanc frequentiore repetitionem *πλόκη* uocant, quae fit ex permixtis figuris,

Hic segetes, illic ueniunt felicius uuae, Arborei foetus. & deinceps. Illa uero apud Cicronem

mira figurarum mixtura deprehenditur, in qua & primo uerbo longo post interuallo redditum est ultimum, & media primis, & medijs ultima congruunt. Vestrum iam hic factum deprehenditur P. C. non meum, ac pulcherrimum quidem factum, uerum ut dixi, non meum sed uestrum. Hanc frequentiore repetitionem *πλόκη* uocant, quae fit ex permixtis figuris,

Hic segetes, illic ueniunt felicius uuae, Arborei foetus. & deinceps. Illa uero apud Cicronem

mira figurarum mixtura deprehenditur, in qua & primo uerbo longo post interuallo redditum est ultimum, & media primis, & medijs ultima congruunt. Vestrum iam hic factum deprehenditur P. C. non meum, ac pulcherrimum quidem factum, uerum ut dixi, non meum sed uestrum. Hanc frequentiore repetitionem *πλόκη* uocant, quae fit ex permixtis figuris,

Hic segetes, illic ueniunt felicius uuae, Arborei foetus. & deinceps. Illa uero apud Cicronem

mira figurarum mixtura deprehenditur, in qua & primo uerbo longo post interuallo redditum est ultimum, & media primis, & medijs ultima congruunt. Vestrum iam hic factum deprehenditur P. C. non meum, ac pulcherrimum quidem factum, uerum ut dixi, non meum sed uestrum. Hanc frequentiore repetitionem *πλόκη* uocant, quae fit ex permixtis figuris,

C ut supra dixi, utq; se habet epistola ad Brutum: Ego cum in gratiam redierim cum Appio Claudio, & redierim per Cn. Pompeiū, te ego ergo cum redierim. Et in eisdem sententijs crebrioribus mutata declinationibus iteratione uerborum, ut apud Persium: *Vsq; adeo ne Scire tuū nihil est, nisi te scire hoc sciat alter?* Et apud Ciceronem: Neq; enim poterat iudicio ex his damnatis qui iudicabantur. Sed sensus quoq; toti quē admodū cōperūt, desinent: Venit ex Asia, hoc ipsum quā bonū: Tri. pl. uenit ex Asia. In eadē tamen periodo & uerbū ultimū pri-

† abiectum

mo refert, tertiū iam sermone *†* adiectū est: Verū tamen uenit. Interim sententia quidē repetitur, sed eodem uerborū ordine: Quid Cleomenes facere potuit? Non enim possum quenq; insimulare falso: Quid inquam Cleomenes facere potuit? Prioris sententiæ uerbū ultimū ac sequentis primum frequenter est idem, quo quidem schemate utuntur poētæ sæpius: Pierides uos hæc facietis maxima Gallo, Gallo cuius amor tantum mihi crescit in horas.

Sed ne oratores quidem raro: Hic tamen uiuit, uiuit: imò uero etiam in senatum uenit. Aliquando sicut in geminatione uerborum diximus, initia quoq; & clausulæ sententiarū alijs, sed nō aliō tēdentibus uerbis inter se consonant. Initia hoc modo: Dederim periculis omnibus, obtulerim insidijs, obiecerim inuidiæ. Rursus clausulæ ibidem statim: Vos enim statuis-

stis, uos sententiam dixistis, uos iudicastis. Hoc alij *μετανουμίζω*, alij disunctionem uocant, utrunq; (etiam si est diuersum) recte. Nam est nominum idem significantium separatio. Congregantur quoq; uerba idem significantia: Quæ cum ita sint Catilina, perge quod cōpisti. Egredere aliquādo ex urbe. Patent portæ, proficiscere. Et in eundē alio libro: Abijt, excessit, erupit, euasit. Hoc Cæcilio *πλεονασμός* uidetur, id est, abundans supra necessitatē oratio, sicut illa: Vidi oculis ante ipse meis. In illo em̄ uidi, inest ipse. Verū id, ut alio quoq; loco dixi, cū superuacua onerata adiectione, uitiū dicitur: cū autē auget manifestā sententiā, sicut hic, uirtus: *†* Vidi, ipse, ante oculos, quot uerba, totidem sunt affectus. Cur tamē hæc proprie nomine tali notarit, nō uideo. Nā & geminatio & repetitio & qualiscūq; adiectio *πλεονασμός* uideri potest. Nec uerba modò, sed sensus quoq; idem facientes aceruant: Perturbatio istū mentis, & quædam scelerū offusa caligo, & ardentes furiarū faces excitarūt. Congerunt & diuersa: Mulier, tyranni sæua crudelitas, patris amor, ira præceps, temeritas, dementia.

† uidet ipse ante oculos totidem factus

Ouid. 5. Metamorph.

Et apud Ouidiū: Sed graue Nereidū numen, sed corniger Ammon, Sed quæ uisceribus ueniebat bellua ponti Exaturanda meis. Inueni qui & hoc uocarēt *πλοκή* cui nō assentior, cū sint unius figuræ, mixta quoq;, et idem & diuersum significātia, quod et ipsum *διαλλήλη* uocāt. Quæro ab inimicis, sint ne hæc inuestigata, comperta, patefacta, sublata, delata, extincta per me. Et inuestigata, cōperta, patefacta, aliud ostendūt: Sublata, delata, extincta, sunt inter se similia, sed non etiam prioribus. Et hoc

A Et hoc autem exemplum, & superius aliam quoq; efficiunt figuram: quæ quia coniunctionibus caret, dissolutio uocatur, apta cum quid instantius dicimus. Nam & singula inculcantur, & quasi plura fiunt. Ideoq; utimur hac figura non in singulis modò uerbis, sed sententijs etiā, ut Cicero dicit contra cōcionem Metelli: Qui indicabantur, eos uocari, custodiri, ad senatum adduci *†* iussi, in senatu sunt positi. Et totus hic locus. Hoc genus *†* iussu

εραχυλογία uocant, quæ potest esse copulata dissolutio. Contrariū est schema, quod coniunctionibus abundat. Illud *ἀσώδητον*, hoc *πολυσώδητον* dicitur, hoc est uel h̄sdem sæpius repetitis, ut: Tectumq; laremq; Armaq; Amycleumq; canem, Cressamq; pharetram. Vel diuersis: Arma uirumq;. Multum ille & terris. Multa quoq; & bello. Aduerbia quoq; & pronomina uariantur. Hic illum uidi iuuenem: Biffenos cui nostra dies. Hic mihi respōsum primus dedit ille petenti. Sed utrunq; horū coaceruatio: etenim tantum iuncta aut dissoluta, omnibus scriptores sua nomina dederūt, sed uaria, & ut cuiq; fingenti placuit. Fons quidem unus, quia acriora facit, & instantiora quæ dicimus, & uim quandam suam præ se ferentia, uelut sæpius erumpentis affectus. Gradatio quæ dicitur *κλίμαξ*, apertiorē habet artem, & magis affectatam, ideoq; esse rarior debet. Est autem ipsa quoq; adiectionis. Repetit enim quæ dicta sunt, & priusquā ad aliud descendat, in prioribus resistit. Eius exem-

B plum ex græco notissimo transferatur: Nec *†* hæc dixi quidem, sed nec scripsi, nec scripsi quidem, sed nec obij legationem, nec obij quidem, sed nec persuasi Thebanis, nec persuasi quidem. Sunt tamen erudita & latina. Africano uirtutem industria, uirtus gloriam, gloria æmulos comparauit. Et Calui: Non ergo magis pecuniarum repetundarum quā maiestatis, neq; maiestatis magis quā Plautiæ legis, neq; Plautiæ legis magis quā ambitus, neq; ambitus magis quā omnium legum iudicia perierunt. Inuenitur apud poetas quoq;, ut apud Homerū de sceptro quod à Ioue ad Agamemnonem usq; deducit, & apud nostrū etiam Tragicū: Ioue propagatus est (ut perhibent) Tantalus, Ex Tantalo Pelops, ex Pelope autem fatus Atreus, qui nostrum porrò propagat genus.

† enim

† reus est.

At quæ per detractationem fiunt figuræ, breuitatis nouitatisq; maxime *†* gratia petuntur, quarum una est ea, quam libro proximo in figuras distuli synecdoche, cum subtractum uerbum aliquod satis ex cæteris intelligitur, ut Cælius in Antonium: Stupere gaudio *†* Græcus. Simul enim auditur cōpiti. Cicero ad Brutū: Sermo nullus scilicet nisi de te. Quid enim potius: Tum Flauius: Erras inquit tabellarie, & ego ibidē orans inter cœenam exorauī. Cui similia sunt illa meo quidem iudicio, in quibus uerba decenter pudoris gratia subtrahuntur: Nouimus & qui te transfuersa tuentibus hircis. Et quo, sed faciles Nymphæ risere, sacello.

† gratia petunt

† Greci

C Hanc quidam aposiopesis putat, frustra. Nam illa quid taceat incertum est, aut certe longiore sermone explicandum. Hic unum uerbum, & manifestum quidem desideratur, quæ si aposiopesis est, nihil in quo deest aliquid, non idem appellabitur. Ne ego illud quidem aposiopesis semper uoco, in quo res quæcumque relinquitur intelligenda, ut ea quæ in epistolis Cicero: Data Iuliacalibus quo die Antonius Cæsari, nihil obtulit, iustitiam quia nihil hic aliud intelligi poterat, quam hoc, diadema imposuit. Altera est per detractio figura, de qua modo dictum est, cui coniunctiones eximuntur. Tertia quæ dicitur *σωεζωγυμλιον*, in qua unum ad uerbum plures sententiæ referuntur, quarum unaquæque desideraret illud, si sola poneretur. Id accidit aut præposito uerbo ad quod reliqua respiciat: Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Aut illato, quo plura clauduntur: Neque enim is es Catilina, ut te aut pudor unquam à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocauerit. Medium quoque potest esse, quod & prioribus & sequentibus sufficiat. Iungit autem & diuersos sexus, ut cum marem sceminamque filios dicimus. Et singularia pluralibus miscet. Sed hæc ad eum sunt uulgaria, ut sibi artem figurarum asserere non possint. Illud planè figura est, qua diuersa sermonis forma coniungitur: Socijs tunc arma capebant

Edico, & dira bellum cum gente gerendum.

D Quamuis enim pars belli posterior participio insistat, utriusque tamen conuenit illud edico, nam utriusque detractio gratia facta coniunctio. *σωοικεια* *σπ* uocant, quæ duas res diuersas colligat: Tam deest auaro quod habet, quam quod non habet. Huic diuersam uolunt esse distinctionem, cui dant nomen *πρῶταδισοληρ*, qua similia discernuntur, cum te pro astuto sapientem appelles, pro confidente fortem, pro illiberali diligentem, quod totum pendet ex finitione, ideoque an figura sit dubito. Cui contraria est ea quæ ex uicinia transit ad diuersa aut similia: Breuis esse laboro, Obscurus fio, & quæ sequuntur. Tertium est genus figurarum, quæ aut similitudine aliqua uocum, aut paribus, aut contrarijs uertunt in se aures et excitant. Huic nomen est *προσωνομασια*, quæ dicitur agnominatio. Ea non uno modo fieri solet, sed ex uicinia quadam prædicti nominis ducta casibus declinatur, ut Domitius Afer pro Cloantilla: Mulier rerum omnium imperita, in omnibus rebus infelix. Et cum uerbo idem uerbum plus significanter subiungitur: Quando homo, hostis homo. Quibus exemplis sum in aliud usus, sed in uno facilis est geminatio. *παρωνομασια* ei contrarium est, quod eodem uerbo quasi falsum augetur: Quæ lex priuatis hominibus esse lex non uidebatur. Cui confinis est *αντανάκλασις*, eiusdem uerbi contraria significatio, cum Proculius quereretur de filio, quod is mortem suam expectaret, & ille dixisset se uero non expectare: Imò inquit, rogo expectes. Non eodem sed ex diuerso uicinum accipitur, cum supplicio afficiendum dicas, quem supplicatione dignum iudicaris. Aliter quoque uoces aut eadem diuersa in signifi-

A significatione ponuntur, aut productione tantum uel correptione mutata, quod etiam in iocis frigidum, equidem tradi inter præcepta miror, eorumque exempla uitandi potius quam imitandi gratia pono: Amari iucundum est, si curetur ne quid insit amari. Auium dulce ad auium ducit. Et apud Ouidium: Ludentem cur ego non dicam furiare Furiam. Cornificius hanc productionem uocat, uidelicet alterius intellectus ad alterum. Sed elegantius, quod est positum in distinguendam rei proprietatem: Hanc reipublicæ pestem paulisper reprimi, non in perpetuum comprimere posse. Et quæ præpositionibus in contrarium mutantur. Non emissus ex urbe, sed immisus in urbem esse uideatur. Melius atque acrius, quod cum figura iucundum est, etiam sensu ualet. Emit morte immortalitatem. Illa leuior est: Non Pisonum, sed pistorum, & ex aratore orator. Pessimum uero: Ne patres conscripti uideantur circumscripti. Raro euenit sed uehementer uenit. Sic contingit, ut aliquis sensus uehemens & acer uenustatem aliquam non eodem ex uerbo non dissonam accipiat. Et cur me prohibeat pudor uti domestico exemplo: Pater meus contra eum qui se legationi immoraturum dixerat, deinde uix paucis diebus insumptis re infecta redierat, non exigo uti immoreris legationi, immoriare. Nam & ualet sensus ipse, & in uerbis tantum distantibus iucunde consonat uox, præsertim non captata, sed uelut oblata, cum altero suo sit usus, alterum ab aduersario acceperit. Magnæ ueteribus curæ fuit,

B gratiam dicendi e paribus contrarijs acquirere, Gorgias in hoc immodicus, copiosus utique prima ætate Isocrates fuit. Delectatus est his etiam M. Tullius, uerum & modum adhibuit non ingrata (nisi copia redundet) uoluptati, & rem alioqui leuem sententiarum pondere impleuit. Nam per se frigida & inanis affectatio cum in acris incidit sensus, innata uidetur esse non accersita. Similium ferè quadruplex ratio est. Nam est primum, quoties uerbum uerbo, aut non dissimile ualde quaeritur, ut:

Puppescque tuæ pubescque tuorum.

Et si in hac calamitosa fama, quasi in aliqua perniciosissima flamma. Et: Non enim tam spes laudanda quam res est. Aut certe par est extremis syllabis consonans: Non uerbis sed armis. Et hoc quoque quoties in sententias acris incidit pulchrum est:

Quantum possis in eo semper experire ut pro sis, hoc est *παρισσορ*, ut plerisque placuit. Cleosteleus *παρισσορ* existimat, quod fit e membris non dissimilibus. Secundum ut clausula similiter cadat, uel ipsdem in ultimam partem, collatis, *ομοιοτελεωτηρ* similem duarum sententiarum uel plurium finem. Non modo ad salutem eius extinguendam, sed etiam gloriam per tales uiros infringendam. Ex quibus ferè sunt, non tamen ut semper ultimis consonent, quæ

τριπικωλα dicunt: Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Sed in quaternas quoque, ac plures hæc ratio ire sententias potest. Fit etiam singulis uerbis: Hæc cubat, dolet, piget, pudet. Et: Abijt, excessit, erupit, euasit. Tertium est quod in eisdem casus cadit, *ομοιοπηωτηρ* dicitur. Sed neque quod finem habet similem, est *ομοιοπηωτηρ*, utique in eundem finem

† ergo

† non eandem
eo uerbo† habere
† uero

† apparet

† Cleostolchus

† Hecuba hoc
dolet
† quod non in
eisdem

uenit ὁμοιότελλον. Quia ὁμοιόπρωτον, est tantum casus similis, etiamsi dissimilia sint quæ declinentur, nec tantum in fine deprehenditur, sed respondent uel primis inter se, uel medijs, uel extremis, uel etiam permutatis his, ut media primis, & summa medijs accommodentur, & quocumq; modo accommodari poterunt. Nec enim semper paribus syllabis constat, ut est apud Afrum: Amisso nuper infelicis aulæ si non præsidio inter pericula, tamen solatio uitæ inter aduersa. † Ea uero uidentur optima in quibus initia sententiarum & fines consentiunt, ut hic præsidio, solatio, & ut penè similia sint uerbis, & paribus cadant, & eodem desinant modo. Etiam ut sint, quod est quartum, membris æqualibus, quod ἰσόκωλον dicitur: Si quantum in agro locisq; desertis audacia potest, tantum in foro atq; iudicijs impudentia ualeret, ἰσόκωλον est, & ὁμοιόπρωτον habet. Non minus nunc in causa cederet A. Cecinna Sexti Ebuti impudentiæ, quã tum in uis facienda cessit audaciæ, ἰσόκωλον, ὁμοιόπρωτον, ὁμοιότελλον. Accedit & ex illa figura gratia, qua nomina dixi mutatis casibus repeti. Nō minus cederet quã cessit. Adhuc ὁμοιότελλον & ἁνωμασία est: Neminem posse alteri dare matrimonium, nisi quem penes sit patrimonium. Contrapositum aut, uel ut quidam uocant, contentio (ἀντιθετον dicitur) non uno fit modo. Nam & fit si singula singulis opponuntur, ut in eo quod modo dixi: Vicit pudorem libido, timorē audacia. Et bina binis: Non nostri ingenij, uelstri auxiliij est. Et sententiæ sententijs: Dominetur in concionibus, iaceat in iudicijs. Cui comodissime subiungitur & ea species, quam distinctionem diximus: Odit populus Romanus priuatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit. Et quæ sunt simili casu, dissimili sententia in ultimo locata, ut: Quod in tēpore mali fuit, nihil oblit, quin quod in causa boni fuit, proficit. Nec semper cōtrapositum subiungitur, ut in hoc: Est igitur iudices nō scripa, sed nata lex. Verum, sicut Cicero dicit, de singulis rebus propositis refertur ad singula, ut in eo quod sequitur: Quam non didicimus, accepimus, legimus, uerū ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus. Nec semper quod aduersum est cōtraponitur, quale est apud Rutilium: Nobis primis dii immortales fruges dederunt, nos quæ soli accepimus, in omnes terras distribuimus. Fit etiā assumpta illa figura, qua uerba declinata repetuntur, quod ἀνιμεταβολή dicitur: Non ut edam uiuo, sed ut uiuam edo. Et quod apud Ciceronem cōuersum ita est, ut cum mutationem casus habeat, etiam similiter desinat, ut & sine inuidia culpa plectatur, & sine culpa inuidia puniatur, quod & eodem †cluditur uerbo, ut quod dicit de Sexto Roscio: Etenim cum artifex eiusmodi sit, ut solus dignus uideatur esse qui scenam introeat, tum uir eiusmodi sit, ut solus uideatur dignus, qui eō non accedat. Est & in nominibus ex diuerso collocatis sua gratia: Si Consul Antonius, Brutus hostis, si conseruator reipublicæ Brutus, hostis Antonius. Olim plura de figuris quã necesse erat, & adhuc erit, qui putet esse figuram; Incredible est quod dico, sed uerum, ἀνθυπόφορον uocant:

† Eius fere

D

† excluditur

A cant: Et aliquis hoc, Semel tulit, ego bis, ego ter, διέξοδον, ἀφοδον. Longius euectus sum, sed redeo ad propositum. Quædam uerborum figuræ paulum figuris sententiarū declinantur, ut dubitatio. Nam cū est in re, priori parti assignanda est, cum in uerbo sequenti, siue me malitiā, siue stultitiam dicere oportet. Item correctionis eadem ratio est. Nam quod illic dubitat, hic emendat. Etiam in personæ fictione accidere quidā idem putauerunt, ut in uerbis etiā esset hæc figura: Crudelitatis est mater auaritia. Et apud Sallust. in Ciceronē: O Romule Arpinas: quale est & apud Menandrū, Oedipus Othryasius. Hæc omnia copiosius sunt executi, qui nō ut partē operis transcurrerunt, sed propriè libros huic operi dedicauerūt, sicut Cæcilius, Dionysius, Rutilius, Cornificius, Visellius, alijq; non pauci, sed nō minor erit eorum qui † uiuunt gloria. Ut fateor autem uerborum figuras posse plures reperiri à quibusdam, ita his quæ ab autoribus claris traduntur, meliores non assentior. Nam in primis M. Tullius multas in tertio de Oratore libro posuit, quas in Oratore postea scripto transeundo uidetur ipse damnasse, quarum pars est, quæ sententiarū potius quã uerborum sit, ut imminutio, improuisa imago, sibi ipsi responsio, digressio, permissio, cōtrarium. Hoc enim puto quod dicitur ἑναντιότης, sumpta ex aduerso probatio. Quædam omnino non sunt figuræ, sicut ordo, dinumeratio, circumscriptio, siue hoc nomine significatur comprehensa breuiter sententia, siue finitio. Nam Cornificius, atq; Rutilius schema λίσσως putant. Verborum aut cōcinna transgressio, id est hyperbaton, qd Cæcilius quoq; putat schema, à nobis est interposita, & mutatio, & si ea est, quam Rutilius ἀνομοίωσιν uocat, dissimilitudinem ostendit hominū, rerum, factorumq; si latius fiat, figura non est: si angustius, in ἀντιθετον cadet. Si uero hæc appellatio significat ὑπαλλαγῆναι, satis de ea dictū est. Quod uero schema est ad propositum subiecta ratio: quod Rutilius ἀπολογία uocat, utrum (nam de illo dubitari possit an schema sit) distributis subiecta ratio: quod apud eundem primo loco positum est, προσαπόδοσιν dicit, quæ ut maxime seruetur, sanè est in pluribus propositis, quia aut singulis statim ratio subijcitur, ut est apud C. Antoniū: Sed neq; accusatorem eum metuo, qui sum innocens, neq; competitorum uereor, qui sum Antonius, neque cōs. spero, qui est Cicero. Aut positis duobus uel tribus, eodem ordine singulis continua redditur, quale apud Brutū de dictatura Cn. Pompeij: Præstat enim nemini imperare, quã alicui seruire: Sine illo enim uiuere honeste licet, cū hoc uiuēdi nulla cōditio est. Sed uni rei multiplex ratio subijcitur, ut apud Vergiliū: Siue inde occultas uires & pabula terræ
Pinguia concipiunt, siue illis omne per ignem
Excoquitur uitium. Et totus locus.
Seu plures calor ille uias, Seu durat magis.
Relationem quid accipi uelit, non liquet mihi. Nam si ἀπαλλαγῆναι, aut ἐπάνοσιν, aut ἀνιμεταβολῆναι dicit, de omnibus locuti sumus. Sed quicquid id est, neq;

† uiuunt.

† continua

C hoc, neq; superiora in Oratore repetit. Sola est in eo libro posita pariter inter figuras uerborū, exclamatio, quā sententiā potius puto. Affectus em̄ est, & cæteris omnibus consentio. Adijcit his Cæcilius *πρὸς ἄλλους*, de qua dixi. Cornificius interrogationem, ratiocinationem, subiectionem, translationem, occultationem. Præterea sententiam, membrū, articulum, interpretationem, conclusionem, quorū priora alterius generis sunt schemata, sequentia schemata omnino non sunt. Item Rutilius præter ea quæ apud alios quoq; sunt schemata, *πρὸς μολογίαν, ἀναγκαῖον, ἠθοποιίαν, δικαιολογίαν, πρὸς ὀκνηρ, χαρὰ κρησίσμῳ, βραχυλογία, πρὸς ἀσιώπησιν, παρρησίαν*, de quibus idem dico. Nam eos quidem autores, qui nullum propè finem fecerunt exquirendis nominibus, præteribo, qui etiam quæ sunt argumentorū, figuris ascripserunt. Ego illud de his etiam quæ uere sunt, adijciam breuiter, sicut ornant orationes opportune positæ, ita ineptissimas esse, cum immodice petuntur. Sunt qui neglecto rerum pondere, & uiribus sententiarū, si uel inania uerba in hos modos deprauarint, summos se iudicent artifices, ideoq; nō desinunt eas necere, quas sine sententiā sectari tam est ridiculū, quā querere habitum, gestumq; sine corpore. Sed ne hæc quidem quæ recte fiunt, defendendæ sunt nimis. Nam & uultus mutatio, oculorūq; coniectus multū in actū ualet, sed si quis ducere os exquisitis modis, & frontis ac luminum inconstantia trepidare nō desinat, rideatur. Et oratio habeat rectam quandam uelut faciem, quæ ut stupere immobili rigore non debebit, ita sæpius in ea quam natura dedit, specie continenda est. Sciendum uero in primis quid quisq; in orando postulet locus, quid persona, quid tempus. Maior enim pars harum figurarum posita est in delectatione. Vbi uero atrocitate, inuidia, miseratione pugnandum est, quis ferat cōtrapositis, & pariter cadentibus, & cōsimilibus irascentem, flentem, rogantem: cum his rebus cura uerborum deroget affectibus fidem, & ubicunq; ars ostentatur, ueritas abesse uideatur.

De Compositione. CAP. IIII.

DE compositione non equidem post Marcum Tullium scribere auderem, cui nescio an ulla pars operis huius sit magis elaborata, nisi & eiusdem ætatis homines scriptis ad ipsum etiam literis reprehendere id collocandi genus ausi fuissent, & post eum plures multa ad eandem rem pertinentia memoriæ tradidissent. Itaq; accedā in plerisq; Ciceroni, atq; in his ero, quæ indubitata sunt breuior, in quibusdam paulum fortasse dissentiam. Nam etiam cum iudicium meum ostendero, suum tamen legentibus relinquam. Neque ignoro quosdam esse, qui curam omnem compositionis excludant, atq; illum horridum sermonem ut fortè effluerit, modò magis naturalem, modò etiam magis uirilem esse contendunt. Qui si id demum naturale esse dicunt, quod à natura primum ortum est, & quale ante cultum fuit, tota hæc ars orandi subuertetur. Neq; enim locuti sunt ad hanc regulam & diligentiam primi homines, nec

A nes, nec proccmijis præparare, docere expositione, argumentis probare, affectibus commouere scierunt. Ergo his omnibus, non sola compositione caruerunt: quorum si fieri nihil melius licebat, ne domibus quidem casas, aut uestibus pelliū tegmina, aut urbibus mōtes ac syluas mutari oportuit. Quæ porro ars statim fuit? quid nō cultu mitescit? cur uites coërceamus manu? cur eas fodimus? rubos aruis excidimus? terra & hæc generat. Mansuefacimus animalia: indomita nascuntur. Verum id est maxime naturale, quod fieri natura optime patitur. Fortius uero quæ incompositū potest esse, quā iunctum & bene collocatum? Neq; si parui pedes uim detrahant rebus, ut Sotadeorum, & Callimachorū, & quorundam in oratione simili penè licentia lasciuentiū, compositionis est iudicandum. Cæterum quanto uehementior fluminū cursus est prono alueo, ac nullas moras obijciēte, quā inter obstantia saxa fractis ac aquis reluctantibus, tanto quæ connexa est, & totis uiribus fluit, fragosa atque interrupta melior oratio. Cur ergo uires ipsas specie solui putet, quādo res nec ulla sine arte satis ualeat, & comitetur semper artem decor? An non eam quæ optime est, hastam speciosissime cōtortam ferri uidemus? & arcu dirigentium tela quo certior manus, hoc est habitus ipse formosior? Iam in certamine armorū, atq; in omni palæstra quid satis recte cauetur ac petitur, cui nō artifex motus, & certi quidam pedes adsint? Quare mihi compositione uelut amentis quibusdam neruis ue intendi & cōcitari sententiæ uidentur. Ideo eruditissimo cuiq; persuasum est, ualere eam quamplurimū, non ad delectationem modò, sed ad motū quoq; animorum. Primū quia nihil intrare potest in affectū, quod in aure uelut quodam uestibulo statim offendit: deinde quod natura ducimur ad modos. Neq; em̄ aliter eueniret, ut illi quoq; organorū soni, quanquā uerba non exprimunt, in alios tamen atq; alios motus ducerent auditorem. In certaminibus sacris nō eadem ratione concitant animos ac remittunt, nec eosdem modos adhibent cū bellicum est canendum, & cum posito genu supplicandū. Nec idem signorū concentus est procedente ad præliū exercitu, idem receptui carmen. Pythagoreis certe moris fuit, & cum euigilassent, animos ad lyram excitare, quo essent ad agendum erectiores, & cum somnum peterent, ad eandem prius lenire mentes, ut siquid fuisset turbidiorū cogitationum, componerent. Quod si numerus & modis inest quædam tacita uis, in oratione eo uehementissima, quantumq; interest sensus idem quibus uerbis efferatur, tantū uerba eadem qua compositione uel in exitu iungantur, uel sine claudantur. Nam quædam & sententijs parua, & elocutione modica, uirtus hæc sola cōmendat. Deniq; quod cuique uisum erit uehementer, dulciter speciose dictū, soluat, & turbet, abierit omnis uis, iucunditas, decor. Soluit quædam sua in Oratore Cicero: Nam neq; me diuitiæ mouēt, quibus omnes Africanos & Lælios, multi uenalitij mercatoresq; superarunt, & sequentes deinceps periodos: quas si ad illum modū perturbes, uelut fra-

Cæta aut transuersa tela proieceris. Idem corrigit quæ à Graccho composita durius putat: Illum decet, nos hac simus probatione contenti, quod in scribendo quæ se nobis solutiora obtulerint, componemus. Quid enim attinet eorū exempla quærere, quæ sibi quisque experiri potest? Illud notasse satis habeo, quo pulchriora & sensu, & elocutione dissolueris, hoc orationem magis deformem fore, quia negligentia collocationis ipsa uerborum luce deprehenditur. Itaque ut confiteor penè ultimam oratoribus artem compositionis, qua de perfecta sit, contigisse, ita illis priscis habitam inter curas, in quantum adhuc profecerant, puto. Neque mihi quamlibet magnus autor Cicero persuaserit Lysiam, Herodotum, Thucydidem, parum studiosos eius fuisse. Genus fortasse sint secuti non idem quod Demosthenes, aut Plato, quanquam & ipsi inter se dissimiles fuerunt. Nam neque illud in Lysia dicendi textum tenue, atque rarum lætioribus numeris corrupendum erat. Perdidisset enim gratiam, quæ in eo maxima est, simplicis atque in affectu coloris, perdidisset fidem quoque. Nam scribebat alijs, non ipse dicebat, ut oportuerit esse illa rudibus & incompositis similia, quod ipsum compositio est. Et historiarum (quæ currere debet ac ferri) minus conuenissent intersistentes clausulæ, & debita actionibus respiratio, & cludendi inchoandi que sententias ratio. In concionibus quidem etiam similiter cadentia quædam & contrapositiona deprehendas, in Herodoto uero cum omnia (ut ego quidem sentio) leniter fluant, tum ipsa

† ut latenter in numeros complectatur *διὰ λεκτοῦ* habet eam iucunditatem, † ut latentes etiam numeros complexa uideatur. Sed de propositorum diuersitate post paulum. Nunc quæ prius his qui recte componere uolent, discenda sint. Est igitur ante omnia oratio, alia iuncta atque contexta, soluta alia, qualis in sermone & epistolis, nisi cum aliquid supra naturam suam tractant, ut de philosophia, de republica similibusque. Quod non eo dico, quia non illud quoque solutum habeat suos quosdam, & forsitan difficiliore etiam pedes: neque enim aut hiare semper uocalibus, aut destitui temporibus uolunt sermo & epistola, sed non fluunt, nec cohærent, nec uerba de uerbis trahunt, ut potius laxiora in his uincula quam nulla sint. Nonnunquam in causis quoque minoribus decet eadem simplicitas, quæ non illis sed alijs utitur numeris, dissimulatque eos, & tantum communit occultius. At illa connexa series tres habet formas, incisa, quæ *κόμματα* dicuntur, membra, quæ *μέλη*, uel *περίοδοι*, quæ est uel ambitus, uel circumductus, uel continuatio, uel conclusio. In omni porro compositione tria sunt † necessaria, ordo, iunctura, & numerus. Primum igitur de ordine. Eius obseruatio in uerbis est singularis, & contextis. Singula sunt quæ diximus *ἀσώδητα*. In his cauendum ne decrescat oratio, & fortiori iungatur aliquid infirmius, ut sacrilego fur, aut latroni petulans. Augeri enim debent sententiæ & insurgere, ut optime Cicero: Tu, inquit, istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate. Aliud enim maius alio superuenit. At si cœpisset à toto corpore, non bene

Ad latera faucesque descenderet. Est & alius naturalis ordo, ut uiros ac feminas, diem ac noctem, ortum & occasum dicas potius, quam retrorsum. Quædam ordine permutato fiunt superuacua, ut fratres gemini. Nam si præcesserint gemini, fratres addere non est necesse. Illa nimia quorundam fuit obseruatio, ut uocabula uerbis, uerba rursus ad uerbis, nomina appositis, & pronomibus rursus essent priora. Nam fit contra quoque frequenter non indecore. Necnon & illud nimie est superstitionis, ut quæque sunt tempore, ea facere etiam ordine priora, non quia frequenter non sit hoc melius, sed quia interdum plus ualeat ante gesta, ideoque leuioribus superponenda sunt. Verbo sensum cludere multo, si compositio patiat, optimum est. In uerbis enim sermonis uis inest. At si id asperum erit, cedat hæc ratio numeris, ut sit apud summos græcos, latinisque oratores frequentissime. Sine dubio enim omne quod non cludet, hyperbaton est. Ipsum hoc inter tropos uel figuras, quæ sunt uirtutis, receptum est. Non enim ad pedes uerba dimenta sunt. Ideoque ex loco transferuntur in locum, ut iungantur, quo congruunt maxime, sicut in structura saxorum rudium, etiam ipsa enormitas inuenit cui applicari, & in quo possit insistere. Felicissimus tamen sermo est, cui & rectus ordo, & apta iunctura, & cum his numerus opportune cadens contingit. Quædam uero transgressionis & longæ sunt nimis, ut in superioribus diximus libris, & interim etiam compositione uitiosæ, quæ in hoc ipsum petuntur, ut exultent atque lasciuiant, quales illæ Meccenatis: Sole & aurora rubent plurima, inter sacra mouit aqua fraxinos, ne exequias quidem unus inter miserimos uiderem meas. Quod inter hæc pessimum est, quia in re tristi ludit compositio. Sæpe tamen est uehemens aliquid sensus in uerbo, quod si in media parte sententiæ latet, transiri intentione, & obscurari circumiacentibus solet, in clausula positum assignatur auditori & infigitur, quale est illud Ciceronis: Ut tibi necesse esset in conspectu populi Romani uomere. Transfer hoc ultimum, minus ualebit. Nam totius ductus hic est quasi mucro, ut per se fœdæ uomendi necessitati, iam nihil ultra expectantibus, hanc quoque adijceret deformitatem, ut ci bus teneri non posset postridie. Solebat Afer Domitius transire in clausulas uerba tantum asperandæ compositionis gratia, & maxime in processibus, ut pro Cloantilla: Gratias agam continuo. & pro Lælia: Eis utrisque apud te iudicem periclitatur Lælia. Ad eum refugit teneram delicatamque modulandi uoluptatem, ut occurrentibus per se numeris, quo eos inhiberet, obijceret. Amphibologiam quoque fieri uitiosa locatione uerborum, nemo est qui nesciat. Hæc arbitror, ut in breui, de ordine fuisse dicenda: qui si uitiosus est, licet & iuncta sit, & apte cadens oratio, tamen merito in composita dicatur. Iunctura sequitur. Ea est in uerbis, incisis, membris, periodis. Omnia namque ista & uirtutes, & uitia in complexu habent. Atque ut ordinem sequar, primum quæ imperitis quoque ad reprehensionem notabilia uidentur, id est quæ commissis inter se uerbis duobus

† fœdæ uomendi necessitas

Cultima prioris, ac prima sequentis syllaba, deforme aliquod nomen efficiunt. Tum uocalium cōkursus, qui cum accedit, hiat & interstitit, & quasi laborat oratio: Pessime longe, quæ eadem inter se literas committunt, sonabuunt. Præcipuus tamen erit hiatus earum, quæ eao aut patulo maxime ore efferunt. E plenior litera est, i angustior, ideoq; obscurius in his utrum. Minus peccabit qui longis breues subiiciet, & adhuc qui præponet longæ breuem. Minima est in duabus breuibus offensio. Atq; cū aliæ ^{† habitus} subiungunt alijs, perinde asperiores erūt, prout oris † hiatu simili, aut diuerso pronunciabuntur. Non tamen id ut crimen ingens expauescendū est, ac nescio negligentia in hoc, an sollicitudo sit peior. Inhibeat enim necesse est hic metus impetū dicendi, & a potioribus auertat. Quare ut negligentia est pars hoc pati, ita humilitatis ubiq; perhorrescere, nimiosq; nō immeritō in hac cura putāt omnes Isocratē secutos, præcipueq; Theopompum. At Demosthenes & Cicero modice respexerunt ad hanc partem. Nam & coeunt literæ, quæ *συναλοιφι* dicitur, etiam leniorem faciunt orationem, quam si omnia uerba suo sine cludantur, & nonnunquam hiulca etiam decent, faciuntq; ampliora quædā, ut pulchra oratione apta omnino iactare, tum longæ per se, & uelut optimæ syllabæ aliquid etiam medijs temporis inter uocales quasi interstitat assumūt. Qua de re utar Ciceronis potissimū uerbis: Habet, inquit ille, tanq; hiatus & concursus uocalium molle quiddam, & quod indicet nō ingratam negligentiam de re hominis magis quam de uerbis laborantis. Cæterum consonantes quoque, ^{† carminis} & eæq; præcipue quæ sunt asperiores, in commissura uerborum rixantur, & sultima cum x proxima, quarū tristior, etiamsi binæ collidantur, stridor est, ut ars studiorum, quæ fuit causa & Seruio, ut dixi, subtrahendæ sultima, quoties ultima esset, aliaq; cōsonante susciperetur, quod reprehendit Lauranius, Messala defendit. Nam neq; Luciliū putant uti eadem ultima, cū dicit: Serenū fuit, & dignū loco. Quinetiam Cicero in Oratore plures antiquorum tradit sic locutos:

Inde Belligerare pe' meridiem, & illa Censorij Catonis, Die' hanc, æquæ in litera in e mollita, quæ in ueteribus libris reperta mutare imperiti solent: & dū librariorū insitiā insectari uolunt, suam cōfitentur. Atqui eadem illa litera quoties ultima est, & uocalem uerbi sequentis ita contingit, ut in eam transire possit, etiam si scribitur, tamen parū exprimitur, ut: Multum ille. &: Quantum erat. aded ut penè cuiusdam nouæ literæ sonū reddat. Neq; enim eximitur, sed obscuratur, & tantum aliqua inter duas uocales uelut nota est, ne ipsæ coeant. Videndū etiam ne syllabæ uerbi prioris ultimæ, sint primæ sequentis. Id ne quis præcipi miret, Ciceroni in epist. excidit: Res mihi inuisæ uisæ sunt Brute. Et in carmine: O fortunatam natam me consule Romam.

Etiam monosyllaba plura male continuabuntur, quia necesse est compositio multis clausulis concisa subsultet. Ideoq; etiam breuium uerborum ac nominū

A nominum uitanda continuatio, & ex diuerso quoq; longorum. Afferunt enim quandam dicendi tarditatem. Illa quoq; uitia sunt eiusdem loci, si cadentia similiter, & similiter desinentia, & eodē modo declinata iungant. Nec uerba quidem uerbis, aut nomina nominibus, similiaq; his continuari decet, cum uirtutes etiam ipsæ tædium pariant, nisi gratia uarietatis adiuta. Membrorū incisorumq; iunctura non eo modo est obseruanda, quo uerborum, quanquam & in his extrema & prima coeunt. Sed plurimū refert compositionis, quæ quibus anteponas: Nam & uomens frustis esculentis uinum redolentibus gremium suum, & totum tribunal impleuit. Et contra (nam frequentius utar isdem diuersarum quoq; rerum exemplis, quo sint magis familiaria) Saxa atq; solitudines uoci respondent, bestia sæpe immanes cantu flectuntur atq; cōsistunt. Magis id infurgebat si uerteretur. Nam plus est saxa quam bestias commoueri, inest tamen compositioni decor. Sed transeamus ad numeros. Omnis structura, ac dimensio, & copulatio uocū, constat aut numeris (numeros *ἑυδμουε* accipi uolo) aut *μέτρον*, id est dimensione quadam. Quod etiam si cōstat utrunq; pedibus, habet tamen non simplicem differentiam. Nam rhythmus, † id est numeri ^{† in numeris} spatio temporū constant, metra etiam ordine, ideoq; alterum esse quantitatis uidetur, alterum qualitatis. *ρυθμός* aut par est, ut dactylus. Vnam em̄ syllabam parē breuibus habet. Est quidē uis eadem & alijs pedibus, sed nomen illud tenet. Longam esse duorum temporū, breuem unius, etiam pueri sciunt: aut fescuplex, ut pæon, cuius uis est ex longa & tribus breuibus, quiq; ei contrarius ex tribus breuibus & longa, uel alio quoquo modo, tempora tria ad duo relata fescuplū faciunt: Aut duplex, ut iambus. Nam est ex breui & longa, quiq; est ei contrarius. Sunt † hi & metrici ^{† enim} pedes, sed hoc interest, quod rhythmus indifferens est, dactylus ne ille prior res habeat breues, an sequentes. Tempus enim † solum metitur, ut a sublatione ad positionem isdem sit spatij pedū. In uersu pro dactylo poni non poterit anapestus, aut spondeus, nec pæon eadem ratione a breuibus incipit ac desinet. Neq; solum alium pro alio pedem metrorum ratio non recipit, sed ne dactylum quidem, aut fortē spondeum, alterū pro altero. Itaque si quinque continuos dactylos (ut fit in illo: Panditur interea domus omnipotentis olympi.) confundas, solueris uersum. † Sunt & illa discrimina, quod rhythmis libera spatia, metris finita sunt, & his certæ clausulæ, † illi quo modo coeperant currunt usque ad *μεταβολήν*, id est transitū in aliud genus rhythmus. Et quod metrum in uerbis modo, rhythmus etiam in corporis motu est. Inania quoq; tempora rhythmus facilius accipient, quanquam hæc & in metris accidunt, maior tamen illic licentia est, ubi tempora etiam animo metiuntur, & pedum, & digitorum ictu interualla signant quibusdam notis, atq; æstimant quot breues illud spatiū habeat, inde *πυρρασμα*, *πεντάσμα*. Deinceps longiores fiunt percussiones. Nam *σκηθον* tempus est unum. In

† sonū metitur, ut a sublatione ad positionem isdem spatij. Proinde alius ad dimensionē in uersu pro dactylo poni non poterit anapestus, aut spondeus: Nec penes eandē rationem a breuibus incipiat ac desinet. † Sic † alie

Compositione orationis certior, & magis omnibus aperta seruari debet di-
 mensio. Est igitur in pedibus. Et metrici quidem pedes adeo reperiuntur
 in oratione, ut in ea frequenter non sentientibus nobis, omniu generu ex-
 cidant uersus. Et contra, nihil est prosa scriptu quod non redigi possit in
 quaedam uersiculorum genera. Sed in adeo molestos indicimus gramma-
 ticos, quorum fuerunt, qui lyricorum quaedam carmina in uarias mensu-
 ras coegerunt. At Cicero frequentissime dicit totu hoc constare numeris,
 ideoq; reprehenditur a quibusdam, tanquam oratione ad rhythmos alli-
 get. Nam sunt numeri rhythmici, ut & ipse constituit, & secuti eum Vergi-
 lius, cum dicit: Numeros memini si uerba tenerem. & Horat.
 Numerisq; fertur Lege solutis. Inuadunt ergo hanc inter cae-
 teras uocem. Neq; enim Demosthenes fulmina tantopere uibrasse dice-
 retur, nisi numeris contorta ferrentur. In quo si hoc sentimus, rhythmis
 contorta, dissentio. Nam rhythmici, ut dixi, necq; finem habent certu, nec
 ullam in contextu uarietatem, sed qua coeperunt sublatione ac positione,
 ad finem usq; decurrunt. Oratio non descendit ad strepitum digitorum.
 Id quod Cicero optime uidet, ac testatur frequenter se quod numerosum
 sit quaerere, ut magis non *αγυθμὸς*, quod esset inscitum atq; agreste, quam
εὐρυθμὸς, quod poeticum est, esse compositionem uelit, sicut etiam quos pa-
 laestritas esse nolumus, eos qui dicuntur *ἀπὸ λαισίου*. Veru ea quae efficitur
 ex pedibus aequa conclusio, nomen aliquod desiderat. Quid sit igitur po-
 tius quam numerus, & oratorius numerus, ut enthymema rhetoricus syl-
 logismus. Ego certe ne in calumniam cadam, qua ne M. quidem Tullius
 caruit, posco hoc mihi, ut cum pro composito dixerio numeru, & ubicun-
 que iam dixi, oratoriu dicere intelligar. Collocatio autem uerba iam pro-
 bata, & electa, & uelut assignata sibi debet connectere: nam uel dura in-
 ter se commissa potiora sunt inutilibus, tamen & eligere quaedam, dum ex
 his quae idem significant, atq; idem ualeant, permiserim, & adicere, dum
 non otiosa, & detrahare, dum non necessaria. Sed figuris mutare & casus &
 numeros, quoru uarietas frequenter gratia copositionis adscita etiam sine
 numero solet esse iucunda, etiam ubi aliud ratio, aliud consuetudo poscit,
 utrum uolet sumat compositio. Vitauisse uel uitasse, deprehendere uel de-
 prendere. Coitus etiam syllabarum non negabo, & quicquid sententijs
 aut eloquentiae non nocebit. Praecipuum tamen in hoc opus est, scire quid
 quoque loco uerborum maxime quadret. Atq; is optime componet, qui
 hoc solum componendi gratia faciet. Ratio uero pedum, in oratione est
 multo quam in uersu difficilior. Primum quod uersus paucis continetur,
 oratio longiores habet saepe circuitus. Deinde quod uersus semper similis
 sibi est, & una ratione decurrit, orationis compositio nisi uaria est, & offen-
 dit similitudine, & affectatione deprehenditur. Et in omni quidē corpo-
 re, totoq; ut ita dixerim, tractu numeris inserta est. Neq; enim loqui pos-
 sumus e syllabis breuibus ac longis, ex quibus pedes fiunt. Magis tamen
 & de

membra
quam

ad positione
usq; decurrunt

nomine

A & desideratur in clausulis, & apparet, primum quia sensus omnis habet
 suum finem, possidetque naturale interuallum quo a sequentis initio diui-
 datur. Deinde quod aures continuam uocem secuta, ductaq; uelut pro-
 no decurrentis orationis flumine, tum magis iudicant, cum ille impe-
 tus stetit, & intuendi tempus dedit. Non igitur durum sit, neque abru-
 ptum, quo animi uelut respirant ac reficiuntur, haec est sedes orationis, hoc
 auditor expectat, hic laus omnis declamat. Proximam clausulis diligen-
 tiam postulant initia: nam & ad haec intentus auditor est. Sed eorum faci-
 lior ratio est. Non enim cohaerent alijs, nec praecedentibus seruiunt, sed
 nouu exordium sumunt, cum illa quamlibet sit composita, ipsam gratiam
 perdet, si ad eam rupta uia ueniamus. Namq; cu sit, ut uidetur, seuera De-
 mosthenis compositio, *πρῶτον μὲν ἡ ἀνδρεία ἀθροῖσι τοῖς θεοῖς εὐχομαι πᾶσι δὲ πάσοις,*
 & illa quae ab uno, quod sciam Bruto minus probatur, caeteris placet, *καὶ
 μήπω βαλλοίμην αὐτὸ θῆρ.* Non desunt qui Cicronem carpant in his: Familiaris
 coeperat esse *halneatoris*, & non minus dura archipiratae, nam balneatori
 & archipiratae idem finis est, qui *πᾶσι καὶ πάσοις*, & qui *αὐτὸ θῆρ*, sed priora
 sunt, ideo seueriora. Est in eo quoq; non nihil, quod hic singulis uerbis bi-
 ni pedes continentur, quod etiam in carminibus est permolle, nec solu ubi
 quinae syllabae neuntur, ut in his: Fortissima Tyndaridaru, sed etiam
 ubi quaternae, cu uersus eluditur, Apennino, & armamentis, & Oriona.
B Quare hoc quoq; uitandum est, ne plurium syllabarum uerbis utamur in
 fine. Medijs quoq; non ea modo cura sit, ut inter se cohaereant, sed ne pi-
 gra, ne longa sint, ne quod nunc maximum uitium est, breuium contextu
 resulent, ac sonum reddant penē puerilium crepitaculoru. Nam ut initia
 clausulae plurimum momenti habent, quoties incipit sensus aut desinit,
 sic in medijs quoq; sunt quidam conatus qui leuiter interstunt. Ut cur-
 rentium pes etiam si non moratur, tamen uestigium facit. Itaq; non modo
 membra atq; incisa bene incipere atq; includi decet, sed etiam in his quae
 non dubie contexta sunt, nec respiratione utuntur illi uel occulti gradus
 (Quis enim dubitet unu sensum & unius spiritus esse?) Animaduerti lu-
 culus uel oca
 culta gradus
 & duo prima uerba, & tria proxima, & deinceps duo rursus, ac tria, suos
 quasi numeros habent spiritum sustinentes, sicut apud rhythmicos aesti-
 manē haec particulae, prout sunt graues, acres, lentae, celeres, remissae, exul-
 tantes. Proinde id quod ex illis conficitur, aut seuerum, aut luxuriosum, aut
 quadratum, aut solutum erit. Quaedam etiam clausulae sunt claudae atq;
 pendentes si relinquuntur, sed sequentibus suscipi ac sustineri solent, eoq;
 facto uitium quod erat in fine, continuatio emendat. Non uult P. R. obso-
 letis criminibus accusari Verrem: durum si desinas, sed cum est continua-
 tum his quae sequuntur, quanquam natura ipsa diuisa sint, Noua postulat,
 inaudita desiderat, saluus est cursus. Ut adeas tantum dabis, male clude-
 ret: nam & trimetri uersus pars ultima est, excipit, Ut cibum uestitumq;

sed

sic

illius uel oca
cultus gradus

C introferre liceat tantum, præceptum adhuc firmatur ac sustinetur ultima, Re-
culabat nemo. Versum in oratione fieri multo foedissimū est totum, sicut
etiam in parte, deforme utiq; si pars posterior in clausula deprehendatur,
aut rursus prior in ingressu. Nam quod est contra, sæpe etiam decet, quia
& cludit interim optime prima pars uersus, dum intra paucas syllabas,
præcipue senarij atq; octonarij. In Africa fuisse, initium senarij est, pri-
mum pro Q. Ligario caput cludit. Esse uideatur. Nam nimis frequens
octonarium inchoat. Talia sunt Demosthenis, *πᾶσι ἢ ἅπασι ἢ ἁπασίν*
μὴ ὁσὸν εὐνοίαν, & totum penè principium. Et ultima uersuum initio conue-
niūt orationis: Et si uereor iudices. & animaduerti iudices. Sed initia ini-
tijs non cōueniunt. Titus Liuius hexametri exordio coepit: Facturus ne
operæpretium sim. Nam ita edidit, estq; melius quā modo emenda-
tur. Nec clausulæ clausulis, ut Cicero: Quod me uertam nescio, qui trime-
tri finis est, trimetrum & pro misero dicitur liceat: Sex enim pedes tres
percuSSIONES habent. Peius claudit finis hexametri, ut Brutus in epistolis:
Neq; enim illi malunt habere tutores aut defensores, quanquam sciunt
placuisse Catoni. Illic minus sunt notabiles, quia hoc genus sermoni pro-
ximum est. Itaq; & uersus hi ferè excidunt, quos Brutus ipso componen-
di ductus studio sepissime facit, non raro Asinius. Sed etiam Cicero nō
nunquam, ut in principio statim orationis in Lucium Pisonem: Prò dñj im-
mortales, quis hic illuxit dies? Non minore autem cura uitandū est, quic-
quid *εὐνοίαν*, quale est apud Sallustium: Falso queritur de natura sua.
Quamuis enim uincta sit, tamen soluta uideri debet oratio. Atqui Plato di-
ligentissimus compositionis in Timæo prima statim parte uitare ista non
potuit. Nam & initium hexametri statim inuenias, & anacreontion proti-
nus colon efficias, & si uelis trimetron, & quod duobus pedibus, & par-
te, *πῶν μὲν βίβη* à Græcis dicit, & hæc omnia in tribus uerbis, ut Thucydī-
dis, *ὅν ἐρύμασι καὶ ἐφάνησαν*, ex mollissimo rhythmorum genere excidunt.
Sed quia orationem iam constare pedibus dixi, aliqua de his quoq; , quo-
rum nomina quoniam uaria esse traduntur, constituendum est quo quen-
que appellemus, & quidē Ciceronē sequar: nam is eminentissimos Græ-
corum est secutus, excepto quod pedes mihi trisyllabos non uidetur exce-
dere, quanquam ille pæone dochimoq; , quorum prior in quatuor, secun-
dus in quinque excurrit, utatur. Nec tamen ipse dissimulat quibusdam nu-
meros uideri non pedes, nec immeritò. Quicquid enim supra trisylla-
bas, id est ex pluribus pedibus. Ergo cum constant quatuor pedes binis,
octo ternis, spondeum longis duabus, pyrrhichium, quem alij periambū
uocant, breuib; , iambum breui longaq; , huic contrariū ē longa & breui,
hunc choreum nos, ut alij trochæum, nominemus. Ex his uero qui ternas
syllabas habent, dactylū, longa duabusq; breuib; , huic temporibus pa-
rem, sed retrò actum, appellari cōstat anapæston. Media inter longas bre-
uis faciet amphimacrum, sed frequentius eius nomen est creticus. Longa
inter

† promiscuo

† constiterat

† non tam

D

† et

A inter breues, amphibrachys. Duabus longis breuem sequentibus bac-
chius, totidē longis breues præcedentibus, huic cōtrarius palimbacchius
erit. Tres breues trochæum, quem tribrachyn dici uolunt, qui choreo tro-
chæi nomen imponunt, totidem longæ molosson efficiunt. Horum pedū
nullus non in orationē uenit: Sed quo quicq; sunt temporibus pleniores,
longisq; syllabis magis stabiles, hoc grauiorem faciunt orationem, breues
celerem ac mobilem. Vtrunq; locis utile. Nam & illud ubi opus est uelo-
citate, tardum & segne, & hoc ubi pondus exigitur, præceptum ac resultans
meritò damnetur. Sit in hoc quoq; aliquid foras momenti, quod & lon-
gis longiores, & breuib; sunt breuiore syllabæ, ut quamuis neq; plus
duobus temporibus, neq; uno minus habere uideantur (Ideoq; in metris
omnes breues longaq; inter se obfessæ sunt pares) lateat tamen nescio
quid, si quicquam supersit aut desit. Nam uersuum propria conditio est,
ideoq; in his quædam etiam communes. Veritas uero quia patitur æque
breuem esse uel longam uocalem cum est sola, quā cum eam cōsonantes
una plures uel præcedunt, certe in dimensione pedum, syllaba quæ est bre-
uis in sequente alia uel breui, quæ tamen duas primas cōsonantes habeat,
fit longa, ut: Agrestem tenui musam meditaris auena.
Nam licet gre breuis, facit tamē longam a priorem. Dat igitur illi aliquid
ex suo tempore, quomodo? nisi habeat plus quā quæ breuissima, qualis
B ipsa esset detractis cōsonantibus, nunc unum tempus accommodat prio-
ri, & unum accipit à sequente, ita duæ natura breues, positione sunt tem-
porum quatuor. Miror tamen in hac opinione doctissimos homines fuisse
se, ut alios pedes ita eligerent, alios damnarent, quasi ullus esset quem non
sit necesse in oratione deprehendi. Licet enim pæonem sequatur Epho-
rus inuentum à Thrasymacho, probatū ab Aristotele, dactylumq; , ut tem-
peratiores breuib; , ac longis, fugiat spondeū & trochæum, alterius tar-
ditate, alterius celeritate damnata, & herous qui est idem dactylus, Ari-
stoteli amplior, iambus humanior uideatur, trochæū ut nimis currentem
damnet, eiq; chordacis nomen imponat, eademq; dicant The odecetes ac
Theophrastus, similia post eos Halicarnasseus Dionysius, irrumpent
etiam ad inuitos, nec semper illis heroo aut pæone suo: quem quia uersus
raro facit, maxime laudant, uti licebit. Ut sint tamen alijs alij crebriores,
non uerba facient, quæ neq; augeri, nec minui, nec sicut modulatione pro-
duci aut corripri possint, sed transmutatio & collocatio. Pleriq; enim ex cō-
missuris eorum, uel diuisione fiunt pedes. quo fit ut ijsdem uerbis alij atq;
alij uersus fiant, ut memini quendam non ignobilem poetam ita tulerisse:
Astra tenet cælum, mare classes, area messelem.
Hic retrorsum fit sotadeus. Itemq; sotadeo adiungat retro trimetros:
Caput exeruit mobile pinus repetita.
Miscendi ergo sunt, curandumq; ut sint plures qui placeant, & circumfu-
si bonis deteriores lateant. Nec uero in literis syllabisq; natura mutatur,
P

† tamen

† declarasse

C sed refert quæ cum quæ optime coëat. Plurimum igitur autoritatis (ut dixi) & ponderis habent longæ, celeritatis breues: quæ si miscent quibusdam longis, currunt: si continuantur, exultant. Acres quæ ex breuibus ad longas insurgunt: leniores quæ à longis in breues descendunt. Optime incipitur à longis, recte aliquando à breuibus ut: Nouum crimen C. Cæsar. leuius, ut: Animaduerti iudices. Sed pro Cluentio recte, quod in initium eius partitioni simile est, quæ celeritate gaudet. Clausula quoque è longis quæ firmissima est, se cludet & in breues, quamuis habeat indifferens ultima. Neque enim ego ignoro in fine pro longa accipi breuem, quod uidetur aliquid uacanti tempori, ex eo quod insequitur, accedere, aures tamen consules meas intelligo multum referre, utrum ne longa sit quæ cludit, an pro longa. Neque enim tam plenum est dicere: Incipientem timere, quam illud: Aulus est confiteri. Atqui si nihil refert breuis an longa sit ultima, idem pes erit, uerum nescio quomodo sedebit hoc, illud subsistet, quo moti quidam, longæ ultimæ tria tempora dederunt, ut illud tempus, quod breuis ex longa accipit, huic quoque accederet. Nec solum refert, quis cludat, sed quis antecedit. Retrorsum autem neque plus tribus, nisi si non ternas syllabas habebunt repetendi sunt (absit tamen poetica obseruatio) neque minus duobus, alioqui pes erit, non numerus. Potest tamen uel unus esse dichoreus, si unus est qui constat ex duobus choreis. Itemque pæon, qui est ex choreo & pyrrhichio, quem aptum in initijs putant: uel contra qui est è tribus breuibus & longa, cui clausulæ assignat, de quibus ferè duobus scriptores huius artis loquuntur. ^{† Alij} Alios omnes quotcunque sint temporum, quæ ad orationem pertineant, pæonas appellant. Est & dochimus, qui fit ex bacchio, & iambo, uel iambo & cretico, stabilis in clausulis & seuerus. Spondeus quoque, quo plurimum est Demosthenes usus, moram semper per se habet, optime præcedet eum creticus, ut in hoc: De quo ego nihil dicam nisi de pelendi criminis causa. Illud est quod supra dixi multum referre, uno ne uerbo pedes sint duo comprehensi, an uterque liber. Sic enim fit forte, criminis causa, molle, archipiratæ, mollius si tribrachys præcedat, facilitates, temeritates. Est enim quoddam in ipsa diuisione uerborum latens tempus, ut in pentametri medio, spondeo, qui nisi alterius uerbi fine, alterius initio constet, uersum non efficit. Potest, etiam si minus bene, præponi anapæstus: Muliere non solum nobili, uerum etiam nota. Tum anapæstus & creticus. Iambus quoque, qui est utroque syllaba minor, præcedet enim tres longas breuis, sed & spondeus iambo recte præponit: Iisdem in armis fui. Tum spondeus & bacchius, sic enim fiet ultimus dochimus: Iisdem in armis fui. Ex his quæ supra probaui, apparet molossion quoque clausulæ conuenire, dum habeat ex quocunque pede ante se breuem. Illud scimus, ubicunque sunt, esse pro nobis. Minus grauis erit spondeus præcedente pyrrhichio, ut: Iudicij Iuniani. & adhuc peius priore pæone, ut: Brute dubitauit, nisi potius hoc esse uelimus dactylum & bacchiū. Duo spondei non ferè con-

iungi

A iungi patiuntur, quæ in uersu quoque notabilis clausula est, nisi cum id fieri potest ex tribus quasi membris: Cur de profugis nostris copias comparatis contra nos: una syllaba, duabus, una. Ne dactylus quidem spondeo bene præponitur, quia finem uersus damnamus in fine orationis. Bacchius, & cludit, & sibi iungitur: Venenum timeres. [†] Vitat choreum, spondeum autem amat, ut, non uenena timeres, sed uirus timeres. Contrario quoque quis cludet, nisi si ultimam longam esse uolumus, optimeque habebit ante se molossion, ut: Et spinis respersum, aut bacchiū: Quod hic potest, nos possemus. Sed uerius erit cludere choreum præcedenti spondeo. Nam hic potius est numerus: Nos possemus. & Romanus sum. Cludet & dichoreus, si pes idem sibi ipsi iungetur, quo Asiani sunt usi plurimum. Cuius exemplum Cicero ponit: Patris dictum sapiens temeritas filij comprobauit. Accipiet ante se choreus & pyrrhichium: Omnes prope ciues, uirtute, gloria, dignitate, superabat. Cludet & dactylus, nisi eum obseruatio ultimæ creticum facit, ut: Muliercula nixus in littore. Habebit ante bene creticum & iambum, spondeum male, peius choreum. Cludit amphibrachus: Q. Ligarium in Africa fuisse, si non eum malumus esse bacchiū. Non optimus est trochæus, si ultima est breuis, quod certe sit necesse est, alioqui quomodo cludet qui placet plerisque dichoreus? Illa obseruatione ex trochæo fit anapæstus. Idem trochæus præcedente longa fit pæon, quale est, Si potero. & dixit hoc Cicero. Obstet inuidia. Sed hoc in initijs dederunt. Cludit & pyrrhichius choreo præcedente. Nam sic pæon est. Omnes hi qui in breues excidunt, minus erunt stabiles, nec alibi ferè satis apti, quam ubi cursus orationis exigitur, & clausulis non intersistitur. Creticus est in initijs optimus: Quod precatus à dijs immortalibus sum. & clausulis: In conspectu populi Romani uomere postridie. Apparet uero quam bene eum præcedant, uel anapæstus, uel ille qui uidetur fini aptior, pæon. Sed & se ipse sequitur: Seruare quam plurimos. Sic melius, quam choreo præcedente. Quis non turpe duceret? si ultima breuis pro longa sit. Sed fingamus sic, non turpe duceret. Sed hic est illud inane quod dixi. Paululum enim moræ damus inter ultimum atque proximum uerbum, & turpe illud interuallo quodam producimus, alioqui sit exultantissimum, & trimetri finis. Quis non turpe duceret? sicut illud, ore spiritum excipere liceret, si iungas, lasciui carminis est, sed interpunctis quibusdam, & tribus quasi in initijs sit plenum autoritatis. Nec ego cum præcedentes pedes posui, legem dedi, ne alij essent, sed quid ferè accideret, quod in præsentia uideretur optimum, ostendi. Et quidem optime est sibi iunctus anapæstus, ut qui sit pentametri finis, uel rhythmos, qui nomen ab eo traxit. Nam ubi libido dominatur, innocentiae leue præsidium est. Nam synalæphe facit, ut ultimæ syllabæ pro una sonent. Mollior fiet præcedente spondeo uel bacchio, ut si mutes idem, leue innocentiae præsidium est. Non me capit (ut à magnis uiris dissentiam) pæon, qui est ex tribus breuibus & lon-

P 2

† uel choreum
spondeum ante
te amat, ut, uenenum timeres

† præcedens
longa sit

Cga. Nam est ipse una plus breui anapæsto, facilitas & agilitas, quod quid ita placuerit his non uideo, nisi quod illum ferè probauerint, quibus loquendi magis quam orandi studium fuit. Nam & ante se breuibus gaudet pyrrhichio & choreo, mea uel nostra facilitas. At præcedente spondeo tum planè finis est trimetri, cum sit per se quoque ei contrarius. Principijs meritò laudatur. Nam & primam stabilem & tres celeres habet, tamen hoc quoque meliores alios puto. Totus uero hic locus nō ideo tractat à nobis, ut oratio quæ ferri debet ac fluere, demetiendis pedibus, ac perpendendis syllabis cōsenescat. Nam id tum miseritū in minimis occupati est. Neque enim qui se totū in hac cura cōsumpserit, potioribus uacabit, si quidem relicto rerum pondere, ac nitore contempto, tefferulas (ut ait Lucilius) struet, & uermiculate inter se lexis committet. Nōne ergo refrigeretur † sic calor, & impetus pereat, † ut equorum cursum qui dirigit minuit, & passus qui equat, cursum frangit, quasi uero numeri non fuerint in compositione deprehensi? Sicut poëma nemo dubitauerit perito quodam initio fusum, & aurium mensura, & similiter decurrentium spatiorū obseruatione esse generatū, mox in eo repertos pedes. Satis igitur in hoc nos cōponit multa scribendū exercitatio, ut ex tempore etiam similia fundamus. Neque uero tam sint intuendi pedes, quam uniuersa comprehensio: ut uersum facientes, totum illum decursum non sex uel quinque † partes, ex quibus constat uersus, aspiciunt. Antè enim carmen ortum est, quam obseruatio carminis. Indeque illud:

D Fauni uatesque canebant.

Ergo quem in poëmate locum habet uersificatio, eum in oratione compositio. Optime autem de illa iudicant aures, quæ & plena sentiunt, & parum expleta desiderant, & fragosis offenduntur, & lenibus mulcentur, & contortis excitantur, & stabilia probant, clauda deprehendunt, redundantia & nimia fastidiunt. Ideoque docti rationem cōponendi † intelligunt, & indocti uoluptatem. Quædam uero arte tradi non possunt. Mutandus est casus, si durius is quo cœperamus feratur, num in quem transeamus ex quo præcipi potest? Figuræ laboranti etiam compositione uariata sæpe succurrunt. Quæ? cum orationis, tum etiam sententiæ, num præscriptum eius rei ullum est? Occasionibus utendum, & cum re præsentī deliberandum. Enimuero spatia ipsa quæ in hac quidem parte plurimum ualent, quod possunt nisi aurium habere iudicium? Cur alia paucioribus uerbis satis plena, uel nimium, alia pluribus breuia, & abscissa sunt? Cur in circumductionibus etiam cum sensus finitus est, aliquid tamen loci uacare uideatur? Neminem uestrū ignorare arbitror iudices, hunc per hosce dies sermonem uulgi atque hanc opinionem populi Romani fuisse. Cur hosce potius quam hos? Neque enim erat asperum. Rationem fortasse non reddam, sentiam esse melius. Cur non satis sit, sermonem uulgi fuisse? Compositio enim patiebatur, ignorabam, sed ita ut audio, hoc animus

† ut equorum cursum delicati minus passibus frangunt,

† pedes

† intelligunt etiam indocti uoluptatem.

Amus accipit plenum sine hac geminatione nō esse. Ad sensum igitur referenda sunt. Nequeas satis fortè quid seuerum, quid iucundū sit, intelligere, facias quidem natura duce melius quam arte, sed naturæ ipsi ars inerit. Illud prorsus oratoris, scire, ubi quoque genere cōpositionis sit utendum. Ea duplex obseruatio, altera quæ ad pedes refertur, altera quæ ad cōprehensiones, quæ efficiunt ex pedibus. & de his prius. Diximus igitur esse incisa, membra, circuitus. Incisum (quantum mea fert opinio) erit sensus non expleto numero conclusus, plerisque pars membri. Tale est enim quo Cicero utitur: Domus tibi deerat, at habebas. Pecunia superabat, at egebas. Fiunt autem etiam singulis uerbis incisa, ut: Diximus, testes dare uolumus. Incisum est, diximus. Membrum autem est sensus numeris conclusus, sed à toto corpore abruptus, & per se nihil efficiens. Id enim, O callidos homines, perfectum est, at remotū à cæteris uim non habet, ut per se manus, & pes, & caput: & O rem excogitatā. Quādo ergo incipit corpus esse? cum uenit extrema conclusio: Quem quæso nostrum fefellit? id uos ita esse facturos? quam Cicero breuissimam putat. Itaque ferè incisa & membra mixta sunt, & conclusionem utique desiderant. Periodo plurima nomina dat Cicero, ambitum, circuitum, comprehensionem, continuationem, circumscriptionem. Genera eius duo sunt, alterum simplex, cum sensus unus longiore ambitu circunducitur: alterum quod constat membris, & incisis, quæ plures sensus habent. Aderat ianitor carceris, & carnifex Prætoris, & reliqua. Habet periodos membra minimum duo. Medius numerus uidetur quatuor, sed recipit frequenter & plura. Modus eius à Cicerone, aut quatuor senarijs uersibus, aut ipsius spiritus modo terminatur. Præstare debet, ut sensum concludat, sit aperta, ut intelligi possit, non immodica, ut memoria contineri. Membrum longius iusto tardum, breuius † instabile est. Vbicunque acriter erit & instanter pugnaciterque dicendum, membratim cæsimque dicemus. Nam hoc in oratione plurimum ualet, † adeoque rebus accommodanda compositio, ut asperis asperos etiam numeros adhiberi oportet, & cum dicente æque audientem inhorrescere. Membratim plerunque narrabimus, aut ipsas periodos maioribus interuallis, & uelut laxioribus nodis resoluemus, exceptis quæ non docendi gratia, sed ornandi narrantur, ut in Verrem Proserpinæ raptus. Hæc enim lenis & fluens cōtextus decet. Periodos apta procemijs maiorum causarum, ubi sollicitudine, commendatione, miseratione res eget. Item communibus locis, & in omni amplificatione, sed poscitur tum austeras, si accusas, tum fusa, si laudes. Multum & in epilogis pollet. Totum autem adhibendum est, quo sit amplius compositionis genus, cum iudex non solum rem tenet, sed etiam captus est oratione, & se credit actori, & uoluptate iam ducitur. Historia non tam finitos numeros, quam orbem quendam contextumque desiderat. Nanque omnia eius membra connexa sunt, quoniam lubrica est, ac fluit, ut homi-

† stabile est

† alioqui

nes. qui manibus inuicem apprehensis gradum firmant, cōtinent, & continentur. Demonstratiuū genus omne fusiores habet liberioresq̄ numeros. Iudiciale & concionale ut materia uariū est, sic etiam ipsa collocatione uerborū: ubi iam nobis pars ex duabus (quas modo fecimus) secunda tractanda est. Nam quis dubitat alia lenius, alia cōcitatus, alia sublimius, alia pugnacius, alia grauius esse dicenda? Grauius, sublimibus, ornatis, longas magis syllabas cōuenire? Ita ut lenia spatium, sublimia & ornata claritatem quoq̄ uocum poscant, potius quā his contraria. Magis laudarem breuibus argumenta, partitiones, iocos, & quicquid est sermoni magis simile. Itaq̄ componemus proœmium uarie, atq̄ ut sensus eius postulabit. Neq̄ enim accesserim Celso, qui unam quandam huic parti formam dedit, & optimam compositionem esse proœmij, ut apud Asinium, dixit: Si Cæsar ex omnibus mortalibus, qui sint, ac fuerint, posset huic causę disceptator legi, nō quisquam te potius optandus nobis fuit. Non quia negem hoc bene esse compositū, sed quia legem hanc esse componendi in omnibus principijs recusem. Nam iudicis animus uarie præparatur, tum miserabiles esse uolumus, tum modesti, tum acres, tum graues, tū blandi, tum flectere, tum ad diligentiam hortari. Hæc ut sunt diuersa natura, dissimilē componendi quoq̄ rationem desiderant. An similibus Cicero usus est numeris in exordio pro Milone, pro Cluentio, pro Q. Ligario? Narratio ferè tardiores, atq̄ (ut sic dixerim) modestiores desiderat pedes, et nominibus maxime mixtos. Nam & uerbis, ut sæpius pressa est, ita interim insurgit, sed docere & infigere animis res semper cupit, quod minime festinatum opus est. Ac mihi uidetur tota narratio constare longioribus membris, breuioribus periodis. Argumenta acra, & excitata, pedibus quoq̄ ad hanc naturam accommodatis utentur. Non tamen ita ut trochæis, quæ celeria quidem, sed sine uiribus sunt. Verum quamuis sint breuibus longisq̄ mixta, nō tamen plures longas quā breues habentia. Illa sublimia, spatiosas clarasq̄ uoces habent, amant amplitudinem. Dactyli quoq̄ ac pæones, etiam si maiori ex parte syllabis breuibus, temporibus tamen satis pleni. Aspera contra, iambis maxime concitantur, nō solum quod sint e duabus modò syllabis, eoq̄ frequentiore quasi pulsum habent, quæ res lenitati contraria est, sed etiam quod omnibus partibus insurgūt, & a breuibus in longas nituntur, & crescūt: ideoq̄ meliores choreis, qui a longis in breues cadūt. Summissa, qualia in epilogis, lentas & ipsa & minus exclamantes exigunt. Vult esse Celsus aliquam & superiorem compositionem, quam si quidem sciremus, doceremus, sed sit necesse est tarda & supina. Verum nisi ex uerbis atque sententijs per sese id quæritur, satis odiosa esse non poterit. Deniq̄, ut semel finiam, sic ferè componendū, quo modo pronuntiandum erit. † An non in proœmij plerunq̄ submissis, nisi cū in accusatione cōcitandus est iudex, aut aliqua indignatione cōplendus? In narratione pleni atq̄ expressi. In argumentis citati, atq̄ ipso etiam motu cele-

† An enim non

tu celeres sumus: ut in locis ac descriptionibus fusi ac fluentes, in epilogis plerunq̄ deiecti & infracti. Atqui corporis quoq̄ motibus sua quædam tempora, & ad signa pedum, non minus saltationi, quā modulationibus adhibet musica ratio † numeros. Quid non uox † ad actus accommodatur naturæ ipsarum de quibus dicimus rerum? Quo minus id mirum in pedibus orationis, cum debeant sublimia ingredi, lenia duci, acra currere, delicata fluere. Itaq̄ ubi est necesse, affectamus etiam. Tumor rerum † etiam spondeis atq̄ iambis maxime continetur: † ex Hydroargus sceptrum mihi liquit Pelops.

At ille comicus æque senarius, quem trochaicum uocant, pluribus choreis, qui trochæi ab alijs dicuntur. Pyrrhichius quidē decurrit, sed quantum celeritatis habet, tantum grauitatis amittit:

Quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem?

Aspere uero, & male † dictum etiam in carmine iambis crassatur:

Quis hoc potest uidere? quis potest pati?

Nisi impudicus & uorax, & aleo? In uniuersum autē, si sit necesse, duram potius atq̄ asperam compositionē malim esse, quā effœminatam & eneruam, qualis apud multos, & quotidie magis lasciuimus. Scilicet in tonorū modis saltitantes. Ac ne tam bona quidem ulla erit, ut debeat esse continua, & ideo eosdem semper pedes ire. Nam & uersificandi † genus

est unam legem omnibus sermonibus dare, & id cū manifesta affectatione, cuius rei maxime cauenda suspicio est, tum etiam tædiū ex similitudine ac satietatē creat. Quodq̄ est dulcius magis perdit, amittitq̄ & fidem, & affectus, motusq̄ omnis, qui est in hac cura deprehensus, nec potest ei credere, nec propter eum dolere, & irasci iudex cui putat hoc uacare. Ideoq̄ initia quædā quasi soluenda de industria sunt, quædā ita maximi laboris, ne laborata uideant. Sed neq̄ longioribus quā oportet hyperbatis compositioni seruiamus, ne quæ eius gratia fecerimus, propter eam fecisse uideamur. Et certe nullū aptum atq̄ idoneū uerbum † prætermitemus gratia lenitatis. Neq̄ enim erit ullum tam difficile, quod non cōmode inferi possit, nisi quod in euitandis eiusmodi uerbis non decorē cōpositionis quærimus, sed facilitatē. Non tamen mirabor Latinos magis indulisse cōpositioni, quā Atticos, quamuis minus in uerbis habeant uarietatis & gratiæ. Nec uitiū dixerim, si Cicero a Demosthene paululū in hac parte desciuit. Sed quæ sit differentia nostri græciq̄ sermonis, explicabit summus liber. Compositio (nam finem imponere egresso destinatum modum uolumini festino) debet esse honesta, iucunda, uaria. Eius tres partes, ordo, coniunctio, numerus. Ratio in adiectione, detractio, mutatione, usu, prior sit. Dissimulatio curæ præcipua, ut numeri sponte fluxisse, nō arcessiti & coacti esse uideantur.

Noni libri finis.

M. FABII QVINTILI

ANI ORATORIARVM INSTITVTIONVM

LIBER DECIMVS.

De Copia uerborum. CAPVT I.



† ut si qui stes
xus eisdem de
fuerint

ED hęc eloquendi pręcepta sicut cognitioni sunt necessaria, ita nō satis ad uim dicendi ualent, nisi illis firma quędam facilitas, quę apud Gręcos λεξις nominatur, accesserit, ad quam scribendo plus, an legendo, an dicendo conferatur, solere quęri scio. Quod esset diligentius nobis examinandum, si qualibet earum rerum possemus una esse contenti. Verum ita sunt inter se connexa & indiscreta omnia, ut si quid ex his defuerit, frustra sit in cęteris laboratū. Nam neq; solida atq; robusta fuerit unquam eloquentia, nisi multo stylo uires acceperit, & citra lectionis exemplum labor ille carens rectore fluit. Qui autē sciet quo sint quęque modo dicenda, nisi tanquam in procinctu paratam quidam ad omnes casus habuerit eloquentiam, uelut clausis thesauris incubabit. Nō autem ut quicq; pręcipue necessarium est, sic ad efficiendū oratorem maximi protinus erit momenti. Nam certe cum sit in eloquendo positum oratoris officium, dicere ante omnia est, atque hinc initium eius artis fuisse manifestum est: proximam deinde imitationem, nouissimam scribendi diligentiam. Sed ut perueniri ad summa nisi ex principijs non potest, ita procedente iam opere minima incipiunt esse quę prima sunt. Verum nos non quo modo sit instituendus Orator, hoc loco dicimus: nam id quidem aut satis, aut certe uti potuimus, dictum est, sed ut athleta qui † omnis iam perdidicerit à pręceptore numeros, quo genere exercitationis ad certamina pręparandus sit. † Igitur eum qui res inuenire & disponere sciet, uerba quoq; & eligendi, & collocandi rationē perceperit, instruamus quę in oratione dicere facereq; optime quamfacilime possit. Non † ergo dubium est, quin ei uelut opes sint quędam parandę, quibus uti ubicunq; desideratum erit, possit, cę constant copia rerum ac uerborum. Sed res proprię sunt cuiusq; causę, aut paucis communes, uerba in uniuersas paranda: quę si rebus singulis essent singula, minorem curam postulerent, nam cuncta sese cum ipsis protinus rebus offerrent. Sed cum alijs sint alia aut magis propria, aut magis ornata, aut plus efficiētia, aut melius sonantia, debent esse non solum nota omnia, sed in promptu, atque ut ita dicam, conspectu, ut cum se iudicio dicentis ostenderint, facilis ex his optimorum sit electio. Equidem scio quosdam collecta, quę idem significarent uocabula, solitos ediscere, quo facilius & occurreret unum ex pluribus, & cum essent usi aliquo, si breue intra spatium rursus desideraretur, effugiendę repetitionis gratia sumerēt aliud, quo idem intelligi posset: quod cum est puerile, & cuiusdam infelicis operę, tum etiam

A etiam utile parum, turbam enim modò congregat, ex qua sine discrimine occupet proximū quodq;. Nobis autem copia cum iudicio paranda est, uim orandi, non circulatoriam uolubilitatem spectantibus: id autem consequemur optima legendo atq; audiendo. Non solum enim nomina ipsa rerum cognoscemus hac cura, sed quid quoque loco sit aptissimum, omnibus enim ferē uerbis, pręter pauca quę sunt parum uerecunda, in oratione locus est. Nam scriptores quidem iamborū ueterisq; comędię, etiam in illis sępe laudantur, sed nobis nostrum opus † intueri satis est. Omnia uerba, exceptis de quibus dixi, sunt alicubi optima: nam & humilibus interim & uulgaribus est opus, & quę nitidiorē in parte uidentur, sordida, ubi res poscit proprie dicuntur. Hęc ut sciamus, atq; eorum non significationem modò, sed formas etiam mensurasq; norimus, ut ubicunq; erunt posita conueniant, nisi multa lectione atq; auditione assequi nullo modo possumus, cum omnem enim sermonem auribus primū accipiamus, propter quod infantes à mutis nutricibus iussu regum in solitudine educati, etiam si uerba quędā emisisse traduntur, tamen loquendi facultate caruerunt. Sunt autem alia huius naturę, ut idem pluribus uocibus declarent, ita ut nihil significationis, quo potius utaris, intersit, ut ensis & gladius: alia quę etiam si propria rerum aliquarum sint nomina, τροπικῆς tamen ad eundem intellectum feruntur, ut ferrum & mucro. Nam per abusionem sicarios etiam omnes uocamus qui cędem telo quocunq; commiserint: alia circuitu uerborum plurium ostendimus, quale est: Et pressi copia lactis. Plurima uero mutatione figuramus: Scio, non ignoro, & non me fugit, non me pręterit, & quis nescit? nemini dubium est. Sed etiā ex proximo mutuari licet: nam & intelligo & sentio & uideo sępe idem ualent quod scio, quorū nobis ubertatem ac diuitias dabit lectio, ut his non solū quomodo occurrerint, sed etiam quomodo oportet, utamur. Non semper enim hęc inter se idem faciunt, nec sicut de intellectu animi recte dixerim uideo, ita de uisu oculorum intelligo, nec ut mucro gladium, sic mucronem gladius ostendit. Sed ut copia uerborū sic paratur, ita non uerborum tantum gratia legendum uel audiendū est. Nam omnium quęcunq; docemus, hęc sunt exempla potentiora etiam ipsis quę traduntur artibus cum eo, qui discit, perductus est, ut intelligere ea sine demonstrante, & sequi iam suis uiribus possit, quia quę doctor pręcipit, orator ostendit. Alia uero audientes, alia legentes magis adiuuant. Excitat qui dicit, spiritu ipso, nec imagine & ambitu rerum, sed rebus incendit: uiuunt enim omnia & mouentur, excipimusq; noua illa uelut nascētia, cū fauore ac sollicitudine: nec fortuna modò iudicij, sed etiam ipsorum qui orant periculo afficimur. Pręter hęc uox, & actio decora, comodabit quid quisque locus postulabit. Pronunciandi uel potentissima in dicendo ratio, & ut semel dicam, omnia docet. In lectione certius iudiciū, quod audienti frequenter, aut suus cuiq; fauor, aut ille laudantium clamor

† interim
tueri

Q

C extorquet: pudet enim dissentire, & uelut tacita quadam uerecundia inhibemur plus nobis credere, cum & interim uitiosa pluribus placeant, & à corrogatis laudentur etiam quæ non placent: sed è contrario quoque accidit, ut optime dictis gratiam praua iudicia non referant. Lectio libera est, nec actionis impetu transcurrit, sed repetere sæpius licet, siue dubites, siue memoriæ penitus affigere uelis. Repetamus autem & tractemus, & ut cibos mansos ac propè liquefactos dimittimus, quo facilius digerantur: ita lectio non cruda, sed multa iteratione mollita, & uelut confecta memoriæ imitationique tradatur, ac diu non nisi optimus quisque, & qui credentem sibi minime fallat, legendus est, sed diligenter, & penè ad scribendi sollicitudinē: nec per partes modò scrutanda omnia, sed perlectus liber utique ex integro resumendus, præcipueque oratio, cuius uirtutes frequenter ex industria quoque occultantur. Sæpe enim præparat, dissimulat, insidiatur orator, itaque à prima parte actionis dicit, quæ sunt forte in summa profutura, itaque suo loco minus placent, adhuc nobis quare dicta sint ignorantibus, ideoque erunt cognitio omnibus, repetenda. Illud uero utilissimum, nosse eas causas quarum orationes in manus sumpserimus, & quoties continget utrinque habitas legere actiones, ut Demosthenis atque Aeschinis inter se contrarias. Et Ser. Sulpitij atque Messalæ, quorum alter pro Aufidia, contra dixit alter. Et Pollionis & Cassij reo Aspernate, aliasque plurimas. Quinetiam si minus pares uidebuntur, aliqua tamē ad cognoscendam litium questionem recte requirentur, ut contra Ciceronis orationes: Tuberonis in Q. Ligariū, & Hortensij pro Verre. Quinetiam easdem causas ut quisque egerit, utile erit scire: nam pro domo Ciceronis dixit Calpidius, & pro Milone orationem Brutus exercitationis gratia scripsit, etiam amligisse eum Cor. Celsus falso existimat: & Pollio ac Messala defenderunt eosdem: Et nobis pueris insignes pro Volufeno Catulo, Domitij Afri, Crispi Passieni, Decimi Lælij orationes ferebantur. Neque id statim legenti persuasum sit, omnia quæ magni autores dixerint, utique esse perfecta: nam & labunt aliquando, & oneri cedunt, & indulgent ingeniorum suorum uoluptati: nec semper intendunt animos, & nonnunquam fatigant, cum Ciceroni dormire interim Demosthenes, Horatio uero etiā Homerus ipse uideat. Summi enim sunt, homines tamē, acciditque his, qui quicquid apud illos repererunt, dicendi legem putant, ut deteriora imitent: id enim est facilius, ac se abunde similes putent, si uitia magnorum consequantur. Modeste tamen & circumspecto iudicio de tantis uiris pronuntiandum est, ne quod plerisque accidit, damnent quæ non intelligunt: ac si necesse est in altera errare partem, omnia eorum legentibus placere, quam multa displicere maluerim. Plurimum dicit oratori conferre Theophrastus lectionem poetarum, multique eius iudicium sequuntur, neque id immerito: namque ab his & in rebus spiritus, & in uerbis sublimitas, & in affectibus motus omnis, & in personis decor petit, præcipueque uelut attrita quotidiano actu forensi ingenia optime

† atque in prima

† omnes

† reperitur

† despiciere

A optime rerum talium blanditia reparantur, ideoque in hac lectione Cicero requiescendum putat. Meminerimus tamen non per omnia poetas esse oratori sequendos, nec libertate uerborum, nec licentia figurarum, totumque illud studiorum genus ostentationi comparatum, & præter id quod solam petit uoluptatē, eamque etiam fingendo non falsa modo, sed etiam quædam incredibilia sectatur, patrocini quoque aliquo iuuari, quod alligatum ad certam pedum necessitatem non semper proprijs uti possit, sed depulsum à recta uia necessario ad eloquendi quædam diuerticula confugiat. Nec mutare quædam modo uerba, sed extendere, corripere, conuertere, diuidere cogatur: nos uero armatos stare in acie, & summis de rebus decernere, & ad uictoriam niti. Neque ego arma squalere situ ac rubigine uelim, sed fulgore inesse qui terreat, qualis est ferri, quo mens simul uisusque perstringit, non qualis auri argenti que imbellis, & potius habenti periculosus. Historia quoque alere orationem quodam molli iucundoque succo potest: uerum & ipsa sic est legenda, ut sciamus plerasque eius uirtutes oratori esse uitandas: est enim proxima poetis, & quodammodo carmen solutum est, & scribitur ad narrandum, non ad probandum, totumque opus non ad actum rei pugnamque presentem, sed ad memoriā posteritatis, & ingenij famam componitur, ideoque & uerbis remotioribus, & liberioribus figuris narrandi tædiū euitat. Itaque ut dixi, neque Sallustiana breuitas, qua nihil apud aures uacuas atque eruditas potest esse perfectius, apud occupatum uarijs cogitationibus iudicem, & sæpius ineruditum captanda nobis est: neque illa T. Liuij lactea ubertas satis docebit eum qui non speciem expositionis, sed fidem quaerit. † Quod dicere fortius audeo, quia M. Tullius ne Thucydidem quidem aut Xenophontem utiles oratori putat, quamquam illum bellicum canere, huius ore Musas esse locutas existimet. Licet tamē nobis in digressionibus uti uel historico nonnunquam nitore, dum in his, de quibus erit quaestio, meminerimus non athletarum thoros, sed militum lacertos, nec uersicolore illam, qua Demetrius Phalereus dicebatur uti, uestem bene ad forenses puluerem facere. Est & alius ex historijs usus, & is quidem maximus, sed non ad præsentem pertinens locum, ex cognitione rerum exemplorumque, quibus in primis instructus esse debet orator: nec omnia testimonia expectet à litigatore, sed plerique ex uetustate diligenter sibi cognita sumat, hoc potentiora, quod ea sola criminibus, odij, & gratiæ uacant. A philosophorum uero lectione ut essent nobis multa petenda, uitio factum est oratorum, qui quidem illis optima sui operis parte cesserunt. Nam & de iustis, honestis, utilibus, quæque sunt istis contraria, & de rebus diuinis maxime dicunt, & argumentantur acriter, & altercationibus atque interrogationibus oratorem futurum optime Socratici præparant. Sed his quoque adhibendum est simile iudicium, ut etiam cum in rebus uersumur isdem, non tamen eandem esse conditionem sciamus litium ac disputationum, fori & auditorij, præceptorum ac periculorum. Credo exactus

† intuitum

† Adde quod M. Tullius

Cros plerisque, cum tantum esse utilitatis in legendo iudicemus, ut id quoque adiungamus operi, qui sint legendi, quæ in autore quoque præcipua uirtus, sed persequi singulos infiniti fuerit operis, quippe cum in Bruto M. Tullius tot millibus uersuum de Romanis tantum oratoribus loquatur, & tamen de omnibus ætatis suæ, & quibus cum uiuebat, exceptis Cæsare atque Marcello, silentium egerit: quis erit modus si & illos, & qui postea fuerunt, & Græcos omnes, & philosophos, & poetas persequi uelim? Fuerit igitur breuitas illa tutissima, quæ est apud Liuium in epistola ad filium scripta, legendos Demosthenem atque Ciceronem, tum ita ut quisque esset Demostheni & Ciceroni similimus. Non est tamen dissimulanda nostri quoque iudicij summa. Paucos enim, uel potius uix ullum ex his qui uetustatem pertulerunt, existimo posse reperiri, qui iudicium adhibentibus non allaturus sit utilitatis aliquid, cum se Cicero ab illis quoque uetustissimis autoribus, ingeniosis quidem, sed arte carentibus, plurimum fateatur adiutum. Nec multo aliter de nobis sentio: quotus enim quisque inueniri tam demens potest, qui ne minima quidem alicuius certæ fidutiæ partis memoriæ posteritatis sperauerit? Qui si quis est, intra primos statim uersus deprehendetur, & citius nos dimittet, quam ut eius nobis magno temporis detrimento constet experimentum. Sed non quicquid ad aliquam partem scientiæ pertinet, protinus ad faciendam etiam phrasin, de qua loquimur, accommodatum est. Verum antequam de singulis loquar, pauca in uniuersum de uarietate opinionum dicenda sunt. Nam quidam solos ueteres legendos putant, neque in ullis alijs esse naturalem eloquentiam, & robur uiris dignum, arbitrantur: Alios recens hæc lasciuiæ delitiæque, & omnia ad uoluptatem multitudinis imperitæ composita delectant. Ipsos etiam qui rectum dicendi genus sequi uolunt: Alij pressa demum & tenuia, & quæ minimū ab usu quotidiano recedant, sana & uere Attica putant. Quosdam elatior ingenij uis, & magis concita, & plena spiritus capit. Sunt & lenis, & nitidi, & compositi generis non pauci amatores: de qua differentia differam diligentius, cum de genere dicendi querendum erit. Interim summatim quid a qua lectione petere possint, qui confirmare facultatem dicendi uolunt, attingam. Paucos enim qui sunt eminentissimi excerpere in animo est, facile est autem studiosis, qui sint his similimi iudicare: ne quisquam quaeratur omissos forte aliquos eorum, quos ipse ualde probet. Fateor enim plures legendos esse, quam qui a me nominabuntur. Sed nunc genera ipsa lectionum quæ præcipue conuenire intendentibus, ut oratores fiant existimem, persequar. Igitur ut Aratus a loue incipiendum putat, ita nos rite cepturi ab Homero uidemur. Hic enim, quemadmodum ex oceano dicit ipse amnium uim fontiumque cursus initium capere, omnibus eloquentiæ partibus exemplum & ortum dedit. Hunc nemo in magnis sublimitate, in paruis proprietate superauerit. Idem lætus ac pressus, iucundus ac grauis, tum copia tum breuitate mirabilis, nec poetica modo, sed oratoria uirtute

† ista clausula
non erat in exemplari

† erit

† spurcitijs

Homerus.

A uirtute eminentissimus. Nam ut de laudibus, exhortationibus, consolationibus taceam, nonne uel unus liber, quo missa ad Achillem legatio continetur, uel in primo inter duces illa contentio, uel dictæ in secundo sententiæ, omnis litis ac consiliorum explicant artes? Affectus quidem uel illos mites, uel hos concitados, nemo erit tam indoctus, qui non in sua potestate hunc autorem habuisse fateatur. Age uero, non utriusque operis ingressus in paucissimis uersibus legem proceriorum non dico seruaui, sed constituit: Nam & beneuolum auditorem inuocatione dearum, quas præsidere uatibus creditum est, & intentum proposita rerum magnitudine, & docilem summa celeriter comprehensa facit. Narrare uero quis breuius, quam qui mortem nunciat Patrocli? quis significantius potest, quam qui Curetum Aetolorumque prælium exponit? Iam similitudines, amplificationes, exempla, digressus, signa rerum, & argumeta, cæteraque probandi ac refutandi, sunt ita multa, ut etiam qui de artibus scripserunt, plurima earum rerum testimonia ab hoc poeta petant. Nam epilogus quidem quis unquam poterit illis Priami rogantis Achille præcibus æquari? Quid? in uerbis, sententijs, figuris, dispositione totius operis, nonne humani ingenij modum excedit, ut magni sit uiri, uirtutes eius non emulatione, quod fieri non potest, sed intellectu sequi. Verum hic omnes sine dubio, et in omni genere eloquentiæ procul a se reliquit: & Epicos tamen præcipue, uidelicet quia clarissima in materia similis comparatio est. Raro assurgit Hesiodus, magnaque pars eius in nominibus est occupata, tamen utiles circa præcepta sententiæ lenitasque uerborum, & compositionis probabilis: daturque ei palma in illo medio genere dicendi. Contra in Antimacho uis & grauitas, & minime uulgare eloquentiæ genus, habet laudem. Sed quamuis ei secundas ferè grammaticorum consensus deferat, & affectibus, & iucunditate, & dispositione, & omnino arte deficitur, ut planè manifesto appareat quanto sit aliud proximum esse, aliud secundum. Panyasim ex utroque mixtum putant, in eloquendo neutrius æquare uirtutes, alterum tamen ab eo materia, alterum disponendi ratione superari. Apollonius in ordinem a grammaticis datum non uenit, quia Aristarchus atque Aristophanes poetarum iudices, neminem sui temporis in numerum redegerunt, non tamen contemnendum edidit opus, æquali quadam mediocritate. Arati materia motu caret, ut in qua nulla uarietas, nullus affectus, nulla persona, nulla cuiusquam sit oratio, sufficit tamen operi cui se parè credidit. Admirabilis in suo genere Theocritus, sed Musa illa rustica & pastoralis, non forum modo, uerum ipsam etiam urbem reformidat. Audire uideor undique congerentes nomina plurimorum poetarum. Quid? Herculis acta non bene Pisandros? Quid? Nicandrum frustra secuti Macer atque Vergilius? Quid? Euphorionem frustra transibimus? quem nisi probasset Vergilius, idem nunquam certe conditorum Chalcidico uersu carminum fecisset in Bucolicis mentionem. Quid? Horatius frustra Tyrtæum Homero subiungit? Nec sanè quisquam est tam procul

† Heroicus

Hesiodus.

Antimachus.

Panyasis.

Apollonius.

Aratus.

Theocritus.

C à cognitione eorū remotus, ut nō indicem certe ex bibliotheca sumptum transferre in libros suos possit. Nec ignoro igitur quos transeo, nec utiq; damno, ut qui dixerim in omnibus utilitatis aliquid, sed ad illos iam perfectis constitutisq; uiribus reuertemur, quod in cœnis grandibus sæpe facimus, ut cum optimis satiati simus, uarietas tamē nobis ex uilioribus grata sit. Tunc & elegiam uacabit in manus sumere, cuius princeps habetur

Callimachus. Callimachus: secundas cōfessione plurimorum Philætas occupauit. Sed dum assequimur illam firmam, ut dixi, facilitatem, optimis assuescendum est, & multa magis quā multorum lectione formandus & ducendus est color. Itaq; ex tribus receptis, Aristarchi iudicio, scriptoribus iamborū, ad hexim maximē pertinebit unus Archilochus. Summa in hoc uis elocutionis, cum ualidā, tum breues uibrantesq; sententiæ, plurimum sanguinis atq; neruorū, adeo ut uideatur quibusdam quod quoquam minor est, materiæ esse, non ingenij uitium. Nouem uero Lyricorum longe Pindarus princeps, spiritu, magnificentia, sententijs, figuris, beatissimus rerum uerborūq; copia, & uelut quodam eloquentiæ flumine propter quæ Horatius nemini credit eum imitabilē. Stesichorus quā sit ingenio ualidus, materiæ quoq; ostendunt, maxima bella, & clarissimos canentem duces, & Epici carminis onera lyra sustinētem: reddit enim personis in agendo simul loquendoq; debitam dignitatē, ac si tenuisset modum, uidetur emulari proximus Homerum potuisse, sed redundat atq; effunditur, quod ut est reprehendendum, ita copię uitium est. Alcæus in parte operis aureo plectro meritō donatur, qui tyrannos insectatus, multum etiam moribus confert, in eloquendo quoq; breuis & magnificus & diligens, plurimūq; Homero similis, sed & lusus & amores descendit, maioribus tamē aptior. Simonides tenuis, alioqui sermoni proprio, & iucunditate quadā commendari potest, præcipua tamen eius in cōmouenda miseratione uirtus, ut quidā in hac eum parte omnibus eiusdem operis autoribus præferant.

Antiqua Comœdia. Antiqua comœdia cum synceram illam sermonis Attici gratiam propē sola retinet, tum facundissimæ libertatis, etsi est in insectandis uitijs præcipua, plurimū tamen uirium etiā in cæteris partibus habet. Nam & grandis, & elegans, & uenusta, & nescio an ulla, post Homerum tamen, quem ut Achillem semper excipi par est, aut similior sit oratoribus, aut ad oratores faciendos aptior. Plures eius autores, Aristophanes tamen & Eupolis Cratinusq; præcipui. Tragœdias primū in lucem Aeschylus protulit, sublimis & grauis & grandiloquus sæpe usq; ad uitium: sed rudis in plerisq; & incōpositus, propter quod correctas eius fabulas in certamen deferre posterioribus Poëtis Athenienses permisere, suntq; eo modo multi coronati. Sed longe clarius illustrauerunt hoc opus Sophocles atq; Euripides, quorum in dispari dicendi uia uter sit poëta melior, inter plurimos quaritur, idq; ego sanē, quoniam ad præsentem materiam nihil pertinet, iniudicatum relinquo, illud quidem nemo non fateatur necesse est, his qui

se ad

A se ad agendū comparent, utiliorem longe fore Euripidem, nanq; is & in sermone, quod ipsum reprehendunt, quibus grauitas, & cothurnus, & sonus Sophoclis uidetur esse sublimior, magis accedit oratorio generi, & sententijs densus, & in his quæ à sapientibus tradita sunt penē ipsis par, & in dicendo ac respondendo, † cui libet eorum qui fuerunt in foro diser- † ciuilitate
ti, cōparandus. In affectibus uero cum omnibus mirus, tum in his qui miseratione cōstant facile præcipuus. Hunc & admiratus maxime est, ut sepe testatur, & secutus quanquā in opere diuerso Menander, qui uel unus, † Menander
meo quidem iudicio, diligenter lectus, ad cuncta quæ præcipimus, effingenda sufficiat. Ita omnem uitæ imaginem expressit, tanta in eo inueniendi copia, eloquendi facultas: ita est omnibus rebus, personis, affectibus accommodatus. Nec nihil profecto uiderūt, qui orationes, quæ Charisij nomine eduntur, à Menandro scriptas putant. Sed mihi longe magis orator probari in opere suo uidetur, nisi forte aut illa mala iudicia, quæ † Charisij orationes.
† Locros, habent: aut meditationes in Psofode, & Nomo- † lectos
thete, Hypobolimæo, nō omnibus oratorijs numeris sunt absolutæ. Ego tamen plus adhuc quiddam collaturum declamatoribus puto, quoniam his necesse est secundum conditionem controuersiarū plures subire personas, patrum, filiorum, maritorum, militum, rusticorum, diuitum, pauperum, irascentium, precantium, mitium, asperorum, in quibus omnibus mire custoditur † ab hoc poëta decor. Atq; ille quidem omnibus eiusdem operis autoribus abstulit nomē, & fulgore quodā suæ claritatis tenebras obduxit. Habent tamen alij quoq; comici, si cum uenia legantur, quædā que possis decerpere, & præcipue Philemon, qui ut prauis sui temporis iudicij Menandro sæpe prælatus est, ita consensu tamen omnium meruit † cre- † esse
di secundus. Historiam multi scripsere præclare, sed nemo dubitat longe duos cæteris præferendos, quorū diuersa uirtus laudē penē est parem cōsecuta. Densus & breuis & semper instans sibi Thucydides. Dulcis & candidus & effusus Herodotus. Ille cōcitatatis, hic remissis affectibus melior: Ille cōcionibus, hic sermonibus: Ille ui, hic uoluptate. Theopompus his proximus, ut in historia prædictis minor, ita oratori magis similis, ut qui ante quā est ad hoc opus sollicitatus, diu fuerit orator. Philistus quoque miretur qui turbæ, quāuis bonorū post eos autorū, eximat, imitator Thucydidis, & ut multo infirmior, ita aliquatenus lucidior. Ephorus, uti Isocrati uisum, calcaribus eget. Clitarchi probat ingenium, fides infamatur. Longo post interuallo temporis natus Timagenes, uel hoc ipso probabilis, quod intermissam historias scribēdi industriā, noua laude reparauit. Xenophon nō excidit mihi, sed inter philosophos reddendus est. Sequit oratorū ingens manus, ut cū decē simul Athenis ætas una tulerit, quorū lōge princeps Demosthenes, ac penē lex orādī fuit, tanta uis in eo, tam densa omnia, ita quibusdā neruis intenta sunt, tā nihil otiosum, is dicendi modus, ut nec qd desit in eo, nec qd redūdet, inuenias. Plenior Aeschines

c & magis fufus, & grandiori fimilis, quo minus ftrictus eft, carnis tamen
 Hyperdes. plus habet, lacertorū minus. Dulcis in primis & acutus Hyperides, fed
 Lysias. minoribus caufis, ut non dixerim utilior, magis par. His ætate Lysias ma-
 ior, fubtilis atq; elegans, & quo nihil, fi oratori fatis fit dicere, quæras per-
 Ifocrates. fectius, nihil enim eft inane, nihil arceffitum, puro tamen fonti quàm ma-
 † comptus gno flumini propior. Ifocrates in diuerfo genere dicendi nitidus & † com-
 positus, & palæftræ quàm pugnae magis accommodatus, omnes dicendi
 ueneres fectatus eft, nec immerito, auditorijs enim fe, non iudicijs compa-
 rarat. In inuentione facilis, honefti ftudiosus, in compositione adeo dili-
 gens, ut cura eius reprehendatur. Neq; ego in his de quibus fum locutus,
 has folas uirtutes, fed has præcipuas puto, nec cæteros parum fuiſſe ma-
 Demetrius gnos. Quinetiam Phalerea illum Demetrium, quanquam is primus incli-
 Phalereus. naffe eloquentiam dicitur, multum ingenij habuiſſe & facundiaæ fateor:
 uel ob hoc memoria dignū, quod ultimus eft ferè ex Atticis, qui dici poſ-
 fit orator, quem tamen in illo medio genere dicendi præfert omnibus Ci-
 cero. Philoſophorū, ex quibus plurimū ſe traxiſſe eloquentiaæ Marcus
 Plato. Tullius confitetur, quis dubitet Platonem eſſe præcipuum? ſiue acumine
 differendi, ſiue eloquendi facultate diuina quadā & Homericā: multū em̄
 ſupra proſam orationē, & quam pedestrem Græci uocant, ſurgit, ut mi-
 D hi non hominis ingenio, ſed quodam Delphico uideatur oraculo inſtin-
 Xenophon ctus. Quid ego commemorem Xenophontis illam iucunditatem inadſe-
 ctatam, ſed quam nulla poſſit adſectatio conſequi? ut ipſæ finxiſſe ſermo-
 nem Gratiæ uideantur. Et quod de Pericle ueteris comœdiæ testimoniū
 eſt, in hunc transferri iuſtiſſime poſſit, in labris eius ſediſſe quandam per-
 Aristoteles. ſuadendi deam. Quid reliquorum Socraticorum elegantiam? quid Ari-
 ſtotelem? quem dubito ſcientia rerum, an ſcriptorum copia, an eloquendi
 ſua uitate, an inuentionum acumine, ac uarietate operū clariorem putem.
 Theophrast. Nam in Theophrasto tam eſt eloquendi nitor ille diuinus, ut ex eo nomē
 quoq; traxiſſe dicatur. Minus indulgere eloquentiaæ Stoici ueteres, ſed cū
 honeſta ſuaſerūt, tum in colligendo, probandoq; quæ inſtituerant pluri-
 mum ualuerunt, rebus tamen acuti magis quàm id quod ſanè nō adſecta-
 runt, oratione magnifici. Idem nobis per Romanos quoq; autores ordo
 Vergilius. ducendus eſt. Itaq; ut apud illos Homerus, ſic apud nos Vergilius auſpi-
 catiſſimum dederit exordium, omnium eius generis poëtarum, Græcorū
 noſtrorumq; haud dubie proximus. Vtar enim uerbis iſdem, quæ ex A-
 fro Domitio iuuenis accepi, qui mihi interroganti, quem Homero crede-
 ret maxime accedere, ſecundus, inquit, eſt Vergilius, propior tamen pri-
 † diuine mo quàm tertio. Et hercle ut illi naturæ cœleſti atque † immortalis ceſſeri-
 mus, ita curæ & diligentiaæ, uel ideo in hoc plus eſt, quod fuit ei magis el-
 aborandum. Et quanto plus eminentioribus uincimur, fortalſe æ qualitate
 Macer. penſamus, ceteri omnes longe ſequentur. Nam Macer & Lucretius le-
 Lucetius. gendi quidem, ſed nō ut φερα, id eſt corpus eloquentiaæ, faciāt. Elegantes
 in ſua

A in ſua quiſq; materia, ſed alter humilis, alter difficilis. Atracinus Varro in
 his per quæ nomen eſt adſecutus, interpres operis alieni, nō ſpernendus
 quidem, uerum ad augendam facultatem dicendi parum locuples. Enniū
 ſicut ſacros uetultate lucos adoremus, in quibus grandia & antiqua robo-
 ra, iam non tantam habent ſpeciem quantam religionem. Propiores alij,
 atq; ad hoc de quo loquimur magis utiles. Laſcius quidē in herois quo-
 que Ouidius, & nimium amator ingenij ſui, laudandus tamen † partibus.
 Cornelius autē Seuerus etiam ſi uerſificator quàm poëta melior, ſi tamen,
 ut eſt dictum, ad exemplar primi libri bellum Siculum perſcripſiſſet, uen-
 dicaret ſibi iure ſecundum locum. Varenum conſummari mors immatu-
 ra nō paſſa eſt, puerilia tamen eius modo opera & maximā indolem oſten-
 dunt & mirabilem, præcipue in ætate illa recti generis uoluntatem. Mul-
 tum in Valerio Flacco nuper amiſimus. Vehemens & poëticum ingenij
 Salei Baſſi fuit, nec ipſum ſenectute maturum. Rabirius & Pedo nō indi-
 gni cognitione ſi uacet, Lucanus ardens & concitatus, & ſententijs clarif-
 ſimus, & ut dicam quod ſentio, magis oratoribus quàm poëtis imitandus.
 Hos nominauimus, quia Germanicum Auguſtū ab inſtitutis ſtudijs de-
 flexit cura terrarum, parumq; dijs uiſum eſt eſſe eum maximum poëtarū:
 Quid tamē ipſis eius operibus, in quæ † donato imperio iuuenis ſucceſſe-
 rat, ſublimius, doctius, omnibus deniq; numeris præſtantius? Quis enim
 B caneret bella melius quàm qui ſic gerit? quæ præſidentes ſtudijs deæ pro-
 pius audirent? cui magis aperiat ſuas artes familiare numē Minerua? Di-
 cent hæc plenius futura ſecula, nunc enim cæterarum fulgore uirtutū laus
 iſta præſtringitur. Nos tamen ſacra literarum colentes ferēs Cæſar, ſi nō
 tacitum hoc præterimus, & Vergiliano certe uerſu teſtamur:
 Inter uictrices hederam tibi ſerpere lauros.

Elegeia Græcos quoq; prouocamus, cuius mihi terſus atq; elegans ma-
 xime uidetur autor Tibullus. Sunt qui Propertiū malint. Ouidius utroq;
 laſciuior, ſicut durior Gallus. Satyra quidem tota noſtra eſt, in qua pri-
 mus inſignem laudē adeptus Lucilius. Quosdam ita deditos ſibi † adhuc
 habet, ut eum non eiufdem modo operis autoribus, ſed omnibus poëtis
 præferre non dubitent. Ego quantum ab illis, tantum ab Horatio diſſen-
 tio, qui Lucilium fluere lutulentum, & eſſe aliquid quod tollere poſſis, pu-
 rat: nam & eruditio in eo mira, & libertas, atq; inde acerbitas, & abunde
 falis. Multo eſt terſior ac purus magis Horatius: &, niſi labor eius amore,
 præcipuus. Multum & ueræ gloriæ, quamuis uno libro Perſius meruit.
 Sunt clari hodie quoq; & qui olim nominabuntur. Alterum illud etiam
 prius ſatyræ genus, ſed non ſola carminum uarietate miſtum, cōdidit Te-
 rentius Varro, uir Romanorum eruditiffimus, plurimos hic libros & do-
 ctiſſimos compoſuit, peritiſſimus linguaæ latinæ, & omnis antiquitatis: &
 rerum græcarum noſtrarumq; plus tamen ſcientia collaturus quàm elo-
 quentiaæ. Iambus non ſanè à Romanis celebratus eſt ut propriū opus,
 R

Atracinus.

Ennius.

Ouidius.

† parcius.

Cor. Seuerus.

Varenus.

Val. Flaccus.

Saleius Baſſ.

Rabirius.

Pedo.

Lucanus.

Germanicus.

† eleuatus.

Tibullus.

Propertius.

Gallus.

Lucilius.

† adhuc habet

amatores.

Horatius.

Perſius.

Ter. Varro.

C à quibusdam interpositus, cuius acerbitas in Catullo, Bibaculo, Horatio, quanquam illi Epodos interuenire non reperiatur: At Lyricorum idem Horatius ferè solus legi dignus: nam insurgit aliquando, & plenus est iucunditatis & gratiæ, & uarijs figuris, & uerbis felicissime audax. Si quem adijcere uelis, is erit Cæsius Bassus, quem nuper uidimus, sed eum longe præcedunt ingenia uiuentium. Tragœdiæ scriptores ueterum Accius atq; Pacuuius clarissimi, grauitate sententiarum, uerborum pondere, auctoritate personarum. Cæterum nitor & summa in excolendis operibus manus, magis uideri potest temporibus quàm ipsis defuisse: uiriū tamen Accio plus tribuitur, Pacuuiū uideri doctiorem, qui esse docti affectant, uolunt. Iam Varus cuilibet Græcorum comparari potest. Ouidij Medea uidetur mihi ostendere, quantum uir ille præstare potuerit, si ingenio suo imperare, quàm indulgere maluisset. Eorū quos uiderim longe princeps Pomponius Secundus, quem senes parum tragicum putabant, eruditio- ne ac nitore præstare confitebantur. In comœdia maxime claudicamus, licet Varro dicat Musas, Aeli Stolonis sententia, Plautino sermone locuturas fuisse, si latine loqui uellent: licet Cæciliū ueteres laudibus ferant: licet Terentij scripta ad Scipionem Africicum referantur, quæ tamen sunt in hoc genere elegantissima, & plus adhuc habitura gratiæ, si intra uersus trimetros stetissent. Vix leuè cōsequimur umbrā, adeo ut mihi sermo ipse Romanus non recipere uideatur illam solis concessam Atticis uenerem, quando eam ne Græci quidem in alio genere lingue obtinuerint. Togatis excellit Afranius, utinamq; non inquinasset argumenta puerorū fœdis amoribus, mores suos fastus. At historia non cesserit Græcis, nec opponere Thucydidi Sallustium uerear, nec indignetur sibi Herodotus æquari T. Liuium, cum in narrando miræ iucunditatis, clarissimiq; candoris, tum in concionibus supra quàm enarrari potest eloquentem. Itaq; dicuntur omnia cum rebus, tum personis accommodata. Sed affectus quidē, præcipueq; eos qui sunt dulciores, ut parcissime dicam, nemo historicorū commendauit magis. Ideoq; immortalem illam Sallustij uelocitatem, diuersis uirtutibus consecutus est. Nam mihi egregie dixisse uidetur Seruius Nouianus, pares eos magis quàm similes: qui & ipse à nobis auditus est, clari uir ingenij, & sententijs creber, sed minus pressus, quàm historiæ autoritas postulat, quam paulum ætate præcedens eum Bassus Aufidius, egregie utiq; in libris belli Germanici præstitit, genere ipso probabilis in omnibus, sed in quibusdā suis ipse uiribus minor. Superest adhuc & exornat ætatis nostræ gloriā uir seculorū memoria dignus, qui olim nominabitur, nunc intelligitur. Habet amatores, nec immeritò, ut libertas, quancq; circuncisis quæ dixisset ei nocuerit, sed elatum abunde spiritum, & audaces sententias deprehendes etiam in his quæ manent. Sunt & alij scriptores boni, sed nos genera degustamus, nō bibliothecas excutimus. Oratores uero uel præcipue Latinā eloquentiā parem facere Græcæ possunt:

nam

A nam cuiusq; eorū Ciceronē fortiter opposuerim. Nec ignoro quantā mihi cōcitem pugnā, cū præsertim id non sit propositi, ut eum Demostheni cōparem hoc tempore: necq; enim attinet, cum Demosthenem in primis legendum, uel ediscendum potius putem. Quorum ego uirtutes plerasq; arbitror similes, consilium, ordinem diuidendi præparandi, probandi rationem, omnia denique quæ sunt inuentionis. In eloquendo est aliqua diuersitas: densior ille, hic copiosior: ille cōcludit adstrictius, hic latius: pugnat ille acumine semper, hic frequenter & pondere: illi nihil detrahi potest, huic nihil adijci: curæ plus in illo, in hoc naturæ. Salibus certe, & cōmiseratione, qui duo plurimum affectus ualent, uincimus. Et fortasse epilogos illi mos ciuitatis abstulerit, sed & nobis illa, quæ Attici mirantur, diuersa Latini nominis ratio minus permiserit. In epistolis quidem, quam sunt utriusq;, nulla contentio est. Cedendum uero in hoc quidem, quod & ille prior fuit, & ex magna parte Ciceronem, quantus est fecit. Nam mihi uidetur Marcus Tullius cum se totum ad imitationem Græcorum contulisset, effinxisse uim Demosthenis, copiam Platonis, iucunditatem Isocratis. Nec uero quod in quoq; optimum fuit, studio cōsecutus est tantum, sed plurimas uel potius omnes ex seipso uirtutes extulit immortalis ingenij beatissima ubertas. Non enim pluuias, ut ait Pindarus, aquas colligit, sed uiuo gurgite exundat, dono quodam prouidentia genitus, in quo totas uires suas eloquentia experiret. Nam quis docere diligentius, mouere uehementius potest? cui tanta unquam iucunditas affuit, ut ipsa illa que extorquet, impetrare eum credas, & cum transuersum in sua iudicem ferat, tamen ille non rapi uideatur, sed sequi. Iam in omnibus quæ dicit, tanta autoritas inest, ut dissentire pudeat, nec aduocati studium, sed testis aut iudicis afferat fidē. Cū interim hæc omnia, quæ uix singula quisquam intentissima cura consequi posset, fluunt illaborata: & illa, qua nihil pulchrius auditu est oratio, præ se fert tamen felicissime facilitatem. Quare non immeritò ab hominibus suæ ætatis regnare in iudicijs dictus est, apud posteros uero id cōsecutus, ut Cicero iam nō hominis, sed eloquentiæ nomen habeatur. Hunc igitur spectemus. Hoc propositum nobis sit exemplum. Ille se profecisse sciat, cui Cicero ualde placebit. Multa in Asinio Pollione in uentio, summa diligentia, adeo ut quibusdam etiam nimia uideatur, & consilij & animi satis, a nitore & iucunditate Ciceronis ita longe abest, ut uideri possit seculo prior. At Messala nitidus & candidus, & quodammodo præ se ferens in dicendo nobilitatem suam, uiribus minor. C. uero Cæsar si foro tantum uacasset, non alius ex nostris contra Ciceronem nominaretur, tanta in eo uis est, id acumen, ea concitatio, ut illū eodem animo dixisse quo bellauit, appareat. Exornat tamen hæc omnia mira sermonis, cuius proprie studiosus fuit, elegantia. Multū ingenij in Cælio, & præcipue in accusando, multa urbanitas, dignusq; uir cui & mens melior, & uita longior contigisset. Inueni qui Cælium præferrent omni-

R 2

C bus, inueni qui Ciceroni crederent, cum nimia contra se calumina uerum sanguinem perdidisse. Sed est & sancta, & grauis oratio, & castigata, & frequenter uehemens quoque. Imitator autem est Atticorum, fecitque illi properata mors iniuriam si quid adiecturus, non si quid detracturus fuit. Et Seruius Sulpitius insignem non immerito famam tribus orationibus meruit. Multa, si cum iudicio legatur, dabit imitatione digna Cassius Seuerus: qui si caeteris uirtutibus colorem & grauitatem orationis adiecisset, ponendus inter praecipuos foret. Nam & ingenij plurimum est in eo, & acerbitas mira, & urbanitas eius summa, sed plus stomacho quam consilio dedit: praeterca ut amari sales, ita frequenter amaritudo ipsa ridicula est. Sunt alij multi disertis, quos persequi longum est. Eorum, quos uiderim, Domitius Afer, & Iulius Africanus longe praestantissimi. Verborum arte ille & toto genere dicendi praefendus, & quem in numero ueterum habere non timeas. Hic concitator, sed in cura uerborum nimius, & compositione nonnunquam longior, & translationibus parum modicus. Erant clara & numero ingenia: nam & Trachallus plerumque sublimis, & satis apertus fuit, & quem uelle optima crederes: auditus tamen maior: nam & uocis, quantam in nullo cognoui, felicitas, & pronuntiatio uel scenis suffectura, & decor: omnia denique ei quae sunt extra superauerunt. Et Vibius Crispus compositus, & iucundus, & delectationi natus, priuatis tamen causis quam publicis melior. Iulio Secundo si longior contigisset aetas, clarissimum profecto nomen oratoris apud posteros foret. Adiecisset enim, atque adiciebat caeteris uirtutibus suis, quod desiderari potest, id est autem ut esset multo magis pugnax, & saepius ad curam rerum ab elocutione respiceret, ceterum interceptus quoque magnum sibi uendicat locum. Ea est facundia, tanta in explicando, quod uellet, gratia, tam candidum & lene & speciosum dicendi genus, tanta uerborum, etiam quae assumpta sunt, proprietates, tanta etiam in quibusdam ex periculo petitis significantia. Habebunt qui post nos de oratoribus scribent, magnam, eos qui nunc uigent, materiam uere laudandi. Sunt enim summa hodie, quibus illustratur forum, ingenia: Namque & consummari iam patroni ueteribus aemulantur, & eos iuuenum ad optima tendentium imitatur ac sequitur industria. Superfunt qui de philosophia scripserunt, quo in genere paucissimos adhuc eloquentes literae Romanae tulerunt. Idem igitur M. Tullius, qui ubique, etiam in hoc opere Platonis aemulus extitit. Egregius uero multoque quam in orationibus Brutus sufficit ponderi rerum, scias eum sentire quae dicit. Scripsit non parum multa Cornelius Celsus, Scepticos secutus, non sine cultu ac nitore. Plancus in Stoicis rerum cognitione utilis. In Epheureis leuis quidem, sed non iniucundus tamen autor est Catus. Ex industria Senecam in omni genere eloquentiae uersatum distuli, propter uulgatam falso de me opinionem, qua damnare eum, & inuisum quoque habere sum creditus. Quod accidit mihi, dum corruptum, & omnibus uitis fractum dicendi genus, reuocare ad

† breuis

Ser. Sulpitius.
Cass. Seuerus.Domitius Afer
Iul. Africanus.

Trachallus.

Vibius Crispus.

Iul. Secundus.

† quam in orationibus praestantior Brutus,

† non erat in ueteri exemplari Seneca.

A re ad seueriora iudicia contendo: cum autem solus ferè hic in manibus adolescentium fuit, quem non equidem omnino conabar excutere, sed potioribus praeferrere non sinebam, quos ille non destiterat incessere, cum diuersi sibi conscius generis placere se in dicendo posse, quibus illi placerent, diffideret. Amabant autem eum magis quam imitabantur, tantumque ab eo defluebant, quantum ille ab antiquis descenderat: foret enim optandum pares, ac saltem proximos illi uiro fieri, sed placebat propter sola uitia, & ad ea se quisque dirigebat effingenda, quae poterat. Deinde cum se iactaret eodem modo dicere, Senecam infamabat, cuius & multae alioquin & magnae uirtutes fuerunt, ingenium facile & copiosum, plurimum studij, multa rerum cognitio, in qua tamen aliquando ab his quibus inquirenda quaedam mandabat, deceptus est. Tractauit etiam omnem ferme studiorum materiam. Nam & orationes eius, & poemata, & epistolae, & dialogi feruntur. In philosophia parum diligens, egregius tamen uitiorum inspector fuit: multae in eo claraeque sententiae, multa etiam morum gratia legenda, sed in eloquendo corrupta pleraque, atque eo perniciosissima, quod abundant dulcibus uitis. Velles eum suo ingenio dixisse, alieno iudicio. Nam si aliqua contempsisset, si parum concupisset, si non omnia sua amasset, si rerum pondera minutissimis sententijs non fregisset, consensu potius eruditorum quam puerorum amore comprobaretur. Verum sic quoque iam robustis, & seueriore genere satis firmatis, legendus, uel ideo, quod exercere potest utrinque iudicium. Multa enim, ut dixi, probanda in eo, multa etiam admiranda sunt, eligere modo curae sit, quod utinam ipse fecisset. Digna enim fuit illa natura quae meliora uellet, quae quod uoluit effecit.

† si nil equalem

De Imitatione. CAP. II.



L his, caeterisque lectione dignis autoribus, & uerborum fundamenta copia est, & uarietas figurarum, & componendi ratio, tum ad exemplum uirtutum omnium mens dirigenda. Neque enim dubitari potest quin artis pars magna contineatur imitatione: nam ut inuenire primum fuit, estque praecipuum, sic ea quae bene inuenta sunt, utile sequi. Atque omnis uitae ratio sic constat, ut quae probamus in alijs, facere ipsi uelimus. Sic literarum ductus, ut scribendi fiat usus, pueri sequuntur: sic musici uocem docentium, pictores opera priorum, rustici probatam experimento culturam, in exemplum intuentur. Omnis denique disciplinae initia, ad propositum sibi praescriptum formari uidemus. Et hercle necesse est, aut similes, aut dissimiles bonis simus. Similem raro natura praestat, frequenter imitatio. Sed hoc ipsum, quod tanto faciliorem nobis rationem rerum omnium facit, quam fuit his qui nihil quod sequerentur, habuerunt, nisi caute & cum iudicio adprehenditur, nocet. Ante omnia igitur imitatio per se ipsa non sufficit: uel quia pigri est ingenij contentum esse his, quae sint ab alijs inuenta. Quid enim futurum erat temporibus illis,

C quæ sine exemplo fuerunt, si homines nihil, nisi quod iam cognouissent, faciendum sibi aut cogitandum putassent? nempe nihil fuisset inuentum. Cur igitur nephas est reperiri aliquid à nobis, quod ante nō fuerit? An illi rudes sola mentis natura ducti sunt in hoc, ut tam multa generarent, nos ad quærendū non eo ipso cōcitemur, quod certe scimus inuenisse eos qui quæsierunt? Et cum illi, qui nullum cuiusquam rei habuerunt magistrum, plurima in posteros tradiderint, nobis usus illarū rerum ad eruendas alias non proderit, sed nihil habebimus nisi beneficij alieni? Quemadmodum quidam pictores in id solum student ut describere tabulas mensuris ac lineis sciant. Turpe etiam illud est, contentum esse id consequi quod imitatur: nam rursus quid erat futurum, si nemo plus effecisset eo quem sequeretur? Nihil in poetis supra Liuium Andronicū: nihil in historijs supra Pontificum annales haberemus: ratibus adhuc nauigaremus, nō esset pictura, nisi quæ lineas modò extremas umbræ, quàm corpora in sole fecissent, circūscriberet. Ac si omnia percenseas, nulla sit ars qualis inuenta est, nec intra initium stetit, nisi forte nostra potissimum tempora damnamus huius infelicitatis, ut nunc demum nihil crescat, nihil autem crescit sola imitatione. Quod si prioribus adijcere fas non est, quomodo sperare possumus ullum oratorem perfectum? cum in his, quos maximos adhuc nouimus, nemo sit inuentus, in quo nihil aut desideretur, aut reprehendatur.

D Sed etiam qui summa nō appetent, cōtendere potius quàm sequi debent: nam qui agit ut prior sit, forsitan, etiam si non transierit, æquabit. Eum uero nemo potest æquare, cuius uestigijs sibi utiq; insistendum putat: necesse est enim semper sit posterior qui sequitur. Adde quod plerunq; facilius est plus facere quàm idem, tantam enim difficultatem habet similitudo, ut ne ipsa quidem natura in hoc ita eualuerit, ut nō res simplicissimæ, quæq; pares maxime uideantur, discrimine aliquo discernant. Adde quod quicquid alteri simile est, necesse est minus sit eo quod imitatur, ut umbra corpore, & imago facie, & actus histrionū ueris affectibus. Quod in orationibus quoq; euenit: namq; his quæ in exemplum assumimus, subest natura & uera uis. Contrà omnis imitatio ficta est, & ad alienum propositum accommodatur. Quo fit, ut minus sanguinis ac uirium declamationes habeant, quàm orationes, quod in illis uera, in his assimilata materia est.

† ut nō res quæ
similimæ uideantur,

† inuentionis
facilitas

Adde quod ea quæ in oratore maxima sunt, imitabilia non sunt, ingenium, inuentio, uis, facilitas, & quicquid arte nō traditur. Ideoq; plerique cum uerba quædam ex orationibus excerpserunt, aut aliquos compositionis certos pedes, mire à se quæ elegerunt effingi arbitrantur, cū & uerba intercidant inualescantq; temporibus, ut quorū certissima sit regula in consuetudine, eaq; non sua natura sint bona aut mala: nam per se soni tantum sunt, sed prout opportune proprieq; aut secus collocata sunt, & cōpositio cum rebus accommodata sit, tum ipsa uarietate grauissima. Quapropter exactissimo iudicio circa hanc partē studiorū examināda sunt omnia. Primū quos

A quos imitemur: nam sunt plurimi, qui similitudinem pessimi cuiusque & corruptissimi cōcupierint: tum in ipsis quos elegerimus, quid sit ad quod nos efficiendum comparemus. Nam magnis quoq; autoribus incidunt aliqua uitiosa, & à doctis, inter ipsos etiam mutuo reprehēsa, atq; utinam tam bona imitantes dicerēt melius quàm mala peius dicant. Nec uero saltem his quibus ad euitanda uitia iudicij satis fuit, sufficiat imaginem uirtutis effingere, & solam, ut sic dixerim, cutem, uel potius illas Epucuri figuras, quæ è summis corporibus dicit effluere. Hoc autem his accidit, qui nō introspectis penitus uirtutibus ad primum se uelut aspectū orationis aptarunt, & cum his felicissime cessit imitatio, uerbis atq; numeris sunt nō multum differentes, uim dicendi atq; inuentionis nō assequuntur, sed plerunq; que declinant in peius, & proxima uirtutibus uitia cōprehendunt, fiuntq; pro grandibus tumidi, pressis exiles, fortibus temerarij, lætis corrupti, compositis exultantes, simplicibus negligentes. † Ideoq; qui horride atq; incomposite quilibet illud frigidum & inane extulerunt, antiquis se pares credunt. Qui carent cultu atq; sententijs, Atticis scilicet, qui præcisissis conclusionibus obscuri, Sallustium atq; Thucydidem superant, tristes ac ieiuni Pollionem æmulantur: otiosi ac supini, si quid modò longius circūduxerunt, iurant ita M. Ciceronem locuturum fuisse. Noueram quosdam, qui se pulchre expressisse genus illud cœlestis huius in dicendo uiri sibi uiderentur, si in clausula posuissent, esse uideatur. Ergo primū est, ut quod imitaturus est quisq; intelligat, & quare bonum sit sciat, tum in suscipiendo onere consulat suas uires. Nam quædam sunt inimitabilia, quibus aut infirmitas naturæ nō sufficiat, aut diuersitas repugnet. Nec cui tenuis ingenium erit sola uelit fortia & abrupta, cui forte quidem sed indomitū, amore † sublimitatis & uim suam perdat, & elegantiam quam cupit, non assequatur: nihil est enim tam indecens, quàm cum mollia dure fiunt. Atque ego illi præceptorī, quem institueram in libro secundo, credidi non ea sola docenda esse, ad quæ quenque discipulorum natura compositum uideret: nam is & adiuuare debet quæ in quoque eorum inuenit bona, & quantum fieri potest, adijcere quæ desunt, & emendare quædam & mutare. Receptor enim est alienorum ingeniorum atque formator. Difficilius est enim naturam suam fingere, sed ne ille quidem doctor, quanquam omnia quæ recta sunt uelit esse in suis auditoribus quamplenissima, in eo tamen cui naturam obstare uiderit, laborabit. Id quoq; uitandum, in quo magna pars errat, ne in oratione poetas nobis & historicos, in illis operibus oratores aut declamatores imitandos putemus. Sua cuique proposita lex, suus decor est. Nec comœdia in cothurnos assurgit, nec cōtrā tragœdia socco ingreditur. Habet tamen omnis eloquentia aliquid commune, id imitemur quod commune est. Etiam hoc solet incommodi accidere his qui se uni alicui generi dederunt, ut si asperitas his placuit alicuius, hanc etiam in leni ac remisso causarū genere nō exuant: si tenuitas aut nuditas

† Adcoq;

† sublimitatis

c in asperis grauibusq; causis ponderi rerū parum respondeant, cum sit diuersa non causerum modò inter ipsas conditio, sed in singulis etiam causis partiū, sintq; alia leniter, alia aspere, alia concitate, alia remisse, alia docendi, alia mouendi gratia dicenda. Quorum omnium dissimilis atq; diuersa inter se ratio est. Itaq; ne hoc quidem suaferim, uni se alicui proprie, quem per omnia sequatur addicere. Longe perfectissimus Græcorum Demosthenes, aliquid tamen aliquo in loco melius alij. Plurima ille, sed non qui maxime imitandus, & solus imitandus est. Quid ergo? nō est satis omnia sic dicere quemadmodū M. Tullius dixit: Mihi quidē satis esset, si omnia consequi possem. Quid tamen noceret, uim Cæsaris, asperitatem Cælij, diligentiam Pollionis, iudiciū Calui quibusdam in locis assumere? Nam præter id quod prudentis est, quod in quoq; optimum est, si possit, suum facere, ^{tamen} tum in tanta rei difficultate, unū intuentes, uix aliqua pars sequitur. Ideoq; cum totum exprimere quem elegeris, penē sit homini in concessum, pluriū bona ponamus ante oculos, ut aliud ex alio hæreat, & quocūq; loco conueniat, aptemus. Imitatio autem, nam sæpius idem dicam, non sit tantum in uerbis, illuc intendenda mens, quantum fuerit illis uiris decoris in rebus atq; personis, quod cōsiliū, quæ dispositio, quàm omnia, etiam quæ delectationi uideantur data, ad uictoriam spectent. Quid agatur procerio, quæ ratio, & quàm uaria narrandi, quæ uis probandi ac ^{quamq;} fellendi, quanta in affectibus omnis generis mouendis scientia, & quantaq; laus ipsa popularis, utilitatis gratia assumpta, quæ tum est pulcherrima cum sequitur, non cum arcessitur. Hæc si peruiderimus, tum uere imitabimur. Qui uero etiam propria his bona adiecerit, ut suppleat quæ deerant, circūcidat si quid redūdabit, is erit, quem quærimus perfectus orator, quem nunc consummari potissimum oportebat, cum tanto plura bene dicendi exempla supersunt, quàm illis qui adhuc summi sunt contigerunt. Nam erit hæc quoq; laus eorum, ut priores superasse, posteros docuisse dicant.

Qui modus scribendi sit.

CAPVT III.

Hæc quidem auxilia extrinsecus adhibentur, in his autē que nobis ipsis paranda sunt, ut laboris, sic utilitatis etiā longe plurimum affert stylus. Nec immeritò M. Tullius hunc optimū effectorem ac magistrum dicendū uocat, cui sententiæ personam L. Crassi in disputationibus quæ sunt de oratore assignando, iudiciū suum cum illius autoritate coniunxit. Scribendum ergo quam diligentissime & quam plurimū. Nam ut terra altius effossa generandis alendisq; seminibus fecundior sit, sic profectus non à summo petitus, studiorum fructus & fundit uberius, & fidelius continet. Nam sine hac quidem conscientia, illa ipsa ex tempore dicendū facultas inanem modò loquacitatem dabit, & uerba in labris nascentia. Illic radices, illic fundamenta sunt. Illic opes uelut sanctiore quodā ærario conditæ, unde ad subitos quoq; casus, cum res exiget, proferantur. Vires faciamus ante omnia quæ sufficiant labori

A bori certaminum, & usu non exhauriantur. Nihil enim rerum ipsa natura uoluit magnum effici citò, proposuitq; pulcherrimo cuiq; operi difficultatem, quæ nascendi quoq; hanc fecerit legem, ut maiora animalia diutius uisceribus parentum continerentur. Sed cum sit duplex quæstio, quomodo, & quæ maxime scribi oporteat, iam hinc ordinē sequar. Sit primo uel tardus, dum diligens stylus. Quæramus optima, nec protinus offerentibus se gaudeamus. Adhibeatur iudiciū inuentis, dispositiō probatis. Delectus enim rerum uerborūq; agendus est, & pondera singulorum ^{tadhibenda & examinanda.} ^{Post sub ea ratio collocanda} nanda, post subeat ratio collocandi, uersenturq; omni modo numeri. Nō ut quodq; se proferet uerbū, occupet locum, quæ quidem ut diligentius exequamur, repetenda sæpius erunt scriptorū proxima. Nam præter id quod sic melius iunguntur prioribus sequentia, calor quoq; ille cogitationis, qui scribendi mora refrixit, recipit ex integro uires, & uelut repetito spatio submit impetum, quod in certamine salendi fieri uidemus, ut conatū longius petant, & ad illud quò contenditur spatium cursu ferantur: utq; in iaculando brachia reducimus, & expulsuri tela, neruos retro tendimus. Intèrim tamen si feret flatus, danda sunt uela, dum nos indulgentia illa non fallat: omnia enim nostra dū nascuntur placent, alioqui nec scriberentur. Sed redeamus ad iudiciū, & retractemus suspectam facilitatem. Sic scripsisse Sallustium accepimus, & sanè manifestus est etiam ex ipso opere labor.

B Vergilium quoq; paucissimos die composuisse uersus, autor est Varus. Oratoris quidem alia conditio est, itaq; hanc moram & solitudinem in itis impero. Nam primum hoc constituendū, hoc obtinendū est, ut quàm optime scribamus, celeritatem dabit consuetudo, paulatim res se facilius ostendent, uerba respondebunt, compositio sequetur, cuncta deniq; ut in familia bene instituta in officio erunt. Summa hæc est rei, citò scribendo nō sit ut bene scribatur: bene scribendo fit ut citò. Sed tū maxime, cū facultas illa contigerit, resistamus, ut prohibeamus efferentis equos, quos frenis quibusdam coërceamus. Quod nō tam moram faciet, quàm nouos impetus dabit. Neq; enim rursus eos qui robur aliquod in stylo fecerint, ad infelicem calumniandi se pœnam alligandos puto. Nam quomodo sufficere officijs possit ciuilibus, qui singulis actionū partibus in senescat? Sunt autem quibus nihil sit satis, omnia mutare, omnia aliter dicere quàm occurrit, uelint: increduli quidem, & de ingenio suo pessime meriti, qui diligentiam putant facere sibi scribendi difficultatem. Nec promptum est dicere utros peccare ualidius putem, quibus omnia sua placent, an quibus nihil. Accidit enim ingeniosis adolescentibus frequenter, ut labore consumantur, & in silentiū usq; descendant nimia bene dicendū cupiditate. Qua de re memini narrasse mihi Iuliu Secundū illū æqualem meū, atq; à me, ut notum est, familiariter amatū miræ facundiæ uirū, infinite tamen curæ, quid esset sibi à patruo suo dictū. Is fuit Iulius Florus in eloquentia Galliarum, quoniam ibi demum exercuit eam, princeps, alioquin inter paucos di-

S

Certus, & dignus illa propinquitate. Is cum Secundū scholæ adhuc operatum tristem fortè uidisset, interrogauit quæ causa frontis tam adductæ: ^{obductæ} nec dissimulauit adolescens, tertium iam diem esse ex quo omni labore materiæ ad scribendum destinatæ non inueniret exordium, quo sibi non præsens tantum dolor, sed etiam desperatio in posterum fieret. Tum Florus arridens, nunquid tu, inquit, melius dicere uis quam potes? Ita se res habet, curandum est, ut quamoptime dicamus, dicendum tamen pro facultate: ad profectum enim opus est studio, non indignatione. Ut possimus autem scribere etiam plura & celerius, non exercitatio modo præstabit, in qua sine dubio multum est, sed etiam ratio, si non resupini spectantesque rectum, & cogitationem murmure agitantes, expectauerimus quid obueniat, quid respolcat, quid personam deceat, quod sit tempus, qui iudicis animus intuiti, humano quodam modo ad scribendum accesserimus. Sic nobis & initia, & quæ sequuntur natura ipsa præscribit. Certa sunt enim pleraque, & nisi conuiueamus, in oculos incurrunt. Ideoque nec indocti, nec rustici diu quærunt unde incipiant, quod pudendum est magis, si difficultatem facit doctrina. Non ergo putemus semper optimum esse quod latet, ne immutescamus alioqui, si nihil dicendum uideatur, nisi quod non inuenimus. Diuersum est huic eorum uitium, qui primo decurrere per materiam stylo quam uelocissimo uolunt, & sequentes calorem ac impetum ex tempore scribunt, hanc

^{sylua.} **D** syluam uocant. Repetunt deinde, & componunt quæ effuderant, sed uerba emendantur & numeri, manet in rebus temere congestis quæ fuit leuitas. Protinus ergo adhibere curam rectius erit, atque ab initio sic opus ducere, ut celandum, non ex integro fabricandum sit. Aliquando tamen affectus sequemur, in quibus ferè plus calor quam diligentia ualet. Satis apparet ex eo, quod hanc scribendi negligentiam damno, quid de illis dictandi delictis sentiam. Nam in stylo quidem, quamlibet properato, dat aliquam cogitationi moram, non consequens celeritatem eius manus: ille cui dictamus urget, atque interim pudet etiam dubitare, aut resistere, aut mutare, quasi conscius nostræ infirmitatis timentes. Quo fit, ut non rudia tantum & fortuita, sed impropria interim, dum sola est connectendi sermonis cupiditas effluant, quæ nec scribentium curam, nec dicentium impetum consequantur. At idem ille qui excipit, si tardior in scribendo, aut inertior in legendo uelut offensator fuerit, inhibetur cursus, atque omnis quæ erat conceptæ mentis intentio, mora & interdum iracundia excutitur. Tum illa quæ aptior, rem animi motum sequuntur, quæque ipsa animum quodammodo concitant, quorum est iactare manum, torquere uultum, simul uertere latus, & interim obiurgare: quæque Persius notat, cum leuiter dicendi genus significat: Nec pluteum, inquit, cadit, nec demorsos sapit ungues. etiam ridicula sunt, nisi cum soli sumus. Denique ut semel, quod est potentissimum, dicam,

^{secretum quod dictando comperit, atque lib.}

^{secretum} secretum in dictando perit. Atque liberum arbitris locum, & quam altissimum silentium scribentibus maxime conuenire nemo dubitauerit, non tamen protinus

A protinus audiendi qui credunt aptissima in hoc nemora syluasque, quod illa cœli libertas, locorumque amœnitas sublimem animum & beatiorum spirituum parent: mihi certe iucundus hic magis, quam studiorum hortator uidetur esse secessus. Nam illa ipsa quæ delectant, necesse est auocent ab intentione operis destinati. Neque enim se bona fide in multa simul intendere animus totum potest, & quocumque respexit, desinit intueri quod propositum erat. Quare sylvarum amœnitas, & præterlabentia flumina & inspirantes ramis arborum auræ, uolucrumque cantus, & ipsa late circumspiciendi libertas ad se trahunt, ut mihi remittere potius uoluptas ista uideatur cogitationem quam intendere. Demosthenes melius, qui se in locum ex quo nulla exaudiri uox, & ex quo nihil prospici posset, recondebat, ne aliud agere mentem cogere oculi. Ideoque lucubrantes, silentium noctis, & clausum cubiculum, & lumen unum uelut rectos maxime tenent. Sed cum in omni studiorum genere, tum in hoc præcipue bona ualitudine, quæque eam maxime præstat frugalitas necessaria est, cum tempora ab ipsa rerum natura ad quietem refectionemque nobis data, in acerrimum laborem conuertimus, cui tamen non plus irrogandum est, quam quod somno supererit, aut deerit. Obstat enim diligentiam scribendi etiam fatigatio, & abunde, si uacet, lucis spatia sufficiunt, occupatos, in noctem necessitas agit. Est tamen lucubratio, quoties ad eam integre ac refectioni uenimus, optimum secreti genus. Sed silentium & secessus, & undique liber animus, ut sunt maxime optanda, ita non possunt semper contingere. Ideoque non statim si quid obstrepet abijciendi codices erunt, & deplorandus dies, uerum incommodis repugnandum, & hic faciendus usus, ut omnia quæ impediunt, uincat intentio, quam si tota mente in opus ipsum direxeris, nihil eorum quæ oculis uel auribus incursant, ad animum perueniet. ^{ipsum} An non frequenter etiam ^{An uero} fortuita hoc cogitatio præstat, ut obuios non uideamus, & itinere deeremus? Non consequemur idem si & uoluerimus? Non est indulgendum causis desidiam, nam si non nisi refectioni, non nisi hilares, non nisi alijs curis uacantes studendum existimauerimus, semper erit propter quod nobis ignoscamus. Quare in turba, itinere, conuiujs, uel concione etiam, faciat sibi cogitatio ipsa secretum. Quid alioqui fiet, cum in medio foro tot circumstantibus iudicjs, iurgjs, fortuitis etiam clamoribus, erit subito continua oratione dicendum, si particulas quas ceris mandamus, nisi in solitudine reperire non possumus? propter quæ idem ille tantus amator secreti Demosthenes, in littore, in quo se maximo cum sono fluctus illideret, meditans, consuecebat concionum fremitus non expauescere. Illa quoque minora, sed nihil in studijs paruum est, non sunt transeunda, scribi optime ceris, in quibus facilima est ratio delendi, nisi forte uisus infirmior membranarum potius usum exiget, quæ ut iuuant aciem, ita crebro relatione quoad intinguntur calami, morantur manum, & cogitationis impetum frangunt. Relinquenda autem in utrolibet genere contra uacua tabellæ, in quibus libera adijcien

C di sit excursio. Nam interim pigritiā emedandi angustia faciunt, aut certe nouorum interpositione priora cōfundunt. Ne latas quidem ultra modū esse ceras uelim, expertus iuuenē studiosum alioqui, praelongos habuisse sermones, quia illos numero uersuum metiebatur, idēq; uitium quod frequen- ti admonitione corrigi non potuerat, mutatis codicibus esse sublatū. De- bet uacare etiam locus in quo notentur, quæ scribentibus solent extra or- dinem, id est, ex alijs quàm qui sunt in manibus loci, occurrere. Irrumpunt enim optimi nonnunquā sensus, quos neq; inserere oportet, neq; differre tutum est, quia interim elabuntur, interim memoriæ suæ intentos ab alia inuentione declinant, ideoq; optime sunt in deposito.

De Emendatione. CAP. IIII.



Equitur emendatio, pars studiorū longē utilissima: neq; enim sine causa creditum est stylū non minus agere, cum decet. Hu- ius autem operis est adijcere, detrahere, mutare: sed facilius in his simpliciusq; iudiciū quæ replenda uel deijcienda sunt, premere uero tumentia, humilia extollere, luxuriantia astringere, inordi- nata digerere, soluta cōponere, exultantia coercere, duplicis operæ: nam & damnanda sunt quæ placuerant, & inuenienda quæ fugerant. Nec du- bium est optimū esse emendandi genus, si scripta in aliquod tempus repo- nantur, ut ad ea post interuallū, uelut noua atq; aliena redeamus, ne nobis scripta nostra tanquam recentes fœtus blandiantur. Sed neq; hoc contin- gere semper potest, præsertim oratori, cui sæpius scribere ad præsentis usus necesse est. Et ipsa emendatio finem habet, sunt em̄ qui ad omnia scri- pta tanquam uitiosa redeāt, & quasi nihil fas sit rectū esse quod primū est, melius existiment quicquid est aliud, idq; faciāt quoties librū in manus re- sumpserunt: similes medicis etiā integra secantibus. Accidit itaq; ut cica- tricosa sint & exanguia, & cura peiora. Sit igit̄ aliquādo quod placeat, aut certe quod sufficiat, ut opus poliat lima, nō exerat. Temporis quoq; esse debet modus. Nam quod Cinnæ Smyrnæ nouem annis accepimus scri- ptam, & Panegyricū Isocratis, qui parcissime, decem annis dicunt elabo- ratū, ad oratorē nihil pertinet, cuius nullū erit, si tam tardū fuerit auxiliū.

Quæ scribenda præcipue sint. CAP. V.



Proximum est ut dicamus quæ præcipue scribenda sint. Hoc exuberantis quidem est operis, ut explicemus quæ sint mate- ria, quæ prima aut secunda, aut deinceps tractanda sint: nam id factum est etiam primo libro, quo puerorū: & secundo, quo iam robustorum studijs ordinem dedimus, sed de quo nunc agitur, unde copia & facilitas maxime ueniat. Vertere græca in latinū ueteres nostri oratores optimum iudicabant. Id se L. Crassus in illis Ciceronis de Ora- tore libris dicit factitasse. Id Cicero sua ipse persona frequentissime præci- pit: Quinetiam libros Platonis atq; Xenophontis edidit hoc genere tra- ctatos. Id Messalæ placuit, multæq; sunt ab eo scriptæ ad hunc modū ora- tiones,

A tiones, adeo ut etiam cū Hyperidis pro Phryne difficilima Romanis subti- litate contenderet. Et manifesta est exercitationis huiusce ratio: nam & rerum copia Græci abundant, & plurimum artis in eloquentiam intule- runt, & hos transferētib; uerbis uti optimis licet, omnibus enim utimur nostris. Figuras uero quibus maxime ornat oratio, multas ac uarias exco- gitandi etiam necessitas quædam est, quia plerūq; à Græcis Romana dis- sentiunt. Sed & illa ex Latinis conuersio, multū & ipsa contulerit. Ac de carminibus quidem neminem credo dubitare, quo solo genere exercita- tionis dicitur usus esse Sulpitius. Nam & sublimis spiritus attollere ora- tionem potest, & uerba poëtica libertate audaciora, non præsumunt ean- dem proprie dicendi facultatem, sed & ipsis sententijs adijcere licet orato- rium robur, & omissa supplere, & effusa substringere. Neq; ego esse interpretationē tantū uolo, sed circa eosdē sensus certamen atq; æmu- lationem. Ideoq; ab illis dissentio, qui uertere orationes latinas uetāt, quia optimis occupatis, quicquid aliter dixerimus, necesse sit esse deterius. Nā neq; semper est desperandū, aliquid illis quæ dicta sunt melius posse repe- riri. Neq; adeo ieiunam ac pauperem natura eloquentiam fecit, ut una de re bene dici nisi semel, non possit, nisi forte histrionum multa circa uoces eadem uariare gestus potest, orandi minor uis, ut dicatur aliquid, post quod in eadem materia nihil dicendum sit. Sed esto, neq; melius, quod in- uenimus, esse, neq; par, est certe proximis locus. An uero ipsi non bis ac sæpius de eadem re dicimus, & quidem continuas nonnunq; sententias nisi forte contendere nobiscum possumus, cum alijs non possumus. Nam si uno tantū genere bene diceretur, fas erat existimari præclusam nobis a prioribus uiam, nunc uero innumerabiles sunt modi, plurimq; eodem uig- ducunt. Sua breuitati gratia, sua copiarum alia translatis uirtus, alia proprijs. Hoc oratio recta, illud figura declinata cōmendat: Ipsa deniq; utilissima est exercitationi difficultas. Quid? quod autores maximi sic diligentius cognoscuntur. Nō enim scripta lectione secura transcurrimus, sed tracta- mus singula & necessario introspicimus, & quantum habeant uirtutis uel hoc ipso cognoscimus, quod imitari nō possumus. Nec aliena tantū trans- ferre, sed etiam nostra pluribus modis tractare proderit, ut ex industria sumamus sententias quasdam, easq; uersemus quam numerosissime, ueluti eadem cera aliæ atq; aliæ formæ duci solent: Plurimum autem parari fa- cultatis existimo ex simplicissima quaque materia. Nam in illa multiplici personarum, causarum, temporum, locorum, dictorum, factorum, diuer- sitate, facile delitescet infirmitas, tot se undiq; rebus, ex quibus aliqua ap- prehendas offerentibus. Illud uirtutis indicium est, fundere quæ natura contracta sunt, augere parua, uarietatem simplicibus, uoluptatem expo- sitis dare, & bene dicere multa de paucis. In hoc optime facient infinitæ quæstiones, quas uocari diximus, quibus Cicero iam princeps in Republica exerceri solebat. His confinis est destructio & confirmatio

C sententiarum: nam cum sit sententia decretum quoddam atq; præceptum, quod de re, idem de iudicio rei quæri potest. Tū loci cōmunes, quos etiā scriptos ab oratoribus scimus: nam qui hæc rectā tantū, & in nullos flexus recedentia copiose tractauerit, utiq; in illis plures recursus recipientibus magis abundabit, eritq; in omnes causas gratus, omnes enim generalibus quæstionibus cōstant. Nam quid interest, Cornelius Trib. pl. quod codicem legerit, reus sit: an quæramus uioletur ne maiestas, si magistratus rogationem suam populo ipse recitauerit? Milo Clodium rectē ne occiderit, ueniat in iudicium, an oporteat ne insidiatorem interfici, uel perniciosum reipublicæ ciuem etiam si non insidietur? Cato Martiam honestē ne tradiderit Hortensio, an conueniat ne res talis bono uiro? De personis iudicatur, sed de rebus contenditur. Declamationes uero quales in scholis rhetorum dicuntur, si modò sunt ad ueritatem accommodatæ, & orationibus similes, non tantum dum adolescit profectus, sunt utilissimæ, quæ inuentionem & dispositionē pariter exercent, sed etiam cum est consummatus, ac iam in foro clarus. Alitur em̄ atq; enitescit uelut pabulo lætiore faciūdia, & assidua contentionū asperitate fatigata, renouatur. Quapropter historiæ nonnunquam ubertas in aliqua exercendi styli parte ponenda, & dialogorum libertate gestiendum. Ne carmine quidem ludere contrarium fuerit, sicut athletæ reuicta quibusdam temporibus ciborum atq; exercitationum certa necessitate, otio & iucundioribus epulis reficiuntur. Ideoq; mihi uidetur M. Tullius tantum intulisse eloquentiæ lumen, quod in hos quoque studiorum secessus excurrit. Nam si nobis sola materia fuerit ex litibus, necesse est deteratur fulgor, & dure scat articulus, & ipse ille mucro ingenij quotidiana p. yna retūdatur. Sed quem admodū forensibus certaminibus exercitatis, & quasi militantes reficit ac reparat hæc uelut sagina dicendi: sic adolescentes non debent nimium in falsa rerū imagine detineri, & inanibus simulacris usque adeò, ut difficilis ab his digressus sit, assuefacere, ne ab illa, in qua propè cōsensuerint umbra, uera discrimina, uelut quendam solem, reformident. Quod accidisse etiam Portio Latroni, qui primus clari nominis professor fuit, traditur, ut cum ei summā in scholis opinionem obtinenti causa in foro esset oranda, impense petierit, uti subsellia in basilicam transferrentur. Ita illi cœlum nouum fuit, ut omnis eius eloquentia contineri tecto ac parietibus uideretur. Quare iuuenis qui rationem inueniendi eloquendiq; à præceptoribus diligenter acceperit, quod non est [†] infiniti operis, si docere sciant, & exercitationem quoque modicam fuerit consecutus, oratorem sibi alique, quod apud maiores fieri solebat, deligat, quem sequatur, quem imitetur, iudicijs intersit quamplurimis, & sit certaminis cui destinatur, frequens spectator, tum causas uel easdem quas agi audierit, stylo & ipse cōponat, uel etiam alias, ueras modò, & utrunque tractet. Et quod in gladiatoribus fieri uidemus retiarijs exerceatur, ut fecisse Brutum diximus pro

† compositione

D

† finiti

A pro Milone, melius hoc quàm rescribere ueteribus orationibus, ut fecit Cestius contra Ciceronis actionem habitā pro eodem, cum alteram partem satis nosse non posset ex sola defensione. Citius autem idoneus erit iuuenis, quem præceptor coegerit in declamando quam similitimum esse ueritati, & per totas ire materias, quarum nunc facilima & maxime fauorabilia decerpunt. Obstat huic, quod secūdo [†] libro posui, frequens turba [†] loci discipulorum, & cōsuetudo classium certis diebus audiendarum, non nihil etiam persuasio patrum, numerantiū potius declamationes quàm æstimationum. Sed quod dixi primo, ut arbitror, libro, nec ille se bonus præceptor maiore numero, quàm sustinere possit, onerabit, & nimiam loquacitatem recidet, ut omnia quæ sunt in controuersia, non ut quidam uolunt, quæ in rerum natura dicantur. Et uel longiore potius dierum spatio laxabit dicēdi necessitatem, uel materias diuidere permittet: una enim diligenter effecta plus proderit, quàm plures inchoatæ, & quasi degustatæ, propter quod accidit, ut nec suo loco quicq; ponatur, nec illa quæ prima sunt seruēt suā legem, iuuenibus flosculos omniū partiū in ea quæ sunt dicturi cōgerentibus, quo fit, ut timentes ne sequentia perdāt, priora cōfundant.

De Cogitatione.

CAP. VI.

Roxima stylo cogitatio est, quæ & ipsa uires ab hoc accipit, & est inter scribendi laborem, extemporalemq; fortunā media quædam, & nescio an usus frequentissimi. Nam scribere nec ubiq; nec semper possumus, cogitationi temporis ac loci plurimū est. Hæc paucis admodū horis magnas etiam causas complectitur. Hæc quoties intermissus est somnus ipsis noctis tenebris adiuuatur. Hæc inter medios rerum actus aliquid inuenit uacui, nec otium patitur. Neq; uero rerum ordinem modò, quod ipsum satis erat, intra seipsa disponit, sed uerba etiā copulat, totamq; ita contexit orationē, ut ei nihil præter manum desit. Nam memoriæ quoq; plerunq; inhæret fidelius, quod nulla scribendi securitate laxatur. Sed ne ad hanc quidē uim cogitandi perueniri potest, aut subito, aut citò. Nam primum faciēda multo stylo forma est, quæ nos etiam cogitantes sequatur, tum assumendus usus paulatim, ut pauca primū cōplectamur animo, quæ reddi fideliter possint, mox per incrementa tam modica, ut onerari se labor ille non sentiat, augenda usu & exercitatione multa cōtinenda est, quæ quidē maxima ex parte memoria cōstat, ideoq; mihi aliqua in illū locū differenda sunt. Eò tamen peruenit, ut is cui non refragetur ingenium, acri studio adiutus, tantū consequat, ut etiā quæ cogitarit, quæq; scripserit, atq; edidicerit, in dicendo fidem seruent. Cicero certe Græcorū Metrodorū Scepsiu, & Eriphylū Rhodiū, nostrorūq; Hortensiu tradidit quæ cogitauerant, ad uerbū in agendo retulisse. Sed si forte aliquis inter dicendū effulserit extemporalis color, nō superstitiose excogitatis demū est inhærendū. Neq; em̄ tantū habent curæ, ut nō sit dandus & fortunæ locus, cum sæpe etiā scriptis ea quæ subito

C nata sunt, inferantur. Ideoq; totum hoc exercitationis genus ita instituen- dum, ut & digredi ex eo, & redire in id facile possimus. Nam ut primū est domo afferre paratam dicendi copiā & certam, ita refutare temporis mu- nera longe stultissimū est. Quare cogitatio in hoc præparetur, ut nos for- tuna decipere non possit, adiuuare possit. Id autem fiet memoriæ uiribus, ut illa quæ complexi animo sumus, fluant secunda, non sollicitos & respicien- tes, & una spe suspensos recordationis, non sinant prouidere, alioqui uel extemporalem temeritatem malo, quàm male cohærentem cogitationem. Peius enim quæritur retrorsus, quia cum illa desideramus ab alijs auerti- mur, & ex memoria potius repetimus, quàm ex materia. Plura sunt autem si utrunq; quærendum est, quæ inueniri possunt, quàm quæ inuenta sunt.

Quemadmodū extemporalis facultas paretur & contineatur. CAP. VII.

Maximus uero studiorum fructus est, & uelut premium quod- dam amplius lōgi laboris, ex tempore dicendi facultas: quam qui nō erit consecutus, mea quidem sententia ciuilibus officijs renunciat, & solam scribēdi facultatem potius ad alia opera conuertet. Vix enim bonæ fidei uiro conuenit auxilium in publicum pol- lici, quod in præsentissimis quibusq; periculis desit, intrare portum ad quem naus accedere nisi lenibus uentis uecta non possit. Siquidem innu- merabiles accidunt subitæ necessitates, uel apud magistratus, uel repræ- sentatis iudicijs, continuo agendi. Quarum si qua, nō dico cuiuscq; inno- centium ciuium, sed amicorum ac propinquorum alicui euenerit, stabit ne- mutus & salutarem petentibus uocem, statimq; si non succurratur, peri- turis, moras & secessum & silentium quæret, dum illa uerba fabricentur, & memoriæ infidant, & uox ac latus præparetur? Quæ uero patitur hoc ratio, ut quisquā sit orator imparatus ad casus? Quid cū aduersario respon- dendum erit, fiet? Nam sæpe ea quæ opinati sumus, & contra quæ scripsi- mus, fallunt, ac tota subito causā mutatur, atq; ut gubernatori ad incursum tempestatum, sic agenti ad uarietatem causarum ratio mutanda est. Quid porro multus stylus & assidua lectio, & longa studiorum ætas facit, si ma- net eadem quæ fuit incipientibus difficultas? perisse profecto confitendū est præteritū laborem, cui semper idem laborandū est. Neq; ego hoc ago ut ex tempore dicere malit, sed ut possit, id autem maxime hoc modo con- sequemur: Nota sit primum dicendi uia, neq; enim prius contingere cur- sus potest, quàm scierimus quò sit, & quā perueniendum. Nec satis est nō ignorare quæ sint causarum iudicialium partes, aut quæstionum ordinem recte disponere, quanquā ista sunt præcipua, sed quid quoq; loco primum sit, & quid secundum, ac deinceps, quæ ita sunt natura copulata ut mutari, aut interuelli sine confusione non possint. Quisquis autem uiam discet, du- cetur ante omnia rerū ipsa serie uelut duce, propter quod homines etiam modice exercitati, facillime tenorē in narrationibus seruant. Deinde quid quoq; loco quærant, scient, nec circūspectabunt, nec offerentibus se alium de sensu

A de sensibus turbabuntur, nec confundent ex diuersis orationem uelut sa- lientes huc illuc, nec usquam insistentes. Postremo habebunt modum & finem, qui esse citra diuisionē nullus potest. Expletis pro facultate omni- bus quæ proposuerint, peruenisse se ad ultimum sentient. Et hæc quidem ex arte: illa uero ex studio, ut copiam sermonis optimi, quemadmodum præceptum est, comparemus. Multo ac fideli stylo sic formetur oratio, ut scriptorū colorem etiam quæ subito effusa sunt reddant, ut cum multa scri- pserimus, etiam multa dicamus. Nam consuetudo & exercitatio facilitatē maxime parit: quæ si paulum intermissa fuerit, nō uelocitas illa modò tar- datur, sed ipsum coit atq; concurrat. Quanquā enim opus est naturali quæ- dam mobilitate animi, ut dū proxima dicimus, struere ulteriora possimus, semperq; nostrā uocem prouisa & formata cogitatio excipiat, uix tamen aut natura, aut ratio in tam multiplex officium diducere animum queat, ut inuentioni, dispositioni, elocutioni, ordini uerborū rerumq; tum his quæ dicit, quæ subiuncturus est, quæ ultra spectanda sunt, adhibita uocis, pro- nunciationis, gestus obseruatione, una sufficiat. Longe enim præcedat oportet intentio, ac præ se res agat, quantumq; dicendo consumitur, tan- tum ex ultimo prorogetur, ut donec perueniamus ad finem, non minus prospectu procedamus quàm gradu, si non interistentes offensantesq; breuia illa atq; concisa singulantium modo eiectioni sumus. Est igitur usus quidam irrationabilis, quæ Greci ἀλογον ἔχειν uocant, qua manus in scri- bendo decurrit, qua oculi totos simul in lectione uersus flexusq; eorum & transitus intuentur, & ante sequentia uident quàm priora dixerunt, quo constant miracula illa in scenis pilariorum ac uentilatorum, ut ea quæ emi- serint ultrò uenire in manus credas, & quæ iubentur decurrere. Sed hic usus ita proderit, si ea de qua locuti sumus, ars antecesserit, ut ipsum illud quod in se rationem non habet, in ratione uersetur. Nam mihi ne dicere quidem uideatur, nisi qui disposite, ornate copioseq; dicit. Sed nec tumul- tuarij, nec fortuiti sermonis contextum mirabor unquam, quem iurganti- bus etiam mulierculis superfluere uideo. Quæ si calor ac spiritus tulit, fre- quenter accidit ut successum extemporalem consequi cura non possit, deū tunc adfuisse, cum id euenisset, ueteres oratores, ut Cicero dicit, aiebant. Sed ratio manifesta est, nam bene cōcepti adfectus, & recentes rerū ima- gines continuo impetu feruntur, quæ nonnunquā mora styli refrigerescūt, & dilatae non reuertuntur. Vtiq; uero cum infelix illa uerborum cauilla- tio accessit, & cursus ad singula uestigia restitit, non potest ferri contorta uis, sed ut optime uocum singularum cedat electio, non continua sed com- posita est. Quare capiendæ sunt illæ, de quibus dixi, rerū imagines, quas uocari φαντασίαις indicauimus, omniaq; de quibus dicturi erimus, personæ, quæstiones, spes, metus habenda in oculis, in affectus recipienda. Pe- ctus est enim quod disertos facit, & uis mentis. Ideoq; imperitis quoq; si modò sunt aliquo affectu concitati, uerba non desunt. Tum intendendus

Pilarij
Ventilatores.

C animus nō in aliquā rem unam, sed in plures simul continuas, ut si per aliā quam rectam uiam mittamus oculos, simul omnia quæ sunt in ea, circaq; intuemur, non ultimum tantum uidemus, sed usq; ad ultimum. Addit ad dicendum etiam pudor stimulos: Habet & dicendorum expectata laus, mirumq; uideri potest, quod cum stylus secreto gaudeat, atq; omnes arbitros reformidet, extemporalis actio auditorū frequentia, ut miles concentu signorum, excitatur. Nanq; & difficiliorem cogitationem exprimit & expellit dicendi necessitas, & secundos impetus auget placendi cupido: adeo pretium omnia spectant, ut eloquentia quoq; quamquam plurimum habeat in se uoluptatis, maxime tamen presenti fructu laudis opinionisq; ducatur. Nec quisquam tantū fidat ingenio, ut id sibi speret incipienti statim posse contingere, sed sicut in cogitatione præcepimus, ita facilitatem quoq; extemporalem à paruis initijs, paulatim perducemus ad summam, quæ nec perfici, nec contineri nisi usu potest. Cæterum perueniri eò debet, ut cogitatio non utiq; melior sit ea, sed utilior, cum hanc [†] facilitatem non in prosa modò multi sint consecuti, sed etiam in carmine, ut Antipater, Sidonius & Licinius Archias: credendum enim Ciceroni est, non quia nostris quoque temporibus non & fecerunt quidam hoc & faciant, quod tamen ipsum nō tam probabile puto, neq; enim habet aut usum res, aut necessitatem, quam exhortandis in hanc spem, qui foro præparantur, utile exemplū. Neq; uero tantam esse unquam fidutiam facilitatis uelim, ut non breue saltem tempus, quod nusquam ferè deerit, ad ea que dicturi sumus dispicienda sumamus, quod quidem in iudicijs ac foro datur semper. Neq; enim quisquam est qui causam quam nō didicerit agat. Declamatores [†] quosdam peruersa ducit ambitio, ut exposita cōtrouersia; protinus dicere uelint, quin etiam, quod est in primis friuolum ac scenicum, uerbum petant quo incipiant. Sed tam contumeliosos in se ridet inuicem eloquentia, & qui stultis eruditi uideri uolunt, stulti eruditjs [†] iudicantur. Si qua tamen fortuna tam subitam fecerit agendi necessitatem, mobiliore quodam opus erit ingenio, & uis omnis intendenda rebus, & in præsentia remittendum aliquid ex cura uerborum, si sequi utrunq; non dabitur. [†] Tum [†] Tamen & tardior pronuntiatio moras habet, & suspensa ac ueluti dubitans oratio, ut tamen deliberare, non hæsitare uideamur. Hoc dum egredimur è portu, si nos nondum aptatis satis armamentis aget uentus. Deinde paulatim simul euntes aptabimus uela, & disponemus rudentes, & impleri sinus optabimus. Id potius, quam se inani uerborum torrenti dare, quasi tempestatibus, quò uolent, auferendum. Sed non minore studio continetur hæc facultas quam paratur. Ars enim semel percepta non rapitur. Stylus quoq; intermissione paulum admodum de celeritate perdit, promptum hoc & in expedito positū exercitatione sola continetur. Hac uti sic optimū est, ut quotidie dicamus audientibus pluribus, maxime de quorum simus iudicio atq; opinione solliciti; rarū est enim ut satis se quisq; uereat:

A uereatur: uel soli tamen dicamus potius, quam nō omnino dicamus. Est alia exercitatio cogitandi, totasq; materias uel silentio, dum tamen [†] dicat intra se ipsum, persequendi, quæ nullo non tempore locoq; quando non aliud agimus, explicari potest, & est in parte utilior quam hæc proxima. Diligentius em̄ cōponitur quam illa, in qua contextū orationis intermittere ueremur. Rursus [†] illa prior plus confert, uocis firmitatem, oris facilitatem, motū corporis, qui & ipse, ut dixi, excitat oratorem, & iactationem manus, pedis suppletionem, sicut cauda leones facere dicuntur, hortatur. Studendū uero semper et ubiq; [†] Neq; uero tam ullus est dies occupatus, ut nihil lucratiuæ, ut Cicero Brutum facere tradit, operæ ad scribendum, aut ad legendum, aut dicendum rapi aliquo momento temporis possit. Si quidem C. Carbo etiam in tabernaculo solebat hac uti exercitatione dicendi. Ne id quidem tacendum est, quod eidem Ciceroni placet, nullum nostrū usquam negligentem esse sermonē, quicquid loquemur, ubicunq; sit pro sua scilicet portione perfectum. Scribendū certe nunquam est magis quam cum multa dicemus ex tempore. Ita enim seruabitur pondus, & intrans illa uerborum facilitas in altum reducetur, sicut rustici proximas uitis radices amputant, quæ illam in summum solum ducunt, ut inferiores penitus descendendo firmentur. Ac nescio an utrunq; cum cura & studio fecerimus, inuicem profit, ut scribendo dicamus diligentius, dicendo scribamus facilius. Scribendum ergo quoties licebit: si id non dabitur, cogitandum: ab utroq; exclusi, debent tamen anniti, ut neq; deprehensus orator, neq; litigator destitutus esse uideatur. Plerunq; autē multa agentibus accidit, ut maxime necessaria & utiq; initia scribant, cætera quæ domo afferunt, cogitatione cōplectantur, subitis ex tempore occurrant. Quod fecisse M. Tullij cōmentarijs ipsius apparet, sed feruntur aliorum quoq; & inuenti forte ut eos dicturus quisq; cōposuerat, & in libros digesti, ut causarum quæ sunt actæ à Seruio Sulpitio, cuius tres orationes extant. Sed hi de quibus loquor cōmentarij ita sunt exacti, ut ab ipso mihi in memoriam posteritatis uideant cōpositi. Nam Ciceronis ad præsens modo tempus aptatos libertus Tyro contraxit. Quos nō ideo excuso, quia nō probem, sed ut sint magis admirabiles. In hoc genere prorsus recipio hæc breuem annotationē, libellosq; qui uel manu teneantur, & ad quos interim respicere fas sit. Illud quod Lænas præcipit displicet mihi, quæ scripserimus, in summas siue cōmentarios & capita cōferre. Facit enim & discendi negligentiam hæc ipsa fidutia, & lacerat ac deformat orationē. Ego autē ne scribendū quidē puto quod simus memoria prosecuturi. Nam hoc quoq; accidit ut reuocet nos cogitatio ad illa elaborata, nec sinat præsentē fortunam experiri. Sic anceps inter utrunq; animus æstuat, cum & scripta perdit, & nō quærit noua. Sed de memoria destinatus est proximo libro locus, nec huic parti subiungendus, quia sunt alia prius nobis dicenda.

Libri decimi finis.

T 2

M. FABII QVINTILI

ANI ORATORIARVM INSTITVTIONVM

LIBER VNDECIMVS.

Præfatio, & de apte dicendo.

CAP. I.



PARATA, sicut superiore libro continetur, facultate scribendi cogitandiq; & ex tempore etiam cum res poscet orandi, proxima est cura ut dicamus apte, quã uirtutem elocutionis quartam Cicero demonstrat, quãq; est meo quidem iudicio maxime necessaria. Nam cum sit ornatus orationis uarius & multiplex, conueniatq; alius alij, nisi fuerit accommodatus rebus atq; personis, non modò non illustrabit eam, sed etiam destruet, & uim rerum in cõtrarium uertet. Quid enim prodest esse uerba & latina, & significantia, & nitida, figuris etiam numerisq; elaborata, nisi cum his in quã iudicem duci formariq; uolumus, consentiant? Si genus sublime dicendi paruis in causis, ^{† limitatumq;} limitatumq; grandibus, lætum tristibus, læne asperis, minax supplicibus, summissum concitatis, trux atq; uiolentũ iucundis adhibeamus? ut monilibus, & margaritis, ac ueste longa, quæ sunt ornamenta sceminarũ, de formentur uiri? nec habitus triumphalis, quo nihil cogitari potest augustius, sceminas deceat. Hunc locum Cicero breuiter in tertio de Oratore libro perstringit, neq; tamen uideri potest quicquam omisisse, dicendo non omni causã, nec auditori, nec personã, nec tempori congruere orationis unum genus, nec ferè pluribus in oratore eadem. Sed illic L. Crassus, cum apud summos oratores, hominesq; eruditissimos dicat, satis habet partem hãc uelut notare inter agnoscences. Et hic Cicero alloquens Brutum testatur esse hãc ei nota, ideoq; breuius à se dici, quãquam sit fusus locus, tracteturq; à philosophis latius. Nos institutionem professi, non solum scientibus ista, sed etiam discipulis tradimus, ideoq; paulò pluribus uerbis debet haberi uenia. Quare notum sit nobis ante omnia, quid conciliando, docendo, mouendo iudici cõueniat, quid quaq; parte orationis petamus. Ita nec uetera, nec translata, aut ficta uerba incipiendo, narrando, argumentando, tractabimus, neque decurrentis contexto nitore circuitus ubi diuidenda erit causa, & in partes suas digerenda, neque humile, atque quotidianum sermonis genus, & compositione ipsa dissolutum epilogis dabimus, nec iocis lachrymas, ubi opus erit miseratione siccabimus. Nam ornatus omnis non tam sua, quã rei cui adhibetur, cõditione constat, nec plus refert quid dicas, quã quo loco. Sed totum hoc apte dicere, non elocutionis tantum generè constat, sed est cum inuentione commune: Nam si tantum habent etiam uerba momentum, quanto res ipsã maius? Quarum quæ esset obseruatio, suis locis subinde subiecimus. Illud est diligentius docendum, eum demum dicere apte, qui non solum quid expediat, sed etiam quid deceat inspexerit. Nec me fugit plerunque hãc esse coniuncta. Nam quod decet, ferè prodest, neq;

A neque alio magis animi iudicium conciliari, aut si res in contrarium tulit, alienari solent. Aliquando tamen & hãc dissentiunt. Quoties autem pugnant, ipsam utilitatem uincet quod decet. Nam quis nescit nihil magis profuturum ad absolutionem Socrati fuisse, quã si esset usus illo iudiciali genere defensionis, & oratione summissa conciliasset iudicium animos sibi, crimenq; ipsum sollicitè redarguisset? Verũ id minime eum decebat, ideoq; sic egit, ut qui pœnam suam honoribus summis esset aestimatus. Maluit enim uir sapientissimus quod supercesset ex uita sibi perire, quã quod præterisset. Et quando ab hominibus sui temporis parum intelligebatur, posterorum se iudicijs reseruauit, breui detrimento iam ultimã senectutis æuam seculorum omnium consecutus. Itaq; quamuis ^{† unus} Lyfias, qui tum in dicendo præstantissimus habebatur, defensionem illi scriptam obtulisset, uti ea noluit, cum bonam quidem, sed parum sibi conuenientem iudicasset. Quo uel solo patet, non per suadendi, sed bene dicendi finem in oratore seruandum, cum interim persuadere deforme sit. Non fuit hoc utile absolutioni, sed (quod est maius) homini fuit. Et nos secundum communem potius loquendi consuetudinem, quã ipsam ueritatis regulam diuisione hac utimur, ut ab eo quod deceat utilitatem separemus: nili forte prior ille Aphricanus, qui patria cedere, quã cũ Tribunople humilimo cõtendere de innocentia sua maluit, inutiliter sibi uideatur cõsuluisse. Aut P. Rutilius, uel cum illo penè Socratico genere defensionis est usus, uel cum reuocante cum P. Sylla manere in exilio maluit, quid sibi maxime conduceret nesciebat. Hi uero parua illa, quæ abiectissimus quisque animus utilia credit, si cum uirtute conferantur, despicienda iudicauerunt, ideoq; perpetua seculorum admiratione celebrantur. Neque nos simus tam humiles, ut quæ laudamus, inutilia credamus. Sed hoc qualecunq; discrimen raro admodum euenit. Cæterum idem ferè, ut dixi, in omni genere causarum & proderit, & decebit. Est autem quod omnes, & semper, & ubiq; persuadere ac dicere honeste, honesteq; facere deceat, contraq; neminem unquam ullo in loco turpiter. Minora uero, quæ sunt ex medijs, ^{† plura talia} plerunq; sunt talia, ut alijs sint concedenda, alijs non sint. Aut pro persona, tempore, loco, causa, magis ac minus, uel excusata debeant uideri, uel reprehendenda. Cum dicamus autem de rebus aut alienis, aut nostris, diuidenda est ratio eorum, dum sciamus pleraque neutro loco conuenire. In primis enim omnis sui uitiosa iactatio est, eloquentiã tamen in oratore præcipue, affertq; audientibus non fastidium modò, sed plerunq; etiam odium. Habet enim mens nostra natura sublime quiddam & erectum, & impatiens superioris. Ideoq; abiectos aut submittentes se libenter alleuamus, quia hoc facere tanquam maiores uidemur, & quoties discessit æmulatio, succedit humanitas. At qui se supra modum extollit, premere ac despiceretur creditur, nec tam se maiorem, quã minores cæteros facere. Inde inuidet humiliores; nam hoc uitium est eorũ, qui nec ce-

C dere uolunt, nec possunt cōtendere, rident superiores, improbant bonos. Plerunq; uero deprehendas arrogantiu fallacem de se opinionem, sed in ueris quoq; sufficit cōscientia. Reprehensus est in hac parte nō mediocriter Cicero, quanquā is quidem rerū à se gestarū maior, quā eloquentiæ fuit in orationibus utiq; iactator. Ac plerunq; illud quoq; non sine aliqua ratione fecit. Aut enim tuebatur eos, quibus erat usus adiutoribus in op̄ primenda coniuratione, aut respondebat inuidiæ, cui tamen non fuit par, seruata patriæ pœnam passus exilium, ut illorū quæ egerat in consulatu frequens cōmemoratio possit uideri nō gloriæ magis, quā defensionis data. Eloquentiā quidem cum plenissimam diuersæ partis aduocatis concederet, sibi nunquā in agendo immodice arrogauit. Illius sunt enim: Siquid est in me ingenij iudices, quod sentio quā sit exiguum. &: Nam quo minus ingenio possum, subsidio mihi diligentiam comparauit. Quinetiā contra Q. Cæciliū de accusatore in Verrem constituendo, quamuis multū esset in hoc quoq; momenti, uter ad agendū magis idoneus ueniret, dicendi tamen facultatem magis illi detraxit, quā arrogauit sibi, seq; nō consecutum, sed omnia fecisse ut posset eam cōsequi, dixit. In epistolis aliquando familiariter apud amicos, nonnunquam in dialogis, aliena tamen persona, uerum de eloquentia sua dicit. Et aperte tamen gloriari, nescio an sit magis tolerabile, uel ipsa uitij huius simplicitate, quā illa iactatione puer sa, si abundans opibus, pauperē se neget, nobilis obscurū, & potens infirmum, quā si se disertus imperitū planē & infantē uocet. Ambitiosissimū gloriandi genus est etiam deridere. Ab alijs ergo laudemur. Nam ipsos (ut Demosthenes ait) erubescere etiam cū ab alijs laudamur, decet. Neq; hoc dico nō aliquando de rebus à se gestis oratori esse dicendū, sicut eidē Demostheni pro Ctesiphonte, quod tamen ita emendauit, ut necessitatē id faciendi ostenderet, inuidiamq; omnē in eū regereret, qui hoc se coëgisset. Et M. Tullius sæpe dicit de oppressa cōiuratione Catilinæ, sed modo id uirtuti senatus, modo prouidentia deorū immortalū assignat, plerūq; contra inimicos atq; obrectatores plus uendicat sibi. Erant enim tuenda cū obijcerentur. In carminibus utinam pepercisset, quæ nō desierunt carpere maligni: Cedant arma togæ, cōcedat laurea linguæ. &: O fortunatam natam me Cōsule Romam, & Iouem illum à quo in conciliū deorū aduocatur, & Mineruam quæ eum artes edocuit, quæ sibi ille secutus quædam Græcorū exempla permiserat. Verū eloquentiæ ut indecora iactatio, sic nonnunquam concedenda fiducia est. Nam quis reprehendat hæc? Quid putē? contemptum ne me? non uideo nec in uita, nec in gratia, nec in rebus gestis, nec in hac mea mediocritate ingenij, quid despiciere possit Antonius. Et paulopost apertius: An decertare mecum uoluit contentione dicendi? Hoc quidem beneficiū est. Quid enim plenius? quid uberius, quā mihi pro me & contra Antonium dicere? Arrogantes & illi, qui se iudicasse de causa, nec aliter affuturos fuisse proponunt.

Tullij carmina.

A ponunt. Nam & inuiti iudices audiunt præsumentem partes suas, nec hoc oratori cōtingere inter aduersarios, quod Pythagoræ inter discipulos cōtigit, potest: Ipse dixit. Sed istud magis minus uel uitiosum est pro personis dicentiū. Defendit enim aliquatenus, ætate, dignitate, autoritate, quæ tamen uix in ullo tanta fuerint, ut nō hoc affirmationis genus temperandum sit aliqua moderatione, sicut omnia in quibus patronus argumentum ex seipso petet, quod fuisset tumidius, si criminis loco esse negasset Cicero, equitis Romani esse filium se defendente. At ille fecit hoc etiam fauorabile, coniungendo cum iudicibus dignitatem suam. Equitis autem Romani esse filium, criminis loco poni ab accusatoribus, neq; his iudicantibus oportuit, nec defendentibus nobis. Impudens, tumultuosa, iracūda actio omnibus indecora, sed ut quisque ætate, dignitate, usu præcedit, magis in ea reprehendendus. Videas autem rixatores quosdam, neq; iudicum reuerentia, neq; agendi more ac modo contineri. Ex quo ipso mentis habitu manifestum sit, tam in suscipiendis, quā in agendis causis nihil pensi habere. † Profert enim mores plerunq; oratio, & animi secreta detegit. Nec sine causa Græci prodiderunt, ut uiuat, quæq; etiam dicere, humiliora illa uitia, summissa adulatio, affectata scurrilitas, in rebus ac uerbis parum modestis ac pudicis uilis pudor, in omni negotio neglecta autoritas, quæ fere accidit his, qui nimīū † aut blandi esse, aut ridiculi uolūt. Ipsum etiam eloquentiæ genus alios aliud decet. Nam neq; tam plenum, & erectum, & audax, & præculturum, senibus conuenerit, quā pressum, & mite, & limatum, & quale intelligi uult Cicero etiam cum dicit orationē suam cœpisse canescere, sicut uestibus quoq; nō purpura coccoq; fulgentibus illa ætas satis apta sit. In iuuenibus & uberiora paulo, & penē periclitantia ferunt. At in iisdem siccum & sollicitū, & contractū dicendi propositū, plerunq; affectatione ipsa seueritatis inuisum est, quādo etiam morū senilis autoritas immatura in adolescentibus credit. Simpliciora militares decet. Philosophiam ex professo (ut quidam faciūt) ostentantibus, parū decori sunt plerique orationis ornatus, maximeq; ex affectibus, quos illi uitia dicunt. Verba quoq; exquisitiora, & cōpositio numerosa tali proposito diuersa. Non enim solū illa letiora, qualia à Cicerone dicunt: Saxa atq; solitudines uoci respondent, sed etiā illa, quāq; plena sanguinis. Vos enim iam Albani tumuli, atq; luci, uos inquā imploro atq; testor, uosq; Albanorū obruta aræ, sacrorū Populi Ro. sociæ & æquales, nō cōueniant barbæ illi atq; tristitiæ. At uir ciuilis uereq; sapiens, qui se non otiosis disputationibus, sed administrationi Reipublicæ dediderit, a qua lōgissime isti qui philosophi uocantur, recesserunt, omnia quæ ad efficiendum oratione quod proposuerit ualent, libenter adhibebit, cum prius quod honestum sit, efficere in animo suo constituerit. Est quod principes deceat, alijs non concesseris. Imperatorum ac triumphalium separata est aliqua ex parte ratio eloquentiæ, sicut Pompeius abunde disertus rerum suarū narrator, & hic qui

† Pre se fert

† ut blandi ridi
culi esse uolunt

C bello ciuili se interfecit Cato, eloquens senator fuit. Idem dictum sæpe in alio liberum, in alio furiosum, in alio superbum est. Verba aduersus Agamemnonem à Thersite habita ridentur: da illa Diomedæ, alij uel cui parum, magnum animū ferre præ se uidebuntur: Ego te, inquit, consulem putem. L. Crassus Philippo, cum tu me non putes senatorem: Vox honestissimæ libertatis, non tamen ferres quencuncq; dicentem. Negat se magnifacere aliquis poëtarum, utrum Cæsar ater an albus homo sit, insania. Verum te, ut idem Cæsar de illo dixerit, arrogantia est. Maior in personis obseruatio est apud comicos tragicosq;. Multis enim utuntur, & uarijs. Eadē & eorum qui orationes alijs scribebant, fuit ratio, & declamantium est. Non enim semper ut aduocati, sed pleruncq; ut litigatores dicimus. Verum etiam in his causis, quibus aduocamur, eadem differentia diligenter est custodienda. Utimur enim fictione personarū, & uelut ore alieno loquimur, dandiq; sunt his quibus uocē accommodamus, sui mores. Aliter enim P. Clodius, aliter Appius Cæcus, aliter Cæcilianus ille, aliter Terentianus pater fingit. Quid asperius licetore Verris: Ut adeas, tantum dabis. Quid fortius illo: Cuius inter ipsa uerberū supplicia una uox audiebatur, cuius Romanus sum. Quam dignæ Milonis in peroratione ipsa uoces eo uiro, qui pro Republica seditiosum ciuē toties cōpescuisset: quicq; insidias uirtute superasset: Deniq; nō modò quot in causa, totidē in prosopopœia sunt uarietates, sed hoc etiam plures, quod in his puerorū, fœminarū, pupillarum, mutarum etiam rerum assimulamur affectus, quibus omnibus debetur suus decor. Eadem in his pro quibus agemus, obseruanda sunt. Aliter enim pro alio sæpe dicendum est, ut quisq; honestus, humilis, inuidiosus, fauorabilis erit, adiecta propositorū quoq;, & anteactæ uitæ differentia. Iucundissima uero in oratore humanitas, facilitas, moderatio, beneuolentia. Sed illa quoq; diuersa bonum uirum decent, malos odisse, publica uice commoueri, ultm̄ ire scelera & iniurias, & omnia ut in initio dixi, honesta. Nec tantum quis, & pro quo, sed etiam apud quem dicas, interest. Facit enim & fortuna discrimen, & potestas, nec eadem apud principem, magistratum, senatorem, priuatum † tamen liberum ratio est, nec eodem sono publica iudicia, & arbitrorum disceptationes aguntur. Nam ut orantem pro capite sollicitudo deceat, & cura, & omnes ad amplificandam orationem quasi machinæ, ita in paruis rebus iudicijq; uana sint eadem. Rideaturq; meritò qui apud disceptatorem de re leuissima sedens disturus utatur illa Ciceronis confessione, non modò se animo commoueri, sed etiam corpore ipso perhorrescere. Quis uero nesciat † quin aliud dicendi genus poscat grauitas senatoria, aliud † aura popularis: cum etiam singulis iudicantibus, nō idem apud graues uiros, quod leuiores nō idem apud eruditum, quod militarem ac rusticum, deceat, sitq; nonnunquam summittenda & contrahenda oratio, ne iudex eam uel intelligere, uel capere non possit. Tempus quoque ac locus egent obseruatione propria.

Nam

A Nam & tempus tum lætum, tum triste, tum liberum, tum angustum est. Atqui ad hæc omnia componendus orator, & loco publico priuato ne, celebri an secreto, aliena ciuitate an tua, in castris deniq;, an foro dicas, interest plurimum, ac suam quicq; formam, & proprium quendam modū eloquentiæ poscit. Cum etiam in cæteris actibus uitæ nō idem in foro, curia, campo, theatro, domi facere cōueniat, & pleracq; quæ natura non sunt reprehendenda, atq; ideo interim sunt necessaria, alibi quàm mos permiserit, turpia habeantur. Illud iam diximus, quanto plus nitoris & cultus demonstratiuæ materiæ, ut ad delectationem audientium compositæ, quàm quæ sunt in actu & cōtentione, suasiuæ iudicialesq; permittant. Hoc adhuc adijciendū, aliquas etiam quæ sunt egregiæ dicendi uirtutes, quo minus deceant, effici conditione causarum. An quisquam tulerit reum in discrimine capitis, præcipue qui apud uictorem & principem pro se ipse dicat, frequenti translatione, fictis ac repetitis ex uetustate uerbis, compositione quæ sit maxime à uulgari usu remota, decurrentibus periodis, quàm lætissimis iocis sententijsq; dicentem: Non perdant hæc omnia necessarium periclitanti sollicitudinis colorem, petendumq; etiam innocentibus misericordiæ auxilium. Cominoueatur ne quisquam eius fortuna, quem tumidum, ac sui iactantem, & ambitiosum institorem eloquentiæ in ancipiti sorte uideat: non, imò oderit reum uerba aucupantem, & anxium de fama ingenij, & cui esse diserto uacet. Quod mire M. Cælius in defensione causæ, qua reus de ui fuit, comprehendisse mihi uidetur: Ne cui uestrū, atq; etiam omniū, qui ad rem agendam assunt, mens, aut uultus molestior, aut uox immoderatio aliqua, aut deniq;, qd nimium est, iactantior gestus fuisse uideat. Atqui sunt quedā actiones in satisfactione, deprecatione, confessione positæ. Sententiolis ne flendū erit: epiphonemata, aut enthememata exorabunt: nō quicquid meris adijciat affectibus omnes eorū diluet uires, & miserationē securitate laxabit: Age si de morte filij sui, uel iniuria (quæ morte sit grauior) dicendū patri fuerit, aut in narrando gratiā illam expositionis, quæ continget sermone puro atq; dilucido, quæret breuiter ac significanter ordinem rei protulisse contentus, aut argumenta diducet in digitos, & propositionum ac partitionum captabit leporem: & ut plerunq; in hoc genere moris est, intentione omni remissa loquatur: Quò fugerit interim dolor ille: ubi lachrymæ substiterint: unde se in medium tam secura obseruatio artium miserit: Non ab exordio usq; ad ultimam uocem continuus quidam gemitus, & idem tristitiæ uultus seruabitur: si quidem uolet dolorem suum etiam in audientes transfundere, quem si usquam remiserit, in animum iudicantium nō reducet. Quod præcipue declamantibus (necq; enim me poenitet ad hoc quoq; opus meum, & curam susceptorum semel adolescentium respicere) custodiendum est, quo plures in schola finguntur affectus, quos nō ut aduocati, sed ut passim subimus. Cum etiam hoc genus simulari litium soleat, cum ius mortis à senatu qui

V

C dam, uel ob aliquam magnā infelicitatem, uel etiam poenitentia petunt, in quibus non solum cantare, quod uitium peruasit, aut lasciuire, sed ne argumentari quidem nisi mixtis, & quidē ita, ut in ipsa probatione magis emineant, affectibus decet. Nam qui intermittere in agēdo dolorem potest, uidetur posse etiam deponere. Nescio tamen an huius, de quo loquimur, decoris custodia maxime circa eos, contra quos dicimus, examinanda sit. Nam sine dubio in omnibus statim accusationibus hoc agendū est, ne ad eas libenter descendisse uideamur. Ideoq; mihi illud Cassij Seueri nō mediocriter displicet: *Dñi boni uiuo, et quo me uiuere iuuēt, Asprenatem reū uideo. Nō enim iusta ex causa uel necessaria uideri potest postulasse eum, sed quadam accusandi uoluptate. Præter hoc tamen, quod est commune, propriam moderationem quædam causæ desiderant. Quapropter & qui curationē honorū patris postulabit, doleat eius ualetudine, & quamlibet grauiam filio pater obiecturus miserrimā sibi ostendat esse hanc ipsam necessitatē, nec hoc paucis modō uerbis, sed toto colore actionis, ut id eū nō dicere modō, sed etiā uere dicere appareat. Nec causanti pupillo sic tutor irascatur unquā, ut nō remaneant amoris uestigia, & sacra quædam patris eius memoria. Iam quo modo contra abdicantē patrem, quærentem uxorem, agi causam oporteret, in libro, ut arbitror, septimo dixi. Quando etiam aduocati uoce uti deceret, quartus liber, in quo pro cernij præcepta sunt continet. Esse & in uerbis quod deceat, aut turpe sit, nemini dubium est.*

D Vnum iam igitur huic loco, quod est sanē summe difficultatis, adijciendū uidetur, quibus modis ea quæ sunt natura parum speciosa, quæq; non dicere, si utrumlibet esset liberum, maluissemus, non tamen sint indecora dicentibus. Quid asperiores habere frontem potest, aut quid aures hominum magis respuunt, quā cum est filio filij uel aduocatis in matrem perorandum? Aliquando tamen necesse est, ut in causā Cluentij Habiti. Sed nō semper illa uia qua contra Salsiam Cicero usus est, non quia nō ille optime, sed quia plurimum refert, qua in re, & quomodo lædat. Itaq; illa cum filij caput palam impugnaret, fortiter fuit repellenda. Duo tamen quæ longa supererant, diuine Cicero seruauit. Primum ne obliuisceretur reuerentia, quæ parentibus debetur: deinde ut repetitis altius causis diligentissime ostenderet, quā id quod erat in matrem dicturus, non oporteret modō fieri, sed etiam necesse esset. Primaq; hæc expositio fuit, quanquam ad præsentem quæstionem nihil pertinebat, adeo in causā difficili atq; perplexa, nihil prius intuendum credidit, quā quid deceret. Fecit itaq; nomen parentis non filio inuidiosum, sed ipsi in quam dicebatur. Potest tamen aliquando mater & in re leuiore, aut minus infesta contra filiū stare, tum lenior atque summissior decebit oratio. Nam & satisfaciendo, aut nostram minuemus inuidiam, aut etiam in diuersum eam transferemus, & si grauius dolere filium palam fucrit, credetur abesse ab eo culpam, fietq; ultro miserabilis. Auertere quoq; in alios crimen decet, ut fraude aliquorū

concita

A concita credatur, & omnia nos passuros, nihil aspere dicturos, testandū, ut etiā si non possumus nō conuiciari, nolle uideamur. Etiam si quid obijciendum erit, officium est patroni, ut id filio inuito, sed fide cogente facere credatur. Ita poterit uterq; laudari, quod de matre dixi, de utroq; parēte accipiendum est. Nam inter patres etiam filiosq;, cum interuenisset emancipatio, litigatum scio. In alijs quoq; propinquitatibus custodiendum est, ut inuiti, & necessariò, & parce iudicemur dixisse, magis autem aut minus, ut cuiq; personæ debetur reuerentia. Eadem pro libertis aduersus patronos obseruantia, & ut semel plura cōplectar, nunquam decebit sic aduersus tales agere personas, quo modo contra nos agi ab hominibus conditionis eiusdem iniquo animo tulissemus. Præstatur hoc aliquādo etiam dignitatibus, ut libertatis nostræ ratio reddatur, ne quis nos aut petulantes in lædendis his, aut etiam ambitiosos putet. Itaq; Cicero quanquam erat in Cottam grauissime dicturus, neq; aliter agi P. Oppij causa poterat, longa tamen præfatione excusauit officij sui necessitatem. Aliquando etiam inferioribus, præcipueq; adolescentulis parcere aut mederi decet. Utitur hac moderatione Cicero pro Calio contra Atracinum, ut eum non inimicè corripere, sed penè patrie monere uideatur. Nam & iuuenis & nobilis, & non iniusto dolore uenerat ad accusandū. Sed in his quidem in quibus uel iudici, uel etiam assistentibus ratio nostræ moderationis probari debet, minor est labor, illic plus difficultatis, ubi ipsos contra quos dicimus, ueremur offendere. Duæ simul huiusmodi personæ Ciceroni pro Muræna dicenti obstiterūt, M. Catonis Seruiq; Sulpitij, quā decenter tamen Sulpitio cum omnes concessisset uirtutes, scientiā petendi consulatus ademit. Quid enim aliud esset quo se uictum homo nobilis, & iuris antistes magis ferret? Ut uero rationem defensionis suæ reddidit, cum se studiis se petitioni Sulpitij contra honorem Murænae, non idem debere accusationi contra caput, diceret? Quā molli autem articulo tractauit Catonem? cuius naturam summe admiratus, non ipsius uitio, sed Stoicæ sectæ, quibusdam in rebus factam duriores uideri uolebat, ut inter eos non forensensem contentionem, sed studiosam disputationem crederes incidisse. Hæc est profectò ratio, & certissimum præceptorū genus, illius uiri obseruatio, ut cum aliquid detrahere salua gratia uelis, concedas alia omnia, in hoc solo uel minus peritū, quā in cæteris, adiecta, si poterit fieri, etiā causa cur ita sit, uel paulò pertinaciorem, uel credulum, uel iratum, uel impulsum ab alijs. Hoc illis commune remedium est, si in tota actione æqualiter appareat non honor modō, sed etiam charitas, præterea causa sit nobis iusta sic dicendi, neq; id moderatè tantum faciamus, sed etiam necessariò. Diuersum ab hoc, sed facilius, cum hominū, aut alioqui turpiū, aut nobis inuisorum, quædam facta laudanda sunt. † Decet enim rem ipsam probare in qualicunq; persona. Dixit Cicero pro Gabinio, & P. Vatiniio inimicissimis antea sibi hominibus, & in quos orationes etiam scripserat.

†ducatur

†Licet

C Verum causa iusta sit fatendo, non se de ingenij fama, sed de fide esse sollicitum. Difficilior enim ratio in iudicio Cluentiano fuit, cum Scamandrum necesse haberet dicere nocentem, cuius egerat causam: Verum illud elegantissime, cum eorum a quibus ipse productus esset preces, tum etiam adolescentiam suam excusat, detractus alioqui plus autoritatis, si in causa praesertim suspecta, se eum esse qui temere nocentes reos susciperet, fateatur. Apud iudicem uero, quod aut propter alienum commodum in causa quam susceperimus, aut suum ut persuadendi ardua ratio, ita dicendi expeditissima. Fiducia enim iustitiae eius, non causae, nihil nos timere simulabimus. Ipse erit gloria inflandus, ut tanto clarior futura sit fides, ac religio in pronunciando, quanto minus uel [†]offensa, uel utilitati suae indulserit. Hoc modo & apud eos a quibus appellatum erit (si forte ad eosdem remittentur) adijcienda ratio, uel necessitatis alicuius, si id causae cedit, uel erroris, uel suspicionis. Tutissimum ergo poenitentiae confessio, & satisfactio culpae, perducendusque omni modo iudex ad irae pudorem. Accidit etiam nonnunquam, eandem causam de qua pronunciauit, ut cognoscat iterum, tum illud quidem commune, apud alios iudicem disputaturos de illius sententia non fuisse. Neque enim emendari ab alio quam ipso fas esse. Caeterum ex causa ut quaeque permittet, aut ignorata quaedam, aut defuisse testes, aut quod timidissime, & si nihil aliud plane fuerit, dicendum est, patronos non satis fecisse. Succurret etiam si apud alios iudices agetur, ut in secunda assertione, aut in Centumuiralibus iudicijs duplicibus parte uicta, decentius erit quoties contigerit seruare iudicum pudorem, de qua re laetius in probationum loco dictum est. Potest euenire, ut in alijs reprehendenda sint, quae ipsi fecerimus, ut obiicit Tubero Q. Ligario, quod [†]qui in Africa fuerit, & ambitus quidam damnati recuperandae dignitatis gratia, reos eiusdem criminis detulerunt, ut in scholis luxuriantem patrem, luxuriosus ipse iuuenis accusat. Id quam decenter fieri possit, equidem non inuenio, nisi aliquid reperiatur quo intersit persona, aetas, tempus, causa, locus, animus. Tubero iuuenem se patri haesisse, illum a senatu missum non ad bellum, sed ad frumentum coemendum ait, ut primum licuerit a partibus recessisse, Ligarium & perseuerasse, & non pro Cn. Pompeio, inter quem & Caesarem dignitatis fuerit contentio, cum saluam uterque rempublicam uellet, sed pro Iuba atque Afris inimicissimis populo Romano stetit. Caeterum uel facillimum est ibi alienam culpam accusare, ubi fateris tua. Verum id iam iudicis est, non actoris. Quod si nulla contingit excusatio, sola colorem habet poenitentia. Potest enim uideri satis emendatus, qui in odium eorum, in quibus errauerat, ipse conuersus est. Sunt enim quidam, qui hoc natura ipsa rei non indecens faciunt, ut cum pater ex meretrice natus, quod amet meretricem in matrimonium, abdicat. Scholaistica materia, sed non quae non possit accidere. Hic igitur multa non deformiter dicet, uel quod omnium sit uotum parentum, ut honestiores quam sint ipsi liberos habeant,

A habeant. Nam & filia nata, meretrix eam mater pudicam esse uoluisset. Vel quod humilior ipse fuerit (licet enim hoc dicere) uel quod non haberet patrem qui moneret, quin eo minus faciendum filio fuisse, ne renouaret domus pudorem, & exprobraret patri nuptias, matri prioris uitae necessitatem, ne denique legem quandam suis quoque subinde liberis daret, & credibilis erit etiam propria quaedam in illa meretrice turpitudine, quam nunc hic pater ferre non possit: Alia praeterea. Neque enim nunc declamamus, sed ostendimus nonnunquam posse ipsis incommodis dicentem bene uti. Illic maior aetus, ubi quis pudenda quaeritur, ut stuprum praecipue in maribus, aut os profanatum, non dico si loquatur ipse (nam quid aliud ei quam gemitus ac fletus & execratio uitae conueniat: ut iudex intelligat potius dolorem illum quam audiat) sed patrono quoque per similes affectus eundem erit, quia hoc iniuriae genus uerecundius inest passis quam ausis. Molenda est in plerisque alio colore asperitas orationis, ut Cicero de proscriptorum liberis fecit: Quid enim crudelius quam homines honestis parentibus ac maioribus natos a republica submoueri? Itaque durum id esse summus ille tractandorum animorum artifex confitetur, sed ita legibus Sylae [†]cohaerere statum ciuitatis affirmat, ut his solutis stare ipsa non possit. [†]contineri

B Affectus itaque est, ut aliquid eorum quoque causa uideretur facere, contra quos diceret. Illud etiam in iocis monui, quam turpis esset fortunae infectio, & ne in totos ordines, aut gentes, aut populos petulantia incurreret. Sed interim fides patrocini cogit quaedam de uniuerso genere aliquorum hominum dicere, uel libertinorum, uel militum, uel publicanorum, uel similiter aliorum, in quibus omnibus commune remedium est, ut ea quae laedunt, non libenter tractare uidearis, nec in omnia impetum facias, sed in id quod expugnandum est, & reprehendens, alia laude compenses. Si milites cupidos dicas esse, non mirum, quod periculorum ac sanguinis maiora sibi deberi praemia putent, eosdem petulantes, & hoc fieri quod bellis magis quam paci assueuerint. Libertinis detrahenda est autoritas, licet his testimonium reddere industriae, per quam exierint de seruitute. Quod ad nationes externas pertinet, Cicero uarie detractus Graecis testibus fide, doctrinam his concedit ac literas, seque eius gentis amatorem esse profiteatur. Sardos contemnit, Allobrogas ut hosteis infectatur, quorum nihil tunc cum diceretur, parum aptum, aut remotum cura decoris fuit. Verborum etiam moderatione detrahi solet, si qua est rei inuidia, si asperum dicas nimium seuerum, iniustum persuasione labi, pertinacem ultra modum tenacem esse propositi, plerumque uelut ipsos coneris ratione uincere, quod est mollissimum. Indecorum est super haec omne nimium, ideoque etiam quod natura rei satis aptum est, nisi modo quoque temperetur, gratiam perdit. Cuius rei obseruatio iudicio magis quodam sentiri, quam praecipis tradi potest, quantum satis sit, & quantum recipiant aures. Non habet haec res mensuram, & quasi pondus, quia ut in cibis, alia alijs magis complent,

C Adijciendum etiam breuiter uidetur, quod ferè dicendi uirtutes diuersiffimæ, non solū suos amatores habeant, sed ab eisdem sæpe laudentur. Nam Cicero quodam loco scribit id esse optimum, quod cum te facile credideris consequi imitatione, non possis. Alio uero, non se id egisse, ut ita diceret, quomodo se quilibet posse confideret, sed quomodo nemo. Quod potest pugnare inter se uideri. Verū utriusq; ac merito laudatur. Causa enim modò distat, quia simplicitas illa, & uelut securitas in affectatæ orationis, mire tenues causas decet. Maioribus illud admirabile dicendi genus magis conuenit. In utroq; eminet Cicero, ex quibus alterū imperiti se posse consequi credent, neutrum qui intelligunt.

De Memoria. CAP. II.

Memoriā quidā naturæ modò esse munus existimauerūt, estq; in ea nō dubiè plurimum, sed ipsa excolendo, sicut alia omnia, augetur, & totus de quo diximus, adhuc inanis labor, nisi ceteræ partes hoc uelut spiritu continentur. Nam & omnis disciplina memoria constat, frustra q; docemur, si quicquid audimus, præterfluat, & exemplorum, legum, responsorum, dictorum, beneq; factorum, quæ uelut quasdam copias, quibus abundare, quasq; in promptu semper habere debet orator, eadem illa uis representat. Neq; immeritò thesaurus hic eloquentiæ dicitur. Sed non firmè tantum continere, uerum etiam citò

D percipere multa acturos oportet, nec quæ scripseris modò iterata lectione cōplecti, sed in cogitatis quoq; rerum ac uerborū contextū sequi, & quæ sint ab aduersa parte dicta meminisse, nec utiq; eo quo dicta sunt ordine refutare, sed opportunis locis ponere. Quid extemporalis oratio, nō alio mihi uidetur mentis uigore constare. Nam dum alia dicimus, quæ dicturi sumus intucunda sunt. Ita cum semper cogitatio ultra id quod est longius

quærit, quicquid [†] interim reperit, quodammodo apud memoriā deponit, quod illa quasi mediā quædam manus acceptum ab inuentione tradit elocutioni. Non arbitror autem mihi in hoc immorandum, quid sit quod memoriā faciat, quanquam pleriq; imprimi quædam uestigia nostro animo,

quæ uelut in [†] ceris anulorum signa seruentur, existimant. Neq; erō tam credulus, ut quasi habitu tardiolem firmioremq; memoriā fieri putem. [†] Eius autem quod ad animum pertinet, magis admirer naturam, subitō res uetustas tanto ex interuallo repetitas reddere se & offerre, nec tantum requirentibus, sed etiam sponte interim, nec uigilantibus, sed etiā quiete compositis magis, eoq; illa quoque animalia quæ carere intellectu uidemus, meminerunt & agnoscunt, & quamlibet longo itinere diducta ad assuetas sibi sedes reuertuntur. Quid? non hæc uarietas mira est? excidere proxima, uetera inhærere? hesternorum immemores, acta pueritiæ recordari? Quid? quod quædam requisita se occultant, & eadem fortè succurrunt, nec manet semper memoriā, sed aliquando etiam redit. Nesciatur tamen quanta uis esset eius, quanta diuinitas illa, nisi in hoc lumen orandi

[†] Ea autē quæ ad animum pertinent, magis admirare.

A orandi uim extulisset: non enim rerū modò, sed etiam uerborū ordinem præstat, nec ea pauca contexit, sed durat propè in infinitum, & in longissimis actionibus prius audiendi patientia, quàm memoriæ fides deficit. Quod & ipsum argumentum est, subesse artem aliquam, iuuariq; ratione naturā, cum idem docti facere, illud indocti & inexercitati non possumus. Quanquam inuenio apud Platonem obstare memoriæ usum literarū, uidelicet quod illa quæ scriptis reposuimus, uelut custodire desinimus, & illa securitate dimittimus. Nec dubium est quin plurimū in hac parte ualeat mentis intentio, & uelut acies luminū à prospectu rerū quas intuetur, non auersa. Vnde accidit, ut quæ per plures dies scribimus ediscendi causa, cogitatione ipsa contineat. Artem autem memoriæ primus ostendisse dicitur Simonides, cuius uulgata fabula est, cū pugili coronato carmen, quale componi uictoribus solet, mercede pacta scripsisset, abnegata ei pecuniæ pars est, quod more poetis frequentissimo digressus in laudes Castoris & Pollucis exierat, quapropter partem ab his [†] capere, quorum facta celebrasset, iubebatur, & persoluerunt, ut traditū est. Nam cū esset grande conuiuium in honorem eiusdem uictoriæ, atq; adhibitus ei cœnæ Simonides, nuncio est excitus, quod eum duo iuuenes equis aduecti desiderare maiorem in modum dicebantur, & illos quidem non inuenit, fuisse tamen gratos erga se exitu comperit. Nam uix eo limen egresso, triclinium

B illud supra cōuiuas corruit, atq; ita [†] contudit, ut nō ora modò oppressorū, sed membra etiam omnia requirentes ad sepulturam propinqui nulla nota possent discernere. Tum Simonides dicitur memor ordinis quo quisq; discubuerat, corpora suis reddidisse. Est aut magna inter autores dissensio, Glaucone Carystio, an Leocrati, an Agatharcho, an Scopæ scriptum sit id carmen, & Pharsali fuerit hæc domus, ut ipse quodā loco significare Simonides uidetur, atq; Apollodorus, & Eratosthenes, & Euphorion, & Larisseus Eurypylus tradiderunt, an Cranone ut Apollas Callimachus, quæ secutus Cicero hanc famā latius fudit. Scopā nobilem Thessalū perijisse in eo conuiuio constat, adijcitur sororis filius, putant & ortos pleroseq; ab illo Scopæ, qui maior ætate fuerit: Quanquam mihi totū de Tyn-
daridis fabulosum uidet. Neq; omnino huius rei meminit usquam poeta ipse, profectò non taciturus de tanta sua gloria. Ex hoc Simonidis facto, notatum uidetur iuuari memoriā signatis animo sedibus, idq; credere suo quisq; experimento. Nam cum in loca aliqua post tempus reuersi sumus, non ipsa angoscimus tantū, sed etiam quæ in his fecerimus reminiscimur, personæq; subeūt, nōnunq; tacitæ quoq; cogitationes in mentē reuertuntur. Nata est igit, ut in plerisq; ars ab experimēto. Loca discūt q; maxime spatiosa, multa uarietate signata, domū fortè magnā, & in multos diductā recessus. In ea quicquid [†] notabile est, animo diligenter affigit, ut sine cunctatione ac mora parteis eius omneis cogitatio possit percurrere. Et primus hic labor est, nō hære in occurso. Plus enim quàm firma debet esse

[†] petere

[†] confidit

[†] nobis

C memoria, quæ aliam memoriam adiuuet. Tum quæ scripserunt, uel cogitatione complectuntur, & alio signo quo moneantur notat: quod esse uel ex re tota potest, ut de nauigatione, militia, uel ex uerbo aliquo. Nā etiam excident, unius admonitione uerbi in memoriam reponuntur. Sit autem signum nauigationis, ut ancora: militiae, ut aliquid ex armis. Hæc itaq; digerunt, primum sensum uel locum uestibulo quasi assignant, secundum atrio, tum in pluuia circumeunt, nec cubiculis modò aut exedris, sed stratis etiam similibusq; per ordinē cōmittunt. Hoc facto cū est repetenda memoria, incipiunt ab intio loca hæc recensere, & quod cuiq; crediderunt, repositū, & eorū imagine admonent, ut quamlibet multa sint, quorū meminisse oporteat, fiant singula connexa quodam choro, ne errent coniungentes prioribus sequētia solo ediscendi labore. Quod de domo dixi & in operibus publicis, & in itinere longo, ut urbium ambitu, & picturis fieri potest. Etia fingere sibi has imagines licet. Opus est ergo locis, quæ uel fingunt, uel sumunt imaginibus, uel simulacris, quæ utiq; fingēda sunt. Imagines notæ sunt, quibus ea quæ ediscēda sunt, notamus, ut quo modo Cicero dicit, locis pro cera, simulacris pro literis utamur. Illud quoq; ad uerbū ponere optimū fuerit. Locis est utendū multis, illustribus, explicitis, modicis interuallis: Imaginibus taliquid agentibus, acribus, insignitatis, quæ occurrere celeriterq; pcurrere animū possint. Quo magis miror quo modo Metrodorus in duodecim signis, per quæ Sol meat, trecenos & sexagenos inuenerit locos, uanitas nimirū fuit atq; iactatio circa memoriam suā potius arte q̄ natura gloriantis. Equidē hæc ad quēdā prodesse nō negauerim, ut si rerū nomina multa per ordinē audita reddenda sint. Namq; in his quæ didicerūt, locis reponūt res illas, mensam, ut hoc utar, in uestibulo, in atrio puluinū, & sic cætera: deinde relegētes, inueniūt ubi posuerint. Et forsitan in hoc sunt adiuti, qui auctione dimissa, quid cuiq; uendidissent, testibus argentariorum tabulis reddiderunt. Quod præstitisse Hortensium dicunt. Minus idem proderit in ediscendis, quæ orationis perpetuæ erunt. Nam & sensus non eandem imaginem quam res habent, cum alterum fingendū sit, & horum tamen utrunq; cōmonet. Sed sermonis alicuius habitus uerborum contextus eadem arte quo modo comprehendetur? Mitto quod quædam nullis simulacris significari possunt, ut certæ coniunctiones. Habeamus enim sanē, ut qui notis scribunt, certas imagines omniū & loca scilicet infinita, per quæ uerba quæ sunt in quinque contra Verrem secundæ actionis libris explicentur, ut meminerimus etiam omnium quasi depositorum, nōne impediri quidem eorum quæ dicit, decursum necesse est duplici memoriæ cura: Nam quo modo poterunt copulata fluere, si propter singula uerba ad singulas formas respiciendum erit? Quare & Carneades, & Sceptus, de quo modo dixi, Metrodorus, quos Cicero dicit ufos hac exercitatione, sibi habeant sua, nos simpliciora tradamus. Si longior complectenda memoria fuerit oratio, proderit per partes

Tantum

Si cum sermone alicuius habitus

A partes ediscere (laborat enim maxime onere) & hæ partes non sint per exiguæ, alioqui nimis multæ crunt, & eam distinguunt atq; cōcident. Nec utiq; certum imperauerim modū, sed maxime ut quisq; finietur locus. Ni fortē tam sit numerosus, ut ipse quoq; diuidi debeat. Dandi sunt certi quidam termini, ut contextum uerborū, qui est difficilimus, cōtinuet crebra meditatio, partes deinceps ipsas repetitus ordo coniūgat. Non est inutile quo facilius hæreant aliquas apponere notas, quarū recordatio cōmoncat & quasi excitet memoriā. Nemo cū ferē tam infelix, ut quod cuiq; loco signum destinauerit, nesciat, ut si erit tardus ad hoc, eo quoq; adhuc remedio utatur, ut ipsæ excitent notæ. Hinc est ex illa arte non inutile attendere signa ad eos qui exciderunt sensus, ancoram, ut supra posui, si de nauedendum esset: spiculū, si de prælio. Multū enim signa faciunt, & ex alia memoria uenit alia, ut cum translatus anulus uel alligatus cōmoneat nos cur id fecerimus. Hæc magis adhuc astringūt qui memoriā ab aliquo simili transferunt ad id quod continendū est, ut in nominibus, si Fabius fortē sit tenendus, referamus ad illum Cunctatorem, qui excidere nō potest, aut ad aliquem amicum, qui idem uocetur, quod est facilius in apris, & in urfis & Nasone, aut Crispo, ut id memoriæ affigat, unde sunt nomina. Origo quoq; aliquando declinatorum tenendi magis causa est, ut in Cicerone, Verrio, Aurelio, si debet inseri. Illud neminem nō iuuabit, iisdem quibus scripserit ceris ediscere. Sequitur enim uestigijs quibusdam memoriā, & uelut oculis intuetur nō paginas modò, sed uersus propē ipsos, qui tum dicit similis legenti. Iam uero si litura, aut adiectio aliqua, aut mutatio interueniat, signa sunt quædam quæ intuentes errare non possumus. Est ratio, ut illi de qua primū locutus sum, arti non dissimilis, ita (si quid me experimenta docuerunt) & expeditior & potentior, ediscere tacite. Nam id quoq; est quod tum erat optimum, si non subirent uelut otiosum animum plerunq; aliæ cogitationes, propter quas excitandus est uoce, ut duplici motu iuuetur memoria, dicendi & audiendi. Sed hæc uox sit modica, & magis murmur. Qui autē legente alio ediscit: in parte tardatur, quod acrior est oculorum quam aurium sensus: in parte iuuari potest, quod cum semel aut bis audierit, continuo illi memoriā suam experiri licet, & cum legente contendere. Nam & alioqui id maxime faciendum est, ut nos subinde tentemus, quia cōtinua lectio & quæ magis, & quæ minus hæret equaliter transit. In experiendo, teneas ne, & maior intentio est, & nihil superuacui temporis perit, quo etiā quæ tenemus repeti solent: ita sola quæ exciderunt tractantur, ut crebra reiteratione firmentur, quanquam solent hoc ipso maxime hære, quod exciderunt. Illud ediscendo scribendoq; commune est utriq; plurimum conferre bonam ualeitudinem, digestū cibum, animū cogitationibus alijs, liberū. Verū in his quæ scripsimus cōplectendis multum ualent, & in his quæ cogitamus continendis propē solæ, excepta quæ potissima est exercitatio, diuisio & cōpositio. Nam qui recte

Texereat

Tradendus

Atticus ad eos

qui exciderunt: sen

sus.

misereat

litera

C diuiferit, nunquam poterit in rerum ordine errare. Certa sunt enim non solum in digerendis quaestionibus, sed etiam in exequendis, si modo recte dicimus prima ac secunda, & deinceps, cohæretque omnis rerum copulatio, ut ei nihil nec subtrahi sine manifesto intellectu, nec inferi possit. An uero Scæuola in lusu duodecim scruporum, cum prior calculum promouisset, essetque uictus, dum [†]rus tendit, repetito totius certaminis ordine, quo dato errasset, recordatus rediit ad eum, qui cum luserat, isque ita factum esse confessus est, minus idem ordo ualebit in oratione, præsertim totus nostro arbitrio constitutus, cum tantum ille ualeat alternus. Etiam quæ bene composita erunt, memoriam serie sua ducent. Nam sicut facilius uersus edicimus quam profam orationem, ita profam uinctam quam dissolutam. Sic contingit, ut etiam quæ ex tempore uidebantur effusa, ad uerbum repetita reddantur, quod meæ quoque mediocritatem memoriæ sequebatur, quando interuentus aliquorum, qui hunc honorem mererentur, iterare declamationis partem coegisset. Nec est mendatio locus, saluis qui interfuerunt. Si quis tamen unam maximamque à me artem memoriæ quaerat, exercitatio est & labor, multa ediscere, multa cogitare, & si fieri potest, quotidie, potissimum est. Nihil æque uel augetur cura, uel negligentiâ intercidit. Quare & pueri statim ut præcepti, quam plurima ediscant, & quæcunque ætas operam iuuandæ studio memoriæ dabit, deuoret initio tædium illud, & scripta & lecta sæpius reuoluendi, & quasi eundem cibum remandendi.

D Quod ipsum hoc fieri potest leuius, si pauca primum, & quæ [†]tædium non afferant, coeperimus ediscere, tum quotidie adijcere singulos uersus, [†]ac quorum accessio labori sensum incrementi non afferat, in summam ad infinitum usque perueniat. Et poetica prius, tum oratorum, nouissime etiam solutiora numeris, & magis ab usu dicendi remota, qualia sunt iurisperitorum. Difficiliora enim debent esse quæ exercent, quo sit leuius ipsum illud in quod exercent, ut athletæ ponderibus plumbeis assuefaciant manus, quibus uacuis & nudis in certamine utendum est. Non omittam etiam quod quotidianis experimentis deprehenditur, minime fidelem esse paulo tardioribus ingenijs recentem memoriâ. Mirum dictum est, nec in promptu ratio, quantum nox interposita afferat firmitatis, siue quiescit labor ille, cuius sibi ipsa fatigatio obstabat, siue maturatur ac coquitur, seu firmissima eius pars est recordatio, quæ statim referri non poterant, contextur postero die, confirmatque memoriâ idem illud tempus, quod esse in causa solet obliuionis. Etiam illa præuelox ferè cito effluit, & uelut præfenti officio functa, nihil in posterum debeat, tanquam dimissa discedit. Nec est mirum magis hæere animo, quæ diutius affixa sint. Ex hac ingeniorum diuersitate nata dubitatio est, an ad uerbum sit ediscendum dicentibus, an uim modo rerum atque ordinem complecti satis sit, de quo sine dubio non potest in uniuersum pronunciarî. Nam si memoriâ suffragatur, tempus non deficit, nulla me uelim syllaba effugiat: Alioqui etiam scribere

A scribere sit superuacuum. Idque præcipue à pueris obtinendum, atque in hanc consuetudinem memoriâ exercitatione redigenda, ne nobis discamus ignoscere. Ideoque admoneri, & ad libellum respicere uitiosum, quod libertatem negligentiam facit, nec quisquam se parum tenere iudicat, quod ne sibi excidat non timet. Inde interruptus actionis impetus, & resistens ac salebrosa oratio, & qui dicit ediscenti similis, etiam omnem bene scriptorum gratiam perdit, uel hoc ipso quod scripsisse se confitetur. Memoria autem facit & prompti ingenij famam, ut illa quæ dicimus non [†]domo attulisse, sed ibi [†]modo protinus [†]prompsisse uideamur, quod & oratori, & ipsi causæ plurimum [†]sumpsisse confert. Nam & magis miratur, & minus timet iudex, quæ non putat aduersus se præparata. [†] Ideoque in actionibus inter præcipua seruandum est, ut quædam etiam quæ optime uinximus, uelut soluta enunciemus, & cogitantibus nonnunquam, & dubitantibus similes querere uideamur quæ attulimus. Ergo quid sit optimum, neminem fugit. Si uero aut memoriâ natura durior erit, aut non suffragabitur tempus, etiam inutile erit ad omnia se uerba alligare, cum obliuio unius eorum cuiuslibet, aut deformem hæsitacionem, aut etiam silentium inducat. Tutiusque multo, comprehensis animo rebus ipsis, libertatem sibi eloquendi relinquere. Nam & inuitus perdit quisque id quod elegerat uerbum, nec facile reponit aliud, dum id quod scripserat, quaerit. Sed ne hoc quidem infirmæ memoriæ remedium est, nisi in his qui sibi facultatem aliquam dicendi ex tempore parauerunt. Quod si cui utrunque defuerit, huic omittere omnino totum actionum laborem: ac si quid in literis ualeat, ad scribendum potius suadebo conuertere. Sed hæc rara infelicitas erit. Cæterum quantum natura studioque ualeat memoriâ, uel Themistocles testis, quem unum intra annum optime locutum esse Persice constat, uel Mithridates, qui 11. & xx. linguas, quot nationibus imperabat, traditur notas fuisse: uel Crassus ille diues, qui cum Asiæ præesset, quinque græci sermonis differentias sic tenuit, ut qua quisque apud eum lingua postulasset, eadem ius sibi redditum ferret: uel Cyrus, quem omnium militum tenuisse creditum est nomina. Quin semel auditos quamlibet multos uersus protinus dicitur reddidisse Theodectes. Dicebantur etiam esse nunc qui facerent, sed mihi nunquam ut ipse interesset contigit, habenda tamen fides est uel in hoc, ut qui crediderit, & speret.

De Pronunciatione. CAP. III.

Pronunciatio à plerisque actio dicitur, sed prius nomen à uoce, sequens à gestu uidetur accipere. Namque actionem Cicero alias quasi sermonem, alias eloquentiam quandam corporis dicit. Idem tamen duas eius partes facit, quæ sunt eadem pronunciationis, uocem atque motum. Quapropter utraque appellatione indifferenter uti licet. Habet autem res ipsa miram quandam in orationibus uim ac potestatem. Neque enim tam refert qualia sint, quæ intra nosmetipsos composuimus, quam quo modo efferatur. Nam ita quisque ut audit, mouetur. Quare

C neq̄ probatio ulla quæ modo uenit ab oratore, tam firma est, ut nō perdat uires suas, nisi adiuuetur assueuatione dicentis. Affectus omnes languescant necesse est, nisi uoce, uultu, totius propè habitu corporis inardescant. Nam cum hæc omnia fecerimus, felices tamen si nostrum illum ignem iudex cōceperit, nedū eum supini securiq̄ moueamus, ac non & ipse nostra oscitatione soluat. Documento sunt uel scenici actores, qui & optimis poetarū tantū adijciunt gratiæ, ut nos infinite magis eadem illa audita quam lecta delectent, & uilissimis etiā quibusdā impetrent aures, ut quibus nullus est in bibliothecis locus, sit etiā frequens in theatris. Quod si in rebus quas fictas esse scimus, & inanes, tantū pronūciatio potest, ut iram, lachrymas, sollicitudiniē afferat, quanto plus ualeat necesse est ubi & credimus. Equidē uel mediocrē orationē cōmendatā uiribus actionis affirmauerimus plus habiturā esse momenti, quam optimā eadem illa destitutā. Siquidem & Demosthenes quid esset in toto genere dicendi summū, interrogatus, pronūciationi palmā dedit, eidemq̄ secundū ac tertiu locū, donec ab eo queri desierit, ut eam uideri possit nō præcipuā, sed solam iudicasse. Ideoq̄ ipse tam diligenter apud Andronicū Hypocritē studuit, ut admiratibus etiā eius orationē Rhodijs, nō immeritō Aeschines dixisse uideat: **Quid** si ipsum audisset? Et M. Cicero unā in dicendo actionē dominari putat. **Hac** Cn. Lentulū plus opinionis consecutū q̄ eloquentiā tradit. Eadem **D** C. Gracchū in deslenda fratris nece, totius populi Ro. lachrymas concitasse, Antoniu & Crassum multū ualuisse, plurimū uerō Q. Hortensium, cuius rei fides est, quod eius scripta tantū intra famam sunt, qui diu princeps oratorum, aliquando æmulus Ciceronis existimatus est, nouissime quoad uixit secundus: ut appareat placuisse aliquid eo dicente, quod legentes nō inuenimus. Et hercle cū ualeant multū uerba per se, & uox propriā uim adijciat rebus, & gestus motusq̄ significet aliquid, profectō perfectum quiddā fieri, cum omnia coierint, necesse est. Sunt tamen qui rudem illam, & qualem impetus cuiusq̄ animi tulit, actionem iudicent fortiozem, & solam uiris dignam, sed non alij ferē, quam qui etiam in dicendo curam & artem, & nitorem, & quicquid studio paratur, ut affectata, & parum naturalia solent improbare, uel qui uerborum atq̄ ipsius etiam soni rusticitate, ut L. Cottam dicit Cicero fecisse, imitationē antiquitatis affectant. Verum illi persuasionē sua fruuntur, qui hominibus ut sint oratores satis, putant nasci, nostro labori dent ueniā, qui nihil credimus esse perfectum, nisi ubi natura cura iuuetur. In hoc igitur nō contumaciter consentio, primas partes esse naturæ. Nam certe bene pronūciare non poterit, cui aut in scriptis memoria, aut in his quæ subito dicenda erunt, facilitas prompta defuerit, nec si inemendabilia oris incōmoda obstabunt. Corporis etiā potest esse aliqua tanta deformitas, ut nulla arte uincatur. Sed ne uox quidem nisi liberalis actionem habere optimam potest. Bona enim firmaq̄, ut uolumus, uti licet, mala uel imbecilla & inhihet multa, ut insurgere, exclamare, &

A re, & aliqua cogit ut summittere, deflectere, & raucas fauces, ac latus fatigatum deformi cantico reficere. Sed nos de eo nunc loquamur, cui nō frustra præcipitur. Cum sit autem omnis actio, ut dixi, in duas diuisa partes, uocem gestumq̄, quorum alter oculos, alter aures mouet, per quos duos sensus omnis ad animū penetrat affectus, prius est de uoce dicere, cui etiā gestus accommodat. In ea prima obseruatio est, qualem habeas: Secunda, quo modo utaris. Natura uocis spectatur quantitate & qualitate. Quantitas est simplicior. In summa enim grandis aut exigua est. Sed inter has extremitates mediæ sunt species, & ab ima ad summā, ac retrō, multi sunt gradus. Qualitas magis uaria est. Nam est & candida, & fusca, & plena, & exilis, & lenis, & aspera, & contracta, & fusa, & dura, & flexibilis, & clara, & obtusa. Spiritus etiam longior breuiorq̄. Nec causas cur quicq̄ eorum accidat, persequi proposito operi necessariū est, eorum ne sit differentia in quibus aura illa concipitur, an eorum per quæ uelut organa meat, an ipsi propria natura, an prout mouetur, lateris pectoris uel firmitas, an capitis etiam plus adiuuet. Nam opus est omnibus, sicut non oris modo suauitate, sed nariū quoq̄, per quas quod super est uocis egreditur. Dulcis tamen esse debet nō exprobrans sonus. Utendi uoce multiplex ratio. Nam præter illā differentiā, quæ est tripartita, acutæ, grauis, flexæ, tum intentis, tum remissis, tum elatis, tum inferioribus modis opus est, spatij quoq̄ lentioribus aut citatoribus. Sed his ipsi mediæ interiacēt multa: & ut facies, quanq̄ ex paucissimis cōstat, infinitam habet differentiā, ita uox, & si paucas, quæ nominari possunt, continet species, propria cuiq̄ est, & non hæc minus auribus, quam oculis illa dignoscitur. Augentur aut sicut omnium, ita uocis quoq̄ bona, cura, & negligentia minuuntur. Sed cura nō eadem oratoribus, quæ phonscis cōuenit, tamen multa sunt utrisq̄ cōmunia, firmitas corporis, ne ad spadonū, & mulierum, & ægrorū exilitatem uox nostra tenuetur, quod ambulatio, unctio, ueneris abstinentia, facilis ciborum digestio, id est, frugalitas præstat. Præterea ut sint fauces integre, id est molles ac leues, quarū uitio & frangitur, et obscurat, & exasperatur, & scinditur uox. Nam ut tibiæ eodem spiritu accepto aliū clausis, aliū apertis foraminibus, aliū nō satis purgatæ, aliū quassæ sonū reddūt, ita fauces tumentes strangulant uocem, obtusæ obscurant, rasæ exasperant, cōuulsæ fractis sunt organis similes. Findit etiā spiritus obiectu aliquo, sicut lapillo tenues aquæ, quarū fluctus etiā si ultra paulū coit, aliquid tamen caui relinquit post id ipsum quod offenderat. Humor quoq̄ uocē ut nimius impedit, ita consumptus destituit. Nam & fatigatio corpora nō ad præsens modo tempus, sed etiā in futurū afficit. Sed ut cōmuniter & phonscis, & oratoribus necessaria est exercitatio, qua omnia conualescūt, ita curæ non idem genus. Nam neq̄ certa tempora ad spatia dari possunt tot ciuilibus officijs occupato, nec præparare ab imis sonis uocem ad summos, nec semper a cōtentione cōcedere licet, cū pluribus iudicijs sæpe dicendū sit.

C Ne ciborum quidem est eadem obseruatio. Non enim tam molli teneraq; uoce, quam forti ac durabili opus est. Cum omnes illi etiam altissimos sonos leniant cantu oris, nobis pleraq; aspere sint concitateq; dicenda, & uigilanda noctes, & fuligo lucubrationū bibenda, & in sudata ueste durandum. Quare uocē delicijs non molliamus, nec imbuamur ea cōsuetudine, quæ duratura non sit, sed exercitatio eius talis sit, qualis usus, nec silentio subsidat, sed firmetur consuetudine, qua difficultas omnis leuatur. Ediscere autem quo exercearis erit optimū: nam ex tempore dicenti auocatur cura uocis, ille qui ex rebus ipsis concipitur, affectus, & ediscere quam maxime, uaria, quæ & clamorem, & disputationem, & sermonem, & flexus habeant, ut simul in omnia paremur. Hoc satis est, alioqui nitida illa, et curata uox in solitum laborem recusabit, ut assueta gymnasijs & oleo corpora, quamlibet sint in suis certaminibus speciosa atq; robusta, si militare iter, fascesq; & uigilias impares, deficient, & quærant unctores suos, nudūq; sudorem. Illa tamen in hoc opere præcipi quis ferat? uitandos soles atq; uentos & nebula etiam ac licitates. Ita si dicendum in sole, aut uentoso, humido, calido uel die fuerit, reos deseremus? Nam crudum quidem, aut fatuum, aut ebrium, aut eiecto modo uomitu, quæ cauenda quidam monent, declamare neminem qui sit mentis compos, puto. Illud non sine causa est ab omnibus præceptum, ut parcatur maxime uoci in illo à pueritia in adulescentiam transitu, quia naturaliter impeditur, non, ut arbitror, propter calorem, quod quidam putauerūt (nam est maior in alijs) sed propter humorem potius. Nam hoc ætas illa turgescit. Itaq; nares etiam, ac pectus, eo tempore tument, atque omnia uelut germinant, eoque tenera, & iniuriæ obnoxia. Sed ut ad propositum redeam, iam confirmatæ constitutæq; uocis genus exercitationis optimū duco, quod est operi similitimum, dicere quotidie, sicut agimus. Nam hoc modo nō uox tantum confirmatur, & laetus, sed etiam corporis decens, & accommodatus orationi motus componitur. Nō alia est autem ratio prononciationis, quam ipsius orationis. Nam ut illa emendata, dilucida, ornata, apta esse debet, ita hæc quoq; emendata erit, id est, uitio carebit, si fuerit os facile, explanatum, iucundum, urbanum, id est, in quo nulla neq; rusticitas, neque peregrinitas resonet. Non enim sine causa dicitur barbarū græcum uel. Nam sonis homines, ut æra tinnitu dignoscimus. Ita fiet illud quod Ennius probat, cum dicit sua uilōquenti ore Cethegum fuisse, nō quod Cicero in his reprehendit, quos ait latrare, non agere. Sunt enim multa uitia, de quibus dixi, cum in quadam libri parte puerorū ora formarem, opportunius ratus in ea ætate facere illorum mentionem, in qua emendari possunt. Itaq; si ipsa uox primum fuerit (ut sic dicam) sana, id est nullum eorum de quibus nunc dixi, patietur incommodū: deinde non subfurda, rudis, immanis, dura, rigida, uaria, prepinguis, aut tenuis, inanis, acerba, pusilla, mollis, effœminata: Spiritus, nec breuis, nec parū durabilis, nec in receptu difficilis. Dilucida uero erit pronun-

†quidem

Prononciatio

A prononciatio primū, si uerba tota exegerit, quorū pars deuorari, pars destitui solet, plerisque extremas syllabas non proferentibus, dum priorum sono indulgent. Ut autem est necessaria uerborum explanatio, ita omnes computare, & uelut annumerare literas molestum & odiosum. Nam & uocales frequentissime coeunt, & consonantium quædam insequent uocali dissimulantur, utriusq; exemplum posuimus: Multum ille & terris. Vitatur etiam durior inter se congressus, unde pellexit, & collegit, & quæ alio loco dicta sunt. Ideoque laudatur in Catullo suauis appellatio literarum. Secundū est, ut sit oratio distincta, id est, ut qui dicit, & incipiat ubi oportet, & desinat. Obseruandum etiam quo loco sustinendus, & quasi suspendendus sermo sit, quod Greci *ὑπερδίασολημ*, uel *ὑπερσολημ*, uel *ὑπερσημ* uocant, quo deponendus suspenditur: Arma, uirumq; cano. quia illud uirum, ad sequentia pertinet, ut sit uirum Troiæ, qui primus ab oris. Et hic iterū. Nam etiam si aliud est unde uenit quam quod uenit, non distinguendū tamen, quia utrumq; eodem uerbo continetur, uenit. Tertio Italiam, quia interiectio est, fato profugus, & continuū sermonē, qui faciebat, Italiam, Lauinaq; diuidit. Ob eandemq; causam: quarto profugus, deinde Lauinaq; uenit Littora, ubi iam erit distinctio, quia inde alius incipit sensus. Sed in ipsis etiam distinctionibus tempus aliās breuius, aliās longius dabimus. Interest enim sermonem finiat, an sensum. Itaq; illam distinctionē Littora, protinus altero spiritus initio insequar, cum illuc uenero. Atq; altæ mœnia Romæ. Deponam, & morabor, & nouum rursus exordiū faciam. Sunt aliquando & sine respiratione quædam moræ etiam in periodis, ut in illa: In cœtu uero po. Ro. negotiū publicū gerēs, magister equitū, & cætera, multa habent membra. Sensus em̄ sunt alij atq; alij, & sicut una circūductio est, ita paulū morandū in his interuallis, nō interrūpendus est cōtextus, & e contrario spiritū interim recipere sine intellectu moræ necesse est, quo loco quasi surripiendus est, alioqui si in scite recipiat, non minus afferat obscuritatis, quam uitiosa distinctio. Virtus autē distinguendi fortasse sit parua, sine qua tamen esse nulla alia in agendo potest. Ornata est prononciatio, cui suffragat uox facilis, magna, beata, flexibilis, firma, dulcis, durabilis, clara, pura, secans tæra, auribus sedens. Est em̄ quædā ad auditū accommodata nō magnitudine, sed proprietate ad hoc uelut tractabilis, utiq; habēs omnes in se qui desiderant sonos, siue intentiones, quæ toto, ut aiunt, organo instructa, cui aderit lateris firmitas, spiritus, cū spatio pertinax, tum labori nō facile cessurus. Neq; grauiissimus autē in musica sonus, nec acutissimus orationibus conuenit. Nam & hic parū clarus, nimiumq; plenus, nullū afferre animis motū potest, & ille pretenuis & immodicę claritatis, cū est ultra uerū, tum neq; prononciatione flecti, nec diutius ferre intentionē potest. Nam uox ut nerui, quo remissior, hoc grauior & plenior, quo tensior, hoc tenuis & acuta magis est. Sic ima uim non habet, summa rumpi peri-

†creta

C clitatur, medijs igitur utendū sonis, hiq; cū augenda intentio est, excitandi: cum summittenda, sunt temperandi. Nam prima est obseruatio recte pronuntiandi æqualitas, ne sermo subsultet imparibus spatijs ac sonis, miscens longa breuibus, grauia acutis, elata summissis, & inæqualitate horum omniū, sicut pedum, claudicet sermo. Secunda uarietas est, quæ solum est pronuntiatio. Ac ne quis pugnare inter se putet æqualitatem & uarietatem, cum illi uirtuti contrarium sit uitium inæqualitas, huic qui dicitur *μνοσφής* quasi quidam unus aspectus. Ars porrò uariandi cum gratiā præbet ac renouat aures, tum dicentem ipsa laboris mutatione reficit, ut standi, ambulandi, sedendi, iacendi uices sunt, nihilq; horum pati unum diu possumus. Illud uero maximum (sed id paulò post tractabimus) quod secundū rationem rerum de quibus dicimus, animorumq; habitus, conformanda uox est, ne ab oratione discordet. Vitemus igitur illam quæ græce *μνοσφής* uocatur, una quædam spiritus ac soni intentio, non solum ne dicamus omnia clamose, quod insanum est, aut intra loquendi modum, quod motu caret, aut submisso murmure, quo etiam debilitatur omnis intentio, sed ut in hsdem partibus, hsdemq; affectibus, sint tamen quædam non ita magnæ uocis declinationes, prout aut uerborū dignitas, aut sententiarū natura, aut depositio, aut inceptio, aut transitus postulabit, ut qui singulis pinxerūt coloribus, alia tamen eminentiora, alia reductiora fecerunt, sine quo ne membris quidē suas lineas dediffent. Proponamus enim nobis illud Ciceronis in oratione nobilissima pro Milone principium, nōne ad singulas penē distinctiones, quamuis in eadē facie, tamen quasi uultus mutantus est? Et si uereor iudices, ne turpe sit pro fortissimo uiro dicere incipientem timere. Etiā si est toto proposito contractū atq; submissum, quia & exordium est, & solliciti exordium, tamen fuerit necesse est aliquid plenius & erectius, dum dicit: Pro fortissimo uiro dicere, quàm, etsi uereor, & turpe sit, & timere. Iam secunda respiratio increfcat oportet, & naturali quodam conatu, quo minus pauide dicimus quæ sequuntur, & quo magnitudo animi Milonis ostenditur: Minimeq; deceat, cum T. Annius ipse magis de Reipub. salute quàm de sua perturbetur. Deinde quasi obiurgatio sui est: Me ad eius causam parem animi magnitudinē afferre non posse. Tum inuidiosiora: Tamen hæc noui iudicij noua forma terret oculos. Illa uero iam penē apertis (ut aiunt) tibijs. Qui quocunq; inciderunt, ueterem consuetudinem fori, & pristinum morem iudiciorum † requirūt. Nam sequens latum etiam atq; susum est. Non enim corona cōfessus uester cinctus est ut solebat. Quod notaui, ut appareret non solum in membris causæ, sed etiam in articulis esse aliquam pronuntiandi uarietatem, sine qua nihil nec minus, nec maius est. Vox autem ultra uires urgenda non est. Nam & suffocata sæpe, & maiore nisu minus clara est, & interim elisa in illum sonum erumpit, cui Græci nomen ab immaturo gallorū cantu dederunt. Nec uolubilitate nimia cōfundenda quæ dicimus, qua & distinctio

† Hi quoq; dum
augenda intensione
excitandi,
tum summittendi
sunt, temperandiq;.

† desiderant

A stinctio perit & affectus, & nōnunquam etiam uerba aliqua sui parte fraudantur. Cui contrarium est uitium nimix tarditatis. Nam & difficultatem inueniendi fatetur, & segnitia soluit animos, & in quo est aliquid, temporibus præfinitis aquam perdit. Promptum sit os, non præceps: moderatum, non lentum. Spiritus quoq; nec crebro receptus cōcidat sententiam, nec eouiscq; trahatur, donec deficiat. Nam & deformis est consumpti illius sonus, & respiratio sub aqua diu pressi similis, & receptus longior, & non opportunus, ut qui fiat non ubi uolumus, sed ubi necesse est. Quare longiorem dicturis periodum colligendus est spiritus, ita tamen, ut id neque diu, neq; cum sono faciamus, neq; omnino ut manifestum sit, reliquis partibus optime inter iūcturas sermonis reuocabitur. Exercendus autem est, ut sit quamlongissimus, quod Demosthenes ut efficeret, scandens in aduersum † continuabat quàm posset plurimos uersus. Idem quo facilius uerba ore libero exprimeret, calculos lingua uoluens dicere domi solebat. Est interim & longus, & plenus, & clarus satis spiritus, non tamen firmæ intentionis, ideoq; tremulus, ut corpora quæ aspectu integra neruis parum sustinentur, id Græci *βράχον* uocant. Sunt qui spiritum cum stridore per raritatem dentium non recipiunt, sed resorbent. Sunt qui crebro anhelitu, & introrsum etiam clare sonante, imitentur iumenta onere & iugo laborantia. Quod affectant quoq; tanquam inuentionis copia urgeantur, maiorq; uis eloquentiæ ingruat, quàm quæ emitti faucibus possit. Est alijs concursus oris, & cum uerbis suis colluctatio. Iam tussire & expuere crebro, & ab imo pulmone pituitā trocleis adducere, & oris humore proximos spargere, & maiore partem spiritus in eloquendo per nares effundere, etiam si nō utiq; uocis sunt uitia, quia tamen propter uocem accidunt, potissimum huic loco subijciantur. Sed quodcunq; ex his uitium magis tulerim, quàm quo nunc maxime laboratur in causis omnibus scholisq; cantandi, quod inutilius sit an fœdius, nescio. Quid enim minus oratori conuenit, quàm modulatio scenica, & nonnunquam ebriorum, aut comessantium licentiæ similis? Quid uero mouendis affectibus contrarium magis, quàm cum dolendum, irascendum, indignandum, commiserandum sit, non solum ab his affectibus, in quos inducendus est iudex, recedere, sed ipsam fori sanctitatem ludorum talarium licentia soluere? Nam Cicerō illos ex Lycia & Caria rhetores penē cantare in epilogis dixit. Nos etiam cantandi seueriorem paulò modum excessimus: Quisquam ne, non dico de homicidio, sacrilegio, paricidio, sed de calculis certe atq; rationibus, quisquam deniq; ut semel finiam, in lite cantat? Quod si omnino recipiendum est, nihil causæ est, cur nō illam uocis modulationem fidibus ac tibijs, imò mehercules, quod est huic deformitati propius, cymbalis adiuuemus. Facimus tamen hæc libenter. † Nam nec cuiquam sunt iniucunda quæ cantant ipsi, & laboris in hoc, quàm in agendo minus est. Et sunt quidam qui secundum alia uitæ uitia, etiam hac ubiq; audiendi quod aures

† concinebat

† Nōne cū

quæ

Y

C mulceat uoluptate ducantur. Quid ergo: nō & Cicero dicit esse aliquem
^{† uitio} in oratione cantū obscuriorē. Et hoc quodā naturali † uitio uenit. Osten-
 dam non multo post, ubi & quatenus recipiendus sit hic flexus, & cantus
 quidē, sed (quod pleriq; intelligere nolūt) obscurior. Iam em̄ tempus est
 dicendi quæ sit apta pronūciatio, quæ certe ea est, quæ his de quibus dici-
 mus, accommodatur, quod quidem maxima ex parte præstant ipsi motus
 animorum, sonatq; uox ut feritur. Sed cū sint ali; ueri affectus, ali; ficti &
 imitati, ueri naturaliter erumpunt, ut dolentium, irascentium, indignan-
 tium, sed carent arte, ideoq; nō sunt disciplinæ traditione formandi. Con-
 trā qui effinguntur imitatione, artem habent, sed hi carent natura, ideoq;
 in his primū est bene affici, & concipere imagines rerū, & tanquam ueris
 moueri, sic uelut media uox, quem habitum à nobis acceperit, hunc iudiciū
 animis dabit. Est enim mentis index, & uelut exemplar, ac totidem quot
^{† ideoq;} illa mutationes habet. † Itaq; lætis in rebus plena, simplex, & ipsa quodam
 modo hilaris fluit. At in certamine erecta totis uiribus, & uelut omnibus
 neruis intenditur. Atrox in ira, & aspera ac densa, & respiratione crebra.
 Neq; em̄ potest esse longus spiritus, cum immoderate effunditur. Paulū
 in inuidia facienda lentior, quia nō ferē ad hanc nisi inferiores confugiūt.
 At in blandiendo, fatendo, satisfaciendo, rogādo, lenis & submissa. Sua-
 dentium, & monentium, & pollicentium, & consolantiū grauis: in metu
 & uerecūdia contracta: adhortationibus fortis, disputationibus teres, mi-
 seratione flexa & flebilis, & consulto quasi obscurior, at in egressionibus
^D fusa & securæ claritatis, in expositione ac sermonibus recta & inter acutū
 sonum & grauem media. Attollitur autem concitatis affectibus, cōpositis
 descendit, pro ueriusq; rei modo altius uel inferius. Quid autem quisq; in
 dicendo postulet locus, paulum differam, ut de gestu prius dicam, qui &
 ipse uoci consentit, & animo cum ea simul paret. Is quantū habeat in ora-
 tore momenti, satis uel ex eo patet, quod pleraq; etiam citra uerba signifi-
 cat. Quippe non manus solum, sed nutus etiam declarant nostram uolun-
 tatem, & in mutis pro sermone sunt, & salutatio frequenter sine uoce in-
 telligitur, atq; afficit, & ex uultu ingressuq; perspicitur habitus animo-
 rum, & animalium quoq; sermone carentium ira, lætitia, adulatio, & oculo-
 rum, & quibusdam alijs corporis signis deprehenditur. Nec mirum si ista,
 quæ tamen in aliquo posita sunt motu, tantum in animis ualent, cum pictu-
 ra tacens opus, & habitus semper eiusdē, sic in intimos penetret affectus,
 ut ipsam uim dicendi nonnunquam superare uideatur. Contrā si gestus ac
 uultus ab oratione dissentiant, tristitia dicamus hilares, affirmemus aliqua
 reuertes, non autoritas modo uerbis, sed etiam fides desit. Decor quoq;
 à gestu atq; à motu uenit. Ideoq; Demosthenes grande quoddam specu-
 lum intuens componere actionem solebat. Adeo quamuis fulgor ille sinis-
 tras imagines reddat, suis demum oculis credidit, quod efficeret. Præci-
 puum uero in actione sicut in corpore ipso, caput est, cum ad ipsum de quo
 dixi

A dixi decorem, tum etiam ad significationem decoris illa sunt, ut sit primo
 rectum & secundū naturā. Nam & deiecto humilitas, & supino arrogan-
 tia, & in latus inclinato languor, & præduro ac rigente barbaria quædā
 mentis ostenditur. Tum accipiat aptos ex ipsa actione motus, ut cum ge-
 stu concordet, & manibus ac lateribus obsequatur. Aspectus enim sem-
 per eodē uertitur quò gestus, exceptis quæ aut damnare, aut cōcedere,
 aut à nobis remouere oportebit, ut idem illud uultu uideamur auersari,
 manu repellere: *Dij talem terris auertite pestem.*
 Haud equidem tali me dignor honore.
 Significat uero plurimis modis. Nam præter annuendi, renuendi, confir-
 mandiq; motus, sunt & uerecundia, & dubitationis, & admirationis, &
 indignationis noti, & communes omnibus. Solo tamen eo facere gestum
 scenici quoq; doctores uitiosum putauerunt. Etiam frequens eius nutus
 non caret uitio, adeo iactare id, & comas excutientem rotare phanicum
 est. Dominatur autem maxime uultus. Hoc supplices, hoc minaces, hoc
 blandi, hoc tristes, hoc hilares, hoc erecti, hoc submissi sumus, hoc pen-
 dent homines, hunc intuentur, hunc spectant etiam ante quā dicamus,
 hoc quosdam amamus, hoc odimus, hoc plurima intelligimus. Hic est sæ-
 pe pro omnibus uerbis. Itaq; in his quæ ad scenam cōponuntur fabulis,
 artifices pronūciandi à personis quoq; affectus mutuuntur, ut sit Niobe
^B in tragœdia tristis, atrox Medea, attonitus Ajax, truculentus Hercules.
 In comœdijs † uero præter aliam obseruationem, qua serui, lenones, para-
 siti, rustici, milites, meretriculæ, ancillæ, senes, austeri, ac mites, iuuenes
 seueri, ac luxuriosi, matronæ, puellæ, inter se discernuntur, Pater ille cuius
 præcipue partes sunt, quia interim cōcitus, interim lenis est, altero ere-
 cto, altero composito est supercilio, atq; id ostendere maxime latinis acto-
 ribus moris est, quod cum his quas agunt partibus congruat. Sed in ipso
 uultu plurimū ualent oculi, per quos maxime animus emanat, ut citra mo-
 tum quoq;, & hilaritate enitescant, & tristitia quoddam nubilum ducant.
 Quinetiam lachrymas his natura mentis indices dedit, quæ aut erumpunt
 dolore, aut lætitia manant. Motu uero intenti, remissi, superbi, torui, mi-
 tes, asperi fiunt, quæ ut actus poposcerit fingentur. Rigidi uero & ex-
 tenti, aut languidi & torpentes, aut stupentes, aut lasciui & mobiles, aut
 natantes, & quadam uoluptate suffusi, aut limi, &, ut sic dicam, ueneri,
 aut poscentes aliquid, pollicentes ue nonnunquam esse debent. Nam
 opertos compressos ue eos in dicendo, quis nisi planè rudis & stultus ha-
 beat. Et ad hæc omnia exprimēda in palpebris etiā & in genis est quod-
 dam seruiens his ministerium. Multum & supercilijs agitur. Nam & oculo-
 los formant aliquatenus, & fronti imperant. His contrahitur, attollitur,
 demittit, ut nulla res in ea plus ualeat. Sanguis ille, qui mentis habitu mo-
 uetur, & cū infirma uerecundia cutem accipit, effunditur in ruborē, cum
 metu refugit, abit omnis, & pallore frigescit, temperatus mediū quoddā

vultus

† omnes

† quoque

C serenum efficit. Vitium in supercilijs, si aut immota sunt omnino, aut nimium mobilia, aut inæqualitate (ut modo de persona comica dixeram) dissident, aut contra id quod dicimus finguntur. Etenim contractis tristitia, diductis hilaritas, remissis pudor ostēditur. Annuendi quoque reuendi ueritate demittuntur aut alleuantur. Naribus labrisque non ferè quicquam decenter ostendimus, tametsi derisus, contemptus, fastidiū significari solet. Nam & corrugare nares, ut Horatius ait, & inflare, & mouere, & digito inquietare, & impulsu subito spiritum excutere, & diducere sapius, & plana manu resupinare, indecorum est, cum emunctio etiam frequentior non sine causa reprehendatur. Labra, & porriguntur male, & scinduntur, & astringuntur, & diducuntur, & dentes nudant, & in latus ac penè ad aurem trahuntur, & uelut quodam fastidio replicantur, & pendunt, & uocem tantum altera parte dimittunt. Lambere quoque ea & mordere deforme est, cum etiam in efferendis uerbis modicus esse eorum debeat motus. Ore enim magis quam labris loquendū est. Ceruicē rectam oportet esse, non rigidam aut supinam. Collum diuersa quidem, sed pari deformitate & contrahitur & tenditur, sed tenso subest & labor, tenuaturque uox ac fatigatur. Affixum pectori mentum minus claram, & quasi latiore presso gutture facit. Humerorū raro decens alleuatio atque contractio est. Breuiatur enim ceruix, & gestum quendam humilem atque feruilem, & quasi fraudulentū facit, cum se in habitum adulationis, admirationis, metus fingunt. Brachij moderata proiectio remissis humeris atque explicantibus se in proferenda manu digitis, cōtinuos & decurrentes locos maxime decet. At cum speciosius quid uberiusque dicendum est, ut illud: Saxa atque solitudines uoci respondent, expatiatur in latus, & ipsa quodammodo se cum gestu fundit oratio. Manus uero sine quibus trunca esset actio ac debilis, uix dici potest quot motus habeant, cum penè ipsam uerborum copiam persequantur. Nam cæteræ partes loquentem adiuuant, hæc (propè est ut dicam) ipsæ loquuntur. An non his poscimus? pollicemur? uocamus? dimittimus? minamur? supplicamus? abominamur? timemus? interrogamus? negamus? gaudium, tristitiam, dubitationem, confessionem, pœnitentiam, modum, copiam, numerum, tempus ostendimus? Non eadem concitant? inhihent? supplicant? probant? admirantur? uerecundantur? Non in demonstrandis locis atque personis ad uerbiorum atque pronominum obtinent uicem? ut in tanta per omnes gentes nationesque linguæ diuersitate, hic mihi omnium hominū cōmunis sermo uideatur. Et hi quidem de quibus sum locutus, cum ipsis uocibus naturaliter exeunt gestus, alij sunt qui res imitatione significant, ut si ægrum tentatis uenas medici similitudine, aut citharæcedum formatis ad modum percutientis neruos manibus ostendas, quod genus quamlongissime in actione est fugiendum. Abesse enim plurimū a saltatore debet orator, ut sit gestus ad sensus magis quam ad uerba accommodatus, quod etiam histrionibus

† uerborū,
‡ pronominiū

A strionibus paulo grauioribus facere moris fuit. Ergo ut ad se manum referre cum de seipso loquatur, & in eum quē demonstrat intendere, & aliqua his similia permiserim, ita non effingere status quosdam, & quicquid dicet, ostendere. Neque id in manibus solum, sed in omni gestu ac uoce seruandum est. Non enim aut in illa periodo: Stetit soleatus Prætor Populi Ro. inclinatio incumbens in mulierculam Verris effingenda est, aut in illa: Cædebatur in medio foro Messanæ. motus laterum, qualis esse ad uerba solet, torquendus, aut uox qualis dolore exprimit, eruenda. Cum mihi comædi quoque pessime facere uideantur, qui etiam si iuuenem agant, cū tamen in expositione, aut senis sermo, ut in Hydriæ prologo, aut mulieris, ut in Georgo, incidit, tremula uel effœminata uoce pronunciant. Ad eō in illis quoque est aliqua uitiosa imitatio, quorū ars omnis constat imitatione. Est autem gestus ille maxime communis, quo medius digitus in pollicem contrahitur, explicitis tribus, & principijs utilis, cum leni in utranque partem motu modice prolatus, simul capite atque humeris sensim ad id quod manus feratur obsecundantibus, & in narrando certus, sed tum paulo productior, & in improbrando, & in coarguendo acer atque instans. Longius enim partibus his & liberius exeritur. Vitiose uero idem sinistram quasi humerum petens in latus agi solet, quanquam adhuc peius aliqui transuersum brachium proferunt, & cubito pronunciant. Duo quoque medij sub pollicem ueniunt, & est hic adhuc priore gestus instantior, principio & narrationi non accommodatus. At cum tres contracti pollice præmuntur, tum digitus ille, quo usum optime Crassum Cicero dicit, explicari solet. Is in improbrando & indicando, unde ei nomen est, ualeat, & alleuata ac spectante humerum manu paulum inclinatus affirmat. Versus in terrā & quasi pronus urget, & si aliquando pro humero est. Idem summo articulo utrinque leniter apprehenso, duobus modice curuatis, minus tamen minimo aptus ad disputandum est. Acrius tamen argumentari uidentur, qui mediū articulum potius tenent, tanto contractioribus ultimis digitis, quanto priores descenderunt. Est & ille uerecundæ actioni aptissimus, quo quatuor primis leuiter in summum cœuntibus digitis non procul ab ore, aut pectore fertur ad nos manus, & deinde prona ac paululum prolata laxatur. Hoc modo cœpisse Demosthenem credo in illo pro Ctesiphonte timido demissoque principio: sic formatam Ciceronis manum, cum diceret: Si quid est in me ingenij iudices, quod sentio quam sit exiguum. Eadem aliquatenus liberius deorsum spectantibus digitis colligitur in os, & fusius paulo in diuersa resoluitur, ut quodammodo sermone in ipsum proferre uideatur. Binis interim digitos distinguimus sed non inserto pollice, paulum tamen inferioribus intrā spectantibus, sed ne illis quidem tensis qui supra sunt. Duo interim extremi palmam circa ima pollicis premunt, ipse prioribus ad medios articulos iungitur, interim quartus oblique reponitur, interim quatuor remissis magis quam tensis

† exploranda

C pollice intus inclinato, habilem in latus demonstrando, aut distinguendo, quæ dicimus, manum facimus, cum supina in sinistrum latus, prona in alterum fertur. Sunt & illi breues gestus, cum manus leuiter pandata, qualis ^{†fouentium} uouentium est, paruis interuallis, & subassentientibus humeris mouetur, maxime apta, parca & quasi timide loquentibus. Est admirationi conueniens ille gestus, quo manus modice supinata, ac per singulos à minimo collecta digitos redeunte flexu simul explicatur atque cõuertitur. Nec uno modo interrogantes gestum cõponimus, plerumque tamen uertentes manum, utcumque cõposita est, pollicis proximus digitus, mediūque qua dexter est, unguem pollicis summo suo iungens, remissis cæteris, est & approbantibus, & narrantibus, & distinguentibus decorus. Cui non dissimilis, sed compressis tribus digitis, quo nunc Græci plurimum utuntur, etiam utraq; manu, quoties enthymemata sua gestu uelut cornu tondunt cæsim. Manus lenior promittit & assentatur, citatior hortatur, interim laudat. Est & ille ugens orationem gestus uulgaris magis quam ex arte, qui contrahit alterno celerique motu, & explicat manum. Est & illa caua, & rara, & supra humeri altitudinem elata, cum quodam motu uelut hortatrix manus, à peregrinis scholis iam propere recepta. Tremula scenica est. Digitos cum summi coierunt, ad os referre, cur quibusdam displicuerit, nescio. Nam & id leuiter admirantes, & interim subita indignatione uelut pauescences & deprecantes, facimus. Quin compressam etiam manum in signum poenitentiae uel iræ, pectori admouemus, ubi uox uel inter dentes expressa non dedit: Quid nunc agam? quid faciam? Averso pollice demonstrare aliquid, receptum magis puto quam oratori decorum. Sed cum omnis motus sex partes habeat, leptimusque sit ille qui in se redit orbis, uitiosa est una circunuersio, reliqui ante nos & dextera leuaque, & sursum, & deorsum aliquid ostendunt. In posteriora gestus non dirigitur, interim tamen uelut reijci solent. Optime autem manus à sinistra parte incipit, in dextra deponitur, sed ut deponere non ut ferire uideatur, quanquam & in fine interim cadit, ut cito tamen redeat, & nonnunquam resilit uel negantibus nobis, uel admirantibus. Hic ueteres artifices illud recte adiecerunt, ut manus cum sensu & inciperet, & deponeret. Alioqui enim aut ante uocem erit gestus, aut post uocem, quod est utrumque deforme. In illo lapsi nimia subtilitate sunt, quod interuallum motus tria uerba esse uoluerunt, quod nec obseruat, nec fieri potest, sed illi quasi mensuram tarditatis celeritatisque aliquam esse uoluerunt, nec immerito, ne aut diu otiosa esset manus, aut, quod multi faciunt, actionem continuo motu cõciderent. Aliud est quod & fit frequentius, & magis fallit. Sunt quædam latentis sermonis percussiones, & quasi aliqui pedes, ad quos plurimorum gestus cadit, ut sit unus motus, Nouum crimen: alter, C. Cæsar: tertius, Et ante hunc diem: quartus, Inauditum, deinde, Propinquus meus. Et: Ad te Q. Tubero detulit. Vnde id quoque fuit uitiū, ut iuuenes cum scribunt gestu præmodulati cogitationem sic componant, quomodo

A quomodo casura manus sit. Inde & illud uitiū, ut gestus qui in fine dexter esse debet, in sinistra frequenter desinat. Melius illud, cum sint in sermone omnia breuia quædam membra, ad quæ si necesse sit, recipere spiritum liceat, ad hæc gestum disponere, ut puta: Nouum crimen C. Cæsar, habet per se finem quendam suum, quia sequitur cõiunctio. Deinde: Et ante hunc diem inauditum, satis circumscribitur. Ad hæc cõmodanda manus est, idque dum irrumpit, erit prima & composita actio. At ubi iam calor eam concitauerit, etiam gestus cum ipsa orationis celeritate crebrescet. Alijs locis citata, alijs pressa conueniet pronuntiatio. Illa transcurrimus, congerimus, abundamus, festinamus, ac instamus, inculcamus, ^{†infringimus} infingimus. Plus autem affectus habent lentiora. Ideoque Roscius citatior, Aesopus grauior fuit, quod ille comœdias, hic tragœdias egit. Eadem motus quoque obseruatio est. Itaque in fabulis iuuenum, senum, militum, matronarum, grauior ingressus est. Serui, ancillæ, parasiti, piscatores citatius mouentur. Tolli autem manum artifices supra oculos, demitti infra pectus uetant, adeo à capite eam petere, aut ad imum uentrem diducere uitiosum habent. At sinistra intra humerum promouere, ultra non decet. Sed cum auersantes in laeuam partem uelut propellemus manum, sinister humerus proferendus, ut cum capite ad dextram ferente consentiat. Manus sinistra nunquam sola recte gestum facit, dextræ se frequenter accommodat, siue in digitos argumenta digerimus, siue auersis in sinistra palmis abominamur, siue obijcimus aduersas, siue in latus utrumque distendimus, siue satisfacientes aut supplicantes. Diuersi sunt autem hi gestus, siue submittimus, siue adorantes attollimus, siue aliqua demonstrationi, aut inuocationi protendimus: Vos Albani tumuli atque luci. Aut Gracchanum illud: Quomodo me miser conferam? quomodo uertam? in Capitolium ne? at fratris sanguine redundat, an domum? Plus enim affectus in his iuncte exhibent manus. In rebus paruis, tristibus, mitibus, breues: magnis, lætis, atrocibus ^{†exterioribus} extensiores sunt. Vitiæ quoque earum subiicienda sunt, quæ quidem accidere etiam exercitatis actoribus solent. Nam gestum poculum poscentis, aut uerbera minantis, aut numerum quingentorum pollice flexo efficientis, quæ sunt à quibusdam scriptoribus notata, ne in rusticis quidem uidi. At ut brachio exerto introspiciatur latus, ut manus ^{†Aut in} alius ultra sinum proferre non audeat, alius in quantum patet longitudo protendat, aut ad tectum erigat, aut repetito ultra laeuum humerum gestu ita in tergum flagellet, ut consistere possit eum parum tutum sit, aut sinistram ducat orbem, aut temere sparsa manu in proximos offendat, aut cubitum utrumque in diuersum latus uentilet, sæpe scio euenire. Solet esse & pigra, & trepida, & secanti similis, interim uncis etiam digitis, aut à capite dericiatur, aut eadem manus supinata in superiora iactetur. Fit & ille habitus, qui esse in statuis pacificator solet, qui inclinato in humerum dextrum capite, brachio ab aure prætenso, manum infesto pollice extendit: qui quidem maxime placet his, qui se dicere sublata manu iactant. Adijc

Cias licet eos, qui sententias uibratis digitis iaculantur, aut manu sublata denunciant, aut (quod per se interim recipiendum est) quoties aliquid ipsis placuit, in unguis exiguntur. Sed uitiosum id faciunt, aut digito quanto plurimum possunt erecto, aut etiam duobus aut utraq; manu ad modum aliquid portantium composita. His accedunt uitia non naturæ, sed trepidationis, cum ore concurrente rixari, si memoria sefellerit, aut cogitatio nõ suffragetur, quasi faucibus aliquid obstiterit insonare, in aduersum tergere nares, obambulare sermone imperfecto, resistere subito, & laudem poscere silentio, quæ omnia persequi propè infinitum est. Sua enim cuiq; sunt uitia. Pectus ac uenter ne proijciantur obseruandum. Pandant enim posteriora, & est odiosa omnis supinitas. Latera cum gestu consentiant. Facit enim aliquid & totius corporis motus, adeo ut Cicero plus illo agi, quam manibus ipsis putet. Ita enim dicit in Oratore: Nullæ argutiæ digitorum, non ad numerum articulus cadens, trunco magis toto se ipse moderans, & uirili laterum flexione. Fœmur ferire, quod Athenis primus fecisse creditur Cleon, & usitatum est, & indignantes decet, & excitat auditorem. Idq; in Callidio Cicero desiderat: Non frons, inquit, percussa, non fœmur, quanquam, si licet, de fronte dissentio. Nam etiam complodere manus scenicum est, & pectus cædere. Illud quoq; raro de rebit, caua manu summis digitis pectus appetere, si quando nosmetipsos alloquimur, cohortantes, obiurgantes, miserantes, quod si quando fiet, togam quoq; inde remouere non decebit. In pedibus obseruantur status & incessus. Pro lato dextero stare, & eandem manum ac pedem proferre, deforme est. In dextrum incubere interim datur, sed æquo pectore, qui tamen comicus magis quam oratorius gestus est. Male etiam in sinistram pedem insistentium dexter, aut attollitur, aut summis digitis suspenditur. Varicare supra modum, & in stando deforme est, & accedente motu propè obscenum. Pro cursio opportuna, breuis, moderata, rara, conuenit etiam & ambulatio quædam propter immodicas laudationum moras, quanquam Cicero rarum incessum, neq; ita longum probat. Discursare uero, & quod Domitius Afer de Sura ^{† Manlio} Manilio dixit, satagere, ineptissimum. Urbaneq; Flavius Virginius interrogauit de quodam suo Antisophiste, quot millia passuum declamasset. Præcipi & illud scio, ne ambulantes auertamur à iudicibus, sed sint obliqui pedes ad concilium nobis respicientibus. Id fieri iudicij priuatis non potest. Verum & breuiora sint spatia, nec auersi diu simus. Interim tamen recedere sensim datur. Quidam & resiliunt, quod est plane ridiculum. Pedis suppositio ut loco est opportuna, ut ait Cicero, in contentionibus aut incipiendis, aut finiendis, ita crebra & inepti est hominis, & desinit iudicem in se conuertere. Est & illa indecora in dextrum ac læuum latus uacillatio alternis pedibus insistentium. Longissime fugienda mollis actio, qualem in Tityo Cicero dicit fuisse. Vnde & saltationis quoddam genus Tityus est appellatum. Reprehendenda & illa frequens, & concitata

Atata in utraq; partem nutatio, quam in Curione ^{† Pretore} patre irrisit & Iunius quærens quis in lintre loqueret, & Sicinius. Nam cum assidente collega, qui erat propter ualitudinem & deligatus, & pluribus medicamentis propter dolorem artuum delibutus, multum se Curio ex more iactasset: Nunquam inquit, Octaui, collegæ tuo gratiam referes, qui nisi fuisset, isthic hodie te muscæ comedissent. lactantur & humeri, quod uitium Demosthenes ita dicitur emendasse, ut cum angusto quodam pulpito stans diceret, hasta humero dependens immineret, ut si calore dicendi uitare id excidisset, offensatione illa comoneretur. Ambulantem loqui ita demum oportet, si in causis publicis, in quibus sunt multi iudices, quod dicimus, quasi singulis inculcare peculiariter uelimus. Illud uero refellendum, quod quidam reiecta in humerum toga, cum dextra sinum usq; ad lumbos redixerunt, ut sinistra gestum facientes, spatientur & fabulentur, cum etiam læuam restringere prolata longius dextra sit odiosum. Vnde moneor ut ne id quidem transeam ineptissime fieri, cum inter moras laudationum, aut in aurem aliquis loquuntur, aut cum sodalibus iocantur, aut nonnunquam ad librarios suos ita respiciunt, ut sportulam dictare uideantur. Inclinari ad iudicem cum doceas, utiq; si id de quo loquaris sit obscurius, decet. Incumbere aduocato aduersis subsellijs sedenti contumeliosum est. Reclinari etiam ad suos & manibus sustineri, nisi plane iusta fatigatio est, delicatum, sicut ^{† fatigatione} palam moneri excidentis, aut legere. Namq; in his omnibus & uis illa dicendi soluitur, & frigescit affectus, & iudex parum sibi præstari reuerentiæ credit. Transire in diuersa subsellia parum uerecundum est. Nam & Cassius Seuerus urbane aduersus hoc facientes lineam poposcit. Et si aliquanconitate itur, nunquam non frigide reditur. Multa ex his quæ præcepimus, mutari necesse est ab his qui dicunt apud tribunalia. Nam & uultus erectior ut eum apud quem dicitur spectet, & gestus, ut ad eundem tendens ^{† clarior} elatior sit, necesse est, & alia quæ occurrere etiam me tacente omnibus possunt. Itemq; ab his qui sedentes agent (Nam & fere fit hoc in rebus minoribus, & ijdem impetus actionis esse non possunt) & quædam uitia fiunt necessaria. Nam & dexter pes à læua iudicis sedentis proferendus est, & ex altera parte multi gestus necesse est in sinistram eant, ut ad iudicem spectent. Equidem plerisque & ad singulas clausulas sententiarum uideo assurgentes sibi, & nonnullos subinde aliquid etiam spatientes, quod an deceat ipsi uiderint, cum id faciunt, non sedentes agunt. Bibere, aut etiam esse inter agendum, quod multis moris fuit, & est quibusdam, ab oratore meo procul absit. Nam si quis aliter dicendi onera perferre non possit, non ita miserum est non agere, potiusq; multo quam & operis & hominum contemptum fateri. Cultus non est proprius oratoris aliquis, sed magis ^{† in ora} in oratore conspicitur. Quare sit (ut in omnibus honestis debet esse) splendidus & uirilis. Nam & toga, & calceus, & capillus, tam nimia cura, quam negligentia sunt reprehendenda. Est aliquid in amictu, quod ipsum aliquate-

Ctenus temporū conditione mutātū est. Nam ueteribus nulli sinus, perq̄ breues post illos fuerunt. Itaq̄ etiam gestu necesse est usus esse in principijs eos alio, quorum brachiū sicut Græcorū ueste continebatur. Sed nos de præsentibus loquimur. Cui lati clauus ius nō erit, ita cingatur, ut tunicæ prioribus oris infra genua paulū, posterioribus ad medios poplites usq̄ perueniant. Nam infra mulierū est, supra centurionū. Vt purpuræ recte descendant, leuis cura est. Notatur interim negligentia. Latū habentium clauum modus est, ut sit paulū cinctis submissior. Ipsam togam rotundam esse, & apte casam uelim. Aliter eīm multis modis fiet enormis. Pars eius prior medijs cruribus optime terminatur, posterior eadem portione altius quā cinctura. Sinus decentissimus, si aliquanto supra imam togā fuerit, nunquam certe sit inferior. Ille qui sub humero dextro ad sinistrū oblique ducit, uelut balteus, nec strangulet, nec fluat. Pars togæ quæ postea imponitur, sit inferior: nam ita & sedet melius, & cōtinetur. Subducenda etiam pars aliqua tunicæ, ne ad lacertum in actū redeat, tum sinus iniiciendus humero, cuius extrēmā oram reiecit nō dedecet. Operiri autem humerum cum toto iugulo nō oportet. Alioquin amictus fiet angustus, & dignitatem quæ est in latitudine pectoris perdet. Sinistrum brachiū eousq̄ alleuandū est, ut quasi normalem illum angulū faciat, super quod ora ex toga duplex æqualiter sedeat. Manus nō impleatur anulis, præcipue medios articulos non transeuntibus, cuius erit habitus optimus, alleuato pollice et digitis leuiter inflexis, nisi si libellū tenebit, quod nō utiq̄ captandū est. Videt enim fateri memoriæ diffidentia, & ad multos gestus est impedimento. Togā ueteres ad calceos usq̄ demittebant, ut Græci palliū. Idq̄ ut fiat, qui de gestu scripserūt circa tempora illa, Plotius Nigidiusq̄ præcipiunt. Quo magis miror Plinij Secundi docti hominis, & in hoc utiq̄ libro penē etiā nimium curiosi persuasionem, qui solitū id facere Ciceronem uelandarū uaricum gratia tradit, cum hoc amictus genus in statuis eorū quoq̄, qui post Ciceronem fuerūt, appareat. Palliolum sicut fascias quibus crura uestiunt, & focalia, & auriū ligamenta, sola excusare potest ualedo. Sed hæc amictus obseruatio, dū incipimus procedente uero actū iam penē ab initio narrationis sinus ab humero recte uelut sponte delabit, & cū ad argumenta ac locos uentū est, reiecere à sinistro togam, deiecere etiā si hæreat, sinū cōueniet. Læ nam à faucibus ac summo pectore abducere licet. Ardent enim iam omnia, & ut uox uehementior ac magis uaria est, sic amictus quoq̄ habet actū quendam uelut præliantem. Itaq̄ ut læuam inuoluere toga, & incingi, penē furiosum est, sinū uero in dextrū humerū ab imo reiecere, solutū ac delicatū est, siuntq̄ adhuc peius aliqua, ita cur laxiorem sinum sinistro brachio nō subiciamus? Habet enim acre quiddā atq̄ expeditum, & calori concitationiq̄ non inhabile. Cum uero magna pars est exhausta orationis, utiq̄ afflante fortuna penē omnia decent, sudor ipse & fatigatio, & negligentior amictus, & soluta ac uelut labens un-

† amictus fiet
angustior

Toga,

A dicq̄ toga. Quo magis miror hanc quoq̄ succurrisse Plinio curam, ut ita sudario frontem sicari iuberet, ne comæ turbarentur, quas componi post paulum, sicut dignum erat, grauius & seuerius uetuit. Mihi uero illæ quoq̄ turbatæ præ se ferre aliquid affectus, & ipsa obliuione curæ huius cōmendari uidentur. At si incipientibus, aut paulum progressis decidat toga, nō reponere eam prorsus negligentis aut pigri, aut quo modo debeat amictus nescientis est. Hæc sunt uel illustramenta pronūciationis, uel uitia, quibus propositis multa cogitare debet orator. Primum quid, apud quos, quibus præsentibus sit acturus. Nam ut dicere alia alijs, & apud alios magis concessum est, sic etiam facere. Neq̄ eadem in uoce, gestu, incessu, apud principem, senatū, populū, magistratū, priuato, publico iudicio, postulatione, actione similiter decent. Quam differentiā subijcere sibi quisq̄ qui animum intenderit, potest, tum qua de re dicat, & efficere quid uelit. Rei quadruplex obseruatio est. Vna in tota causa. Sunt enim tristes, hilares, sollicitæ, securæ, grandes, pusillæ, ut uix unquam ita sollicitari partibus earum debeamus, ut non summæ meminerimus. Altera quæ est in differentiâ partium, ut in proœmio, narratione, argumentatione, epilogo. Tertia in sententijs ipsis, in quibus secundū res & tactus uariantur omnia. Quarta in uerbis, quorū ut est uitiosa, si efficere omnia uelimus, imitatio, ita quibusdam nisi sua natura redditur, uis omnis aufertur. Igitur in laudationibus (nisi si funebres erunt) gratiarū actione, exhortatione, similibusq̄ læta & magnifica & sublimis est actio. Funebres conciones, consolationes, plerunq̄ causæ reorū, tristes ac submissæ. In senatu conseruanda auctoritas, apud populum dignitas, in priuatis modus. De partibus causæ, & sententijs, uerbisq̄, quæ sunt multiplicia, pluribus dicendum. Tria aut præstare debet pronūciatio, conciliet, persuadeat, moueat, quibus natura cōhæret, ut etiam delectet. Conciliatio ferè aut cōmendatione morum, qui nescio, quo modo ex uoce etiam atq̄ actione pellucent, aut orationis suauitate constat. Persuadendi uis asseueratione, quæ interim plus ipsis probationibus ualet: An ista (inquit Callidio Cicero) si uera essent, sic à te dicerentur? & Tantum abest, ut inflammare nostros animos, somnum isto loco uix tenebamus. Fiducia igitur appareat, & constantia, utiq̄ si auctoritas subest. Mouendi autem ratio, aut in representandis est, aut imitandis affectibus. Ergo cū iudex in priuatis, aut præco in publicis dicere de causa iusserit, leniter consurgendum, tum in componenda toga, uel si necesse erit, etiā ex integro iniicienda, duntaxat in iudicijs (apud principem enim & magistratus ac tribunalia non licebit) paulum est cōmorandum, ut & amictus sit decentior, & protinus aliquid spatij ad cogitandū. Etiam cum ad iudicem nos conuerterimus, & consultus permiserit dicere, non protinus est erumpendū, sed danda breuis cogitationi mora. Mire enim audierum, dicturi cura delectat, & iudex se ipse componit. Hoc præcipit Homerus Vlyssis exemplo, quem stetit oculis in terram defixis, immotoq̄

† quis

† affectus

C scepro, priusquam illam eloquentiæ procellam effunderet, dicit. In hac cunctatione sunt quædam non indecentes (ut appellant scenici) moræ: caput mulcere, manum intueri, infringere articulos, simulare conatum, suspiratione solitudinem fateri, aut quod quædam magis decet, eoque diutius si iudex nondum intendit animū. Status sit rectus, æqui & diducti paulū pedes, uel procedens [†] minimo sinister, genua recta, sic tamen ut non extendatur. Humeri remissi, uultus seuerus, non mœstus, nec stupens, nec languidus. Brachia à latere modice remota, manus sinistra, qualem supra demonstraui, dextra cum iam incipiendū erit, paulum prolata ultra sinū, gestu quammodestissimo, uelut expectans quando incipiendū sit. Vitiosa enim sunt illa, intueri lacunaria, perfricare faciem, & quasi improbam facere, tendere confidentia uultum, aut quo sit magis toruus, supercilij astringere, capillos à fronte contra naturam retrò agere, ut sit horror ille terribilis, tum id quod Græci frequentissime faciunt, crebro digitorum labiorumque motu cōmentari, clare excreare, pedem alterum longe proferre, partem togæ sinistra tenere, stare diductum, uel rigidum, uel supinum uel incuruū, uel humeris, ut luctaturi solent, ad occipitium ductis. Proœmio frequentissime lenis conuenit pronuntiatio. Nihil est enim ad conciliandum gratius uerecundia, non tamen semper. Nec enim uno modo dicunt exordia, ut docui. Plerumque tamen & uox temperata, ac gestus modestus, & sedens humero toga, & laterum lenis in utranque partem motus, eodem spectantibus oculis, decebit. Narratio magis [†] prolata manum, amictum recidentem, gestum distinctum, uocem sermoni proximam, ac tantum apertiorē, sonum simplicem frequentissime postulabit in his duntaxat: Q. igitur Ligarius, cum esset adhuc nulla belli suspicio, et A. Cluentius Habitus pater huiusce. Aliud in eadem poscent affectus uel concitati. Nubit genero socrus, uel flebiles. Constituit in foro Laodiceæ spectaculum acerbum & miserum toti Asiæ prouinciæ. Maxime uaria & multiplex actio est probationum. Nam proponere, partiri, interrogare, sermoni sunt proxima, & contradictionem sumere. Nam ea quoque diuersa propositio est. Sed hæc tamen aliquando irridentes, aliquando imitantes pronunciamus. Argumentatio plerumque agilior, & acrior, & instantior, consentientem orationi postulat etiam gestum, id est, fortem celeritatem. Instandum quibusdam in partibus, & densanda oratio. Egressiones ferè lenes, & dulces, & remissæ, ut raptus Proserpinæ, Siciliae descriptio. Cn. Pompeij laus. Neque [†] enim mirum, minus habere cōtentionis ea que sunt extra quæstionem. Mollior nonnunquam cum reprehensione diuersæ partis imitatio: Videbar uidere alios intrantes, alios aut exeuntes, quosdam ex uino uacillantes. Vbi non dissidens à uoce permittitur gestus, at quoque in utranque partem tenera quædam, sed intra manus tamen, & sine motu laterum translatio. Accendendi iudicis plures sunt gradus. Summus ille, & quo nullus est in oratore acutior: Suscepto bello Cæsar, gesto iam etiam

[†] minimo momento

[†] prolatum manu amictum, recidentem gestum, uocem, sermoni proximum, ac tantum acriorum

[†] est

ex parte

A ex parte magna. Prædixit enim: Quantum potero uoce contendā, ut populus hæc Romanus exaudiat. Paulum inferior, & habens aliquid etiam iucunditatis: Quid enim tuus ille Tubero in acie Pharfalica gladius agebat? Plenius adhuc & lentius, ideoque dulcius: In cœtu uero Populi Romani negotium publicum gerens. Producenda omnia trahendæque tum uocales, aperiendæque sunt fauces, pleniore tamen hæc canali fluunt: Vos Albani tumuli atque luci. Nam cantici quiddam habent, sensimque resupina sunt. Saxa atque solitudines uoci respondent. Tales sunt illæ inclinationes uocis, quas inuicem Demosthenes atque Aeschines exprobrant, non ideo improbandæ. Cum enim uterque alteri obijciat, palam est utrunque fecisse. Nam neque ille per Marathonis & Platæarum, & Salaminis propugnatores recto sono iurauit, nec hic Thebas sermone defleuit. Est his diuersa uox, et penè extra organum, cui Græci nomen amaritudinis dederunt, supra modum ac penè naturam uocis humanæ acerba. Quin compescitis uocem istam indicem stultitiæ, testem paucitatis. Sed id quod excedere modum dixi, in illa parte prima est, Quin compescitis. Epilogus, si enumerationem rerum habet, [†] desiderat quandam concisorum continuationem: si ad concitandos iudices est accommodatus, aliquid ex his que supra dixi: si placidos [†] designat inclinationem quandam lenitatē, si misericordia commouendos, flexum uocis & flebilem suauitatem, qua præcipue franguntur animi, quæque est maxime naturalis. Nam etiam orbos uideasque uideas in ipsis funeribus canoro quodam modo proclamantes. Hic etiam fusca illa uox, qualem Cicero fuisse in Antonio dicit, mire faciet. Habet enim in se quod imitemur. Duplex est tamen miseratio, altera cum inuidia, qualis modo dicta de damnatione Philodami, altera cum deprecatione demissior. Quare etiam si est in illis quoque cantus obscurior, in cœtu uero populi Romani. Non enim hæc rixantis modo dixit, & Vos Albani tumuli. Neque enim quasi inclamaret, aut [†] detestaretur locutus est, tamen infinito magis illa flexa & circumducta sunt: Me miserum, me infelicem. Et: Quid respondebo liberis meis? & Reuocare tu me in patriam potuisti Milo per hos, ego te in eadem patria per eosdem retinere non potero: Et cum bona C. Rabirij uno tertio addicit: O meum miserum acerbumque præconiū. Illa quoque mire facit in peroratione uelut deficientis dolore, & fatigatione confessio, ut pro eodem Milone: Sed finis sit: neque enim præ lachrymis iam loqui possum. Quæ similes uerbis habere debent etiam pronuntiationē. Possunt uideri alia quoque huius partis atque officij, reos excitare, pueros attollere, propinquos producere, uestes laniare, sed suo loco dicta sunt. Et quia in partibus causæ etiam alijs est uarietas, satis apparet accommodandam sententijs ipsis pronuntiationē, sicut ostendimus. Sed uerbis quoque, quod nouissime dixeram, non semper, sed aliquando, [†] An non hæc misellus & pauperculus, submissa atque contracta: Fortis, [†] & uehemens, & [†] latro, erecta & concitata uoce dicenda sunt? Accedit [†] etiam enim uis & proprietates rebus tali astipulatione: quæ nisi adsit, aliud uox,

[†] designat

[†] testatur

[†] etiam

[†] etiam

C aliud animus ostendat. Quid: quod eadem uerba mutata pronunciatione indicant, affirmant, exprobrant, negant, mirant, indignant, interrogant, irrident, eleuant. Aliter em̄ dicit: Tu mihi quodcūq; hoc regni. Et: Cantando tu illum: Et: Tu ne ille Aeneas: Et: Meq; timoris Argue tu Drance. Et ne morer, intra se quisq; uel hoc, uel aliud quod uolet, per omnes affectus uerset, uerum esse quod dicimus sciet. Vnū iam his adijciendum est, cum præcipue in actione spectetur decorū, sepe aliud alios decere. Est enim latens quædam in hoc ratio, & inenarrabilis, & ut uere dictum est, caput esse artis decere quod facias, ita id nec sine arte esse, nec totum arte tradi potest. In quibusdam uirtutes nō habent gratiam, in quibusdam uita ipsa delectant. Maximos actores comediarū Demetriū & Stratoclem placere diuersis uirtutibus uidimus. Sed illud minus mirū, quod alter deos, & iuuenes, & bonos patres, seruosq; et matronas, & graues anus optime, alter acres senes, callidos seruos, parasitos, lenones, & omnia agitatoria melius. Fuit enim natura diuersa. Nam uox quoq; Demetrii iucundior, illius acrior erat. Annotandæ magis proprietates, quæ transferri non poterant, manus iactare, & dulces exclamationes theatri causa producere, & ingrediendo uentum concipere ueste, & nonnunq; dextro latere facere gestus, quod neminem aliū præter Demetriū decuit. Nanq; in hæc omnia statura & mira specie adiuuabatur. Illum cursus & agilitas, & uel parum cōueniens personæ risus, quem nō ignarus rationis populo dabat, & contracta etiam ceruicula: quicquid horum alter fecisset, foedissimum uideretur. Quare norit se quisq; nec tantum ex cōmunibus præceptis, sed etiam natura sua capiat consiliū formandæ actionis. Neq; illud tamen est nefas, ut aliquem uel omnia uel plura deceat. Huius quoq; loci clausula sit eadem necesse est, quæ cæterorū est, regnare maxime modum. Nō enim comcedū esse, sed oratorem uolo. Quare nec in gestu persequemur omnes argutias, nec in loquendo distinctionibus, temporibus, effictionibus moleste utemur, ut si sit in scena dicendū: Quid igit faciam: nō eam: ne nunc quidem: Cum accersor ultrō: an potius ita me cōparem. Non perpeti meretricū contumelias: Hic enim dubitationis moras, uocis flexus, uarias manus, diuersos nutus actor adhibebit. Aliud oratio sapit, nec uult nimium esse condita. Actione enim constat, nō imitatione. Quare nō immeritō reprehenditur pronūciatio uultuosa, & gestulationibus molesta, & uocis mutationibus resultans. Nec inutiliter ex Græcis ueteres transtulerunt, quod ab his sumptum Lenas Popilius posuit, esse hanc inotiosam actionē. Optime igitur idem, qui omnia Cicero præceperat, quæ supra ex Oratore posui. Quibus similia in Bruto de M. Antonio dicit. Sed iam recepta est actio paulo agitator, & iam exigitur, & quibusdā partibus conuenit, ita tamen temperanda, ne dum actoris captamus elegantiam, perdamus uiri boni & grauis autoritatem.

Vndecimi libri finis,



VENTVM est ad partem operis destinati longe grauissimam. Cuius equidem onus, si tantū opinione prima concipere potuissem, quanto me premi ferens sentio, maturius consuluissem uires meas, sed initio pudor omittendi quæ promiseram tenuit, mox quanq; per singulas quoq; partes labor cresceret, ne perderē quæ iam effecta erant, per omnes difficultates animo me sustentauit. Quare nunc quoq; licet maiori quā unquam mole premar, tamen prospicienti finem mihi constitutum est uel deficere potius quā desperare. Fefellit autem, quod initium à paruis ceperamus, mox uelut aura sollicitante prouecti longius, dum tantum nota illa, & plerisq; artium scriptoribus tractata præcipimus, nec adhuc à littore procul uidebamur, & multos circa uelut isdem se uentis credere ausos habebamus. Iam cum eloquendi rationem nouissime repertā, paucissimisq; tentatā ingressi sumus, rarus qui iam procul à portu recessisset, reperiebatur. Postquam uero nobis ille, quem instituebamus orator, à dicendi magistris dimissus, aut suo iam impetu fertur, aut maiora sibi auxilia ex ipsis sapientiæ penetralibus petit, quā in altum simus ablati, sentire cœpimus. Nunc cœlum undiq; & undiq; pontus. Vnum modo in illa immensa uastitate cernere uidemur M. Tullium, qui tamen ipse quamuis tanta atq; ita instructa naue hoc mare ingressus, contrahit uela, inhihetq; remos, & de ipso demū genere dicendi, quo sit ufurus perfectus orator, satis habet dicere. At nostra temeritas etiam mores ei conabitur dare, & assignabit officia. Ita nec antecedentem consequi possumus, & longius eundum est. Ut res feret, probabilis tamen cupiditas honestorum, & tuius audaciæ est tentare, quibus paratior uenia est.

Non posse Oratorem esse nisi uirum bonum. CAP. I.



It ergo nobis orator, quem instituimus, is qui à M. Catone finitur, uir bonus dicendi peritus. Verum id quod & ille posuit prius, & ipsa natura potius ac maius est, utiq; uir bonus, id nō eo tantū, ut si uis illa dicendi malitiā instruxerit, nihil sit publicis priuatisq; rebus perniciosius eloquentia, nosq; ipsi qui pro uirili parte conferre aliquid ad facultatem dicendi conati sumus, pessime mereamur de rebus humanis, si latroni cōparemus hæc arma, non militi. Quid de nobis loquor? Rerum ipsa natura in eo quod præcipue indulisse homini uidetur, quoq; nos à cæteris animalibus separasse, non parens, sed nouerca fuerit, si facultatē dicendi, sociam scelerum, aduersam innocentia, hostem ueritatis inuenit. Mutos enim nasci, & egere omni ratione satius fuisset, quā prouidentia munera in mutuā perniciem conuertere. Longius ten

Decorum.

agitatoria

ingrediendo

à bonis
iocosam† maior quā
unquam moles
premat

† tamen

† recitatus

† maturus

† quod

C dit hoc iudiciū meum, Neq̄ enim tantū id dico, eum qui sit orator, uirū bonum esse oportere, sed ne futurū quidem oratorem, nisi uirū bonū. Nam certe neq̄ intelligentiam concesseris his, qui proposita honestorū ac turpium uia, peiorem sequi malint: neq̄ prudentiam† qui in grauissimas frequentē legum, semper uero malæ conscientiae pœnas à semetipsis impro uiso rerum exitu induantur. Quod si neminem malum esse nisi stultū eundem, nō modò à sapientibus dicitur, sed uulgò quoq̄ semper est creditum, eerte nō fiet unquam stultus orator. Adde quod ne studio quidem operis pulcherrimi uacare mens, nisi omnibus uitijis libera potest. Primū quod in eodem pectore nullum est honestorum turpiumq̄ consortiū, & cogitare optima simul & deterrima, non magis est unius animi, quàm eiusdem hominis bonum esse ac malum. Tum illa quoq̄ ex causa, quod mentem tantæ rei intentā uacare omnibus alijs etiam culpa carentibus curis oportet. ita demum enim libera, ac tota nulla distringente atq̄ aliò ducente causa spectabit id solum ad quod accingitur. Quod si †corporum nimia cura, & sollicitior rei familiaris diligentia, & uenandi uoluptas, & dati spectaculis dies, multum studijs auferunt (huic enim rei perit tempus quodcūq̄ alteri datur) quod putamus facturas cupiditatem, auaritiam, inuidiam? quarum impotentissimæ cogitationes somnos etiam ipsos, & illa per quietem uisa perturbant. Nihil est enim tam occupatū, tam multiforme, tot ac tam uarijs affectibus concisum atq̄ laceratū, quàm mala mens. Nam & cū insidiatur† spe, curis, labore distringitur, & iam cum sceleris compos fuerit, solitudine, pœnitentia, pœnarū omnium expectatione torquetur. Quis inter hæc literis, aut ulli bonæ arti locus? nō hercle magis quàm frugibus in terra sentibus ac rubis occupata. Age, non ad perferendos studiorum labores necessaria frugalitas? Quid ergo ex libidine ac luxuria spei? Non præcipue acuit ad cupiditatem literarum amor laudis? Num igitur malis laudem curæ putamus? Iam hoc quis nō uidet, maximam partem orationis in tractu æqui boniq̄ consistere? Dicet ne de his secundum debitam rerum dignitatem malus atq̄ iniquus? Deniq̄ ut maximam partem quæstionis eximam, demus id quod nullo modo fieri potest, idem ingenij, studij, doctrinæ, pessimo atq̄ optimo uiro, uter melior dicetur orator? nimirum qui homo quoq̄ melior. Non igitur unquam malus idem homo, & perfectus orator. Non enim perfectum quicquam quo melius est aliud. Sed ne more Socraticorū nobismetipsis responsum finxisse uideamur, sit aliquis adeo cōtra ueritatem obstinatus, ut audeat dicere eodem ingenio, studio, doctrina præditum nihilo deteriozem futurum oratorem malum uirum quàm bonū. Conuincamus huius quoq̄ amentiam. Nam hoc certe nemo dubitabit, omnem† oratorem id agere, ut iudici quæ proposita fuerint, uera & honesta uideantur. Vtrum igitur hoc facilius bonus uir persuadēbit, an malus? Bonus quidem & dicet sapius uera atq̄ honesta. Sed etiam si quando aliquo ductus officio (quod accidere, ut mox docebimus, potest)

A potest) falso hæc affirmare conabitur, maiore cum fide necesse est audiat. At malis hominibus ex contemptu opinionis, & ignorantia recti nō nunquam excidit ipsa simulatio. Inde immodeste proponunt, sine pudore affirmant. Sequitur in his quæ certum est effici non posse, deformis pertinacia & irritus labor. Nam sicut in uita, ita in causis quoq̄ spes improbas habent. Frequenter autem accidit, ut his etiā uera dicentibus fides desit, uideaturq̄ talis aduocatus malæ causæ argumentū. Nunc de his dicendum est, quæ mihi quasi cōspiratione quadā uulgi reclamari uidentur. Orator ergo Demosthenes non fuit? Atqui malum uirū accepimus. Non Cicero? atqui huius quoq̄ mores multi reprehenderunt. Quid agam? magna responsi inuidia subeunda, mitigandæ sunt prius aures. Mihi enim nec Demosthenes tam graui morū dignus uidetur inuidia, ut omnia quæ in eum ab inimicis congesta sunt credam, cum & pulcherrima eius in republica consilia, & finem uitæ clarum legam. Nec M. Tullio defuisse uideo, in ulla parte ciuis optimi uoluntatem. Testimonio est actus nobilissime consulatus, integerrime prouincia administrata, & repudiatus uigintiuiratus, & ciuilibus bellis, quæ in ætate eius grauissima inciderunt, neq̄ spe, neque metu declinatus animus, quo minus optimis, id est reipublice se iungeret. Parum fortis uidetur quibusdam, quibus optime respondit ipse, nō se timidum in suscipiendis, sed in prouidendis periculis, quod probauit morte quoq̄ ipsa, quam præstantissimo suscepit animo. Quod si defuit his uiris summa uirtus, sic quærentibus, an oratores fuerint, respondebo, quomodo Stoici, si interrogentur, an sapiens Zeno, an Cleantes, an Crhysippus, ipsi respondeant, magnos quidem illos ac uenerabiles, non tamen id quod natura hominis summū habet, consecutos. Nam & Pythagoras nō sapientem se, ut qui ante eum fuerūt, sed studiosum sapientiæ uocari uoluit. Ego tamen secundum cōmunem loquendi consuetudinem sæpe dixi, dicamq̄ perfectū oratorem esse Ciceronem, ut amicos & bonos uiros, & prudentissimos dicimus uulgò, quorū nihil nisi perfecte sapienti datur. Sed cum proprie, & ad legem ipsam ueritatis loquendum erit, eum quæram oratorem, quem & ille quærebat. Quanquam enim stetisse eum in fastigio eloquentiæ fateor, ac uix quid adijci potuerit inuenio, fortasse inuēturus quid adhuc abscissurū putem fuisse. Nam serè sic docti iudicauerūt, plurimum in eo uirtutum, nonnihil fuisse uitiorū, & se ipse multa ex illa iuuenili abundantia cōercuisse testatur, tamen quādo nec sapienti sibi nomen minime sui contemptor asseruit, & melius dicere certe data longiore uita, & ætate ad se componendū† se uerore potuisset, non maligne crediderim defuisse ei summam illam, ad quam nemo propius accessit. Et licebat si aliter sentirem, fortius id liberiusq̄ defendere. An uero M. Antonius neminem à se uisum eloquentem, quod tanto minus erat, professus est, ipse etiam M. Tullius quærit adhuc eum, & tantū imaginatur ac fingit, ego nō audeam dicere aliquid in hac quæ superest æternitate inueniri posse, eo quod fue-

Crit perfectius? Transeo illos qui Ciceroni ac Demostheni ne in eloquentia quidem satis tribuunt, quanquam ne ipsi Ciceroni Demosthenes satis uideatur esse perfectus, quem dormire interim dicit, nec Cicero Bruto Caluocq, qui certe cōpositionē illius etiam apud ipsum reprehendunt, nec Asinio utriq, qui uitia orationis eius etiam inimice pluribus in locis insequuntur. Concedamus sanē (quod minime natura patitur) repertum esse aliquem malum uirum summe disertū, nihilo tamen minus oratorem eum negabo. Nam nec omnibus qui fuerint manu prompti, uiri fortis nomen concesserim, quia sine uirtute intelligi non potest fortitudo. An ei qui ad defendendas causas aduocatur, non est opus fide, quā nec cupiditas corrumpat, nec gratia auertat, nec metus frangat, sed proditorem, transfugam, prauaricatorē, donabimus oratoris illo sacro nomine? Quod si mediocribus etiam patronis cōuenit hęc quæ uulgō dicitur bonitas, cur non orator ille qui nondum fuit, sed potest esse, tam sit moribus quā dicendi uirtute perfectus? Non enim forensem quandā instituiamus operam, nec mercenariam uocem, nec (ut asperioribus uerbis parcamus) non inutilem sanē litium aduocatū, quem deniq, causidicum uulgō uocant, sed uirū cum ingenij natura præstantem tum uero tot pulcherrimas artes penitus mente complexum, datum tandem rebus humanis, qualem nulla antea uetustas cognouerit, singularem, perfectūq, undiq, optima sentientem, optimēq, dicentem. In hoc quota pars erit, quod aut innocentes tuebitur, aut improborum scelera compescet, aut in pecuniarijs quæstionibus ueritati cōtra calumniā aderit? Summus ille quidem in his quoq, operibus fuerit, sed in maioribus clarius elucebit, cū regenda senatus cōsilia, et popularis error ad meliora ducendus. An nō talem quendam uidei finxisse Verg. quem in seditione uulgi iam faces & saxa iaculantis moderatorem dedit? Tum pietate grauem ac meritis si forte uirum quem
 Conspxere, silent, arrectisq, auribus adstant.

Habemus igitur ante omnia uirū bonū post hęc adiecit, dicendi peritū: Ille regit dictis animos & pectora mulcet.

Quid? non in bellis quoque idem ille uir, quem instituiamus, si sit ad prælium miles cohortandus, ex medijs sapientiæ præceptis orationē trahet? Nam quo modo pugnam ineuntibus tot simul metus laboris, doloris, postremo mortis ipsius exciderint, nisi in eorum locum pietas, & fortitudo, & honesti præfens imago successerit? Quæ certe melius persuadebit alijs, qui prius persuaserit sibi. Prodit enim se, quamlibet custodiatur simulatio, nec unquam tanta fuerit eloquendi facultas, ut non titubet ac hæreat, quoties ab animo uerba dissentiant. Vir autem malus, aliud dicat necesse est quā sentiat. Bonos nunquā honestus sermo deficiet, nunquā rerum optimarum (nam ijdem etiam prudentes erunt) inuentio, quæ etiam si leuocinijs destituta sit, satis tamen natura sua ornatur, nec quicquam non diferte, quod honeste dicitur. Quare iuuentus, imō omnis ætas (neq, enim recte uo-

A rectæ uoluntati seruum est tempus ullum) totis mentibus huc tendamus, in hoc elaboremus, forsā & consummare contingat. Nam si natura non prohibet, & esse uirum bonū, & esse dicendi peritū, cur non aliquis etiam unus utrunq, consequi possit? cur autem nō se quisq, speret fore illum aliquem? ad quod si uires ingenij non suffecerint, tamen ad quem usq, modum procefferimus, meliores erimus ex utroq;. Hoc t certe prorsus exitiam matur animo, rerum pulcherrimam eloquentiam cum uitijs mentis posse misceri. Facultas dicendi, si in malos incidit, & ipsa iudicanda est malum: peiores enim illos facit, quibus contingit. Videor mihi audire quosdam (nec enim deerunt unquam qui disertis esse quā boni malint) illa dicentes: Quid ergo tantum artis est in eloquentia? cur tu de coloribus, & difficultium causarum defensione, nō nihil etiam de confesso loquutus es, nisi ali-
 quando uis & facultas dicendi expugnat ipsam ueritatē? Bonus enim uir nō agit nisi bonas causas, eas porro etiam sine doctrina satis per se tuctur ueritas ipsa. Quibus ego cum de meo primum opere respondero, etiam pro boni uiri officio, si quando eum ad defensionem nocentiū ratio duxerit, satisfaciam. Pertractare enim quo modo aut pro falsis, aut etiā pro iniustis aliquando dicatur, non est inutile, uel propter hoc solum, ut ea facilius & deprehendamus & refellamus, quemadmodū remedia melius adhibebit, cui nota quæ nocent fuerint. Neq, cū Academici, cum in utranq, differunt partem, nō secundum alteram uiuunt. Neq, Carneades ille, qui Romæ audiente Censorio Catone, non minoribus uiribus contra iustitiam dicitur differuisse, quā pridie pro iustitia dixerat, iniustus ipse uir fuit. Verum & uirtus quid sit, aduersa ei malitia detegit, & æquitas sit ex iniqui contemplatione manifestior, & plurima cōtrarijs probantur. Debent ergo oratori sic esse aduersariorum nota consilia, ut hostium imperatori. Verum & illud quod prima propolitione durū uidetur, potest esse ratio, ut uir bonus in defensione causæ uelit auferre aliquando iudici ueritatem. Quod si quis à me proponi mirabitur (quanquā non est hęc mea proprie sententia, sed eorum quos grauissimos sapientiæ magistros ætas uetus credidit) sic iudicet, pleraq, esse, quæ nō tam factis, quā causis eorum uel honesta fiant, uel turpia. Nam si hominem occidere sæpe uirtus, liberos necare nonnunquam pulcherrimū est, asperiora quædam adhuc dictu, si communis utilitas exegerit, facere conceditur, ne hoc quidem nudum est intuentū, qualem causam uir bonus, sed etiam quare, & qua mente defendat. Ac primum concedant mihi omnes oportet, quod Stoicorū quoq, asperrimi confitentur, facturum aliquando bonum uirum, ut mendacium dicat, & quidem nonnunquā leuioribus causis, ut in pueris ægro tantibus utilitatis eorum gratia multa fingimus, multa non facturi t pro-
 mittimus, nedum si ab homine occidendo grassator auertendus sit, aut hostis pro salute patriæ fallendus, ut hoc quod aliās in seruis quoq, reprehendendum est, sit aliās in ipso sapiente laudandum. Id si constiterit, mul-

Cta iam uideo posse euenire, propter quæ orator bene suscipiat tale causæ genus, quale remota ratione honesta non suscepisset. Nec hoc dico, quia se ueriores sequi placet leges pro patre, fratre, amico, periclitantibus, tamen si non mediocris hæsitatio est, hinc iustitiæ proposita imagine, inde pietatis, nihil dubij relinquamus. Sit aliquis insidiatus tyranno, atque ob id reus, utrū ne saluū eum uolet is qui à nobis finitur orator? an si tuendū susceperit, non tam falsis defendet, quam qui apud iudices malam causam tuetur. Quid si quædā benefacta damnaturus est iudex, nisi ea non esse facta conuicerimus, non uel hoc modo seruabit orator non innocentē modō, sed etiā laudabilem ciuem? Quid, si quædā iusta natura, sed conditione temporū inutilia ciuitati sciemus? Nonne utemur arte dicendi bona quidē, sed malis artibus similia? Ad hoc nemo dubitabit, quin si nocentes mutari in bonam mentē aliquo modo possint, sicut posse interdū cōceditur, saluos esse eos magis ē repub. sit quam puniri. Si liqueat igitur oratori futurum bonum uirū, cui uera obijciuntur, non id aget, ut saluus sit. Da nunc ut crimine manifesto prematur dux bonus, & sine quo uincere honeste ciuitas non possit, nonne ei communis utilitas oratorem aduocabit? Certe Fabritius Cornelium Rufinum, alioqui & malum ciuem, & sibi inimicū, tamen quia utilem sciebat ducem imminente bello, palam consulem suffragio suo fecit, atque id mirantibus quibusdā respondit, à ciue se spoliari malle, quam ab hoste uenire. Ita hic si fuisset orator, non defendisset eundem Rufinum, uel manifesti peculatus reum? Multa dici possent similia, sed uel unum ex his quodlibet sufficit. Non enim hoc agimus, ut istud illi, quem formamus uiro sit sæpe faciendum, sed ut si talis cōgerit ratio, sit tamen uera finitio, oratorē esse uirū bonū dicendi peritū. Præcipere uero ac discere quo modo etiā probatione difficilia tractent, necesse est. Nam frequēter etiā optimæ causæ similes sunt malis, & innocēs reus multis uerisimilibus premit. Quo fit, ut eadē actionis ratione defendendus sit, quasi nocens esset. Iam innumerabilia sunt bonis causis malisq; cōmunia, testes, literæ, suspiciones, opinioniones. Non aliter aut uerisimilia, q̄ uera & cōfirmanē & refelluntur. Quapropter ut res feret, flectetur oratio, manente honesta uolūtate.

Cognoscenda esse Oratori quibus mores formentur. CAP. II.

Qvando igitur orator est uir bonus, is autem citra uirtutem intelligi non potest, uirtus etiam si quosdam impetus à natura sumit, tamen perficienda doctrina est, mores ante omnia oratori studijs erunt excolendi, atque omnis honesti iusti q̄ disciplina pertractanda, sine qua nemo nec uir bonus esse, nec dicendi peritus potest, nisi forte accedamus his, qui natura constare mores, & nihil adiuuari disciplina putant, scilicet ut ea quidem, quæ manu fiunt, atque eorum etiam contemptissima, confiteantur egere doctoribus. uirtutem uero, qua nihil homini quo ad deos immortales propius accederet datum est, obuiam & illaboratam tantū quia nati sumus habeamus. Abstinent erit, qui id ipsum quid

A quid sit abstinentia ignorarit? Et fortis, qui metus doloris, mortis, superstitionis nulla ratione purgauerit. Et iustus, qui æqui boniq; tractatū, qui leges, quæ natura sunt omnibus datæ, quæq; proprie populis & gētibus constitutæ, non eruditore aliquo sermone tractarit? O quam istud parū putant, quibus tam facile uidetur. Sed hoc transeo, de quo neminem, qui literas uel primis (ut aiunt) labris degustarit, dubitaturū puto, ad illud sequens reuertar, ne dicendi quidem satis peritū fore, qui non & naturæ uim omnē penitus perspexerit, & mores præceptis ac ratione formarit. Neq; enim frustra in tertio de Oratore libro L. Crassus cuncta quæ de æquo, iusto, uero, bono, deq; his quæ sunt contra posita, dicuntur, propria esse oratoris affirmat, ac philosophos cū ea dicendi uiribus tuentur, uti rhetorum armis, non suis. Idem tamen confitetur ea iam esse à philosophia petenda, uidelicet quia magis hæc illi uidetur in possessione earum rerū fuisse. Hinc etiam illud est, quod Cicero pluribus libris & epistolis testatur, dicendi facultatē ex intimis sapientiæ fontibus fluere, ideoq; aliquandiu præceptores eosdem fuisse morum atque dicendi. Quapropter hæc exhortatio mea non eō pertinet, ut esse oratorem philosophum uelim, quando non alia uitæ secta longius à ciuilibus officijs, atque ab omni munere oratoris recessit. Nam quis philosophorum aut in iudicijs frequens, aut clarus in concionibus fuit? Quis deniq; in ipsa, quam maxime pleriq; eorū uitandam præcipiunt, reipub. administratione uersatus est? Atqui ego illum quem instituo, Romanum quendam uelim esse sapientem, qui non secretis disputationibus, sed rerum experimentis atque operibus uere ciuilem uirū exhibeat. Sed quia deserta ab his qui se ad eloquentiam contulerunt, studia sapientiæ, non iam in actu suo, atque in hac fori luce uersantur, sed in porticus & gymnasia primum, mox in conuentus scholarum recesserunt, id quod est oratori necessarium, nec à dicendi præceptoribus traditur, ab his petere nimirum necesse est, apud quos remansit. Euoluendi penitus autores, qui de uirtute præcipiunt, ut oratoris uita cum scientia diuinarum rerum sit humanarumq; coniuncta. Quæ ipsæ quanto maiores ac pulchriores uiderentur, si illas hi docerent, qui etiam eloqui præstantissime possent. Utinamq; sit tempus unquam, quo perfectus aliquis, qualem optamus, orator, hanc partem superbo nomine, & uitijs quorundam bona eius corrumpentium inuisam uendicet sibi, ac uelut rebus repetitis in corpus eloquentiæ adducat. Quæ quidem cum sit in tres diuisa partes, naturalem, moralem, rationalem, quæ tandem non est cum oratoris opere coniuncta? Nam ut ordinem retrō agamus, de ultima illa, quæ tota uersatur in uerbis, nemo dubitauerit, si & proprietates uocis cuiusq; nosse, & ambigua aperire, & perplexa discernere, & de falsis iudicare, & colligere ac resolvere quæ uelis, oratorū est, quanquam ea non tam est minute atque concise in actionibus utendum, quam in disputationibus: quia non docere modō, sed mouere etiam ac delectare audientes debet orator, ad quod

C impetu quoque & uiribus, ac decore est opus, ut uis annium maior est alis
 ripis, multoque gurgitis tractu fluentium, quam tenuis aquae, & obiectu lapil
 lorum resultantis. Et ut Palæstrici doctores illos quos ^{inumeros} ueros uocant, non
 idcirco discipulis tradunt, ut his omnibus hi qui didicerunt, in ipso lu
 ctandi certamine utantur, plus enim pondere, & firmitate, & spiritu agi
 tur, sed ut subsit copia illa, ex qua unum aut alterum cuius se occasio dede
 rit, efficiant. Ita hæc pars dialectica, siue illam dicere malimus disputati
 cem, ut est utilis sæpe, & finitionibus, & comprehensionibus, & separan
 dis quæ sunt differentia, & resoluenda ambiguitate, & distinguendo, di
 uidendo, illiciendo, implicando, ita si totum sibi uendicauerit in foro certa
 men, obstabit melioribus, & sectas ad tenuitatem suam uires ipsa subtilita
 te consumet. Itaque reperias quosdam in disputando mire callidos, cum ab
 illa uero cauillatione discesserint, non magis sufficere in aliquo grauiore
 actu, quam parua quædam animalia, quæ in angustijs mobilia campo depre
 hendunt. Iam quidem pars illa moralis quæ dicitur Ethice, certe tota orato
 ri est accommodata. Nam in tanta causarum, ut superioribus libris diximus,
 uarietate, cum alia coniectura quaeratur, alia finitionibus concludantur, alia
 iure summoveantur, uel transferantur, alia colligantur, uel ipsa inter se con
 currant, uel in diuersum ambiguitate ducantur, nulla ferè dici potest, cuius
 non parte in aliqua tractatus æqui & boni reperiantur. Pleraque uero esse
D quis nescit, quæ tota in sola qualitate consistant. In consilijs uero, quæ ratio
 suadendi est ab honesti quaestione seposita. Quinetiam illa pars tertia, quæ
 laudandi ac uituperandi officijs continetur, nempe in tractatu recti prauique
 uersat. An de iustitia, fortitudine, abstinentia, temperantia, pietate non plu
 rima dicit orator. Sed ille uir bonus, qui hæc non uocibus tantum sibi nota,
 atque nominibus aurium tenuis in usum linguæ perceperit, sed qui uirtutes
 ipsas mente complexus ita sentiet, nec in cogitando ita laborabit, sed quod
 sciet uere dicet. Cum autem sit omnis generalis quaestio speciali potentior, quia
 uniuerso partes continent, non utique accedit parti quod uniuersum est, profe
 cto nemo dubitabit generales quaestiones in illo maxime studiorum more
 uersatas. Iam uero cum sint multa proprijs breuibusque comprehensionibus si
 nienda, unde etiam status causarum dicitur finitiuus, nonne ad id quoque instrui ab
^{his} talibus qui plus in hoc studij dederunt oportet. Quid? non quaestio iuris omnis
 aut uerborum proprietate, aut æqui disputatione, aut uoluntatis coniectura con
 tinetur? quorum pars ad rationalem, pars ad moralem tractatum redundat. Ergo
 natura permixta est omnibus istis oratio, quæ quidem oratio est uere. Nam
 ignara quidem huiusce doctrinae loquacitas erret necesse est, ut quæ uel nul
 los, uel falsos duces habeat. Pars uero naturalis cum est ad exercitationem di
 cendi tanto cæteris uberior, quanto maiore spiritu de diuinis rebus quam
 humanis loquendum est, tum illam etiam moralem, sine qua nulla esse, ut docui
 mus, oratio potest, totam complectitur. Nam si regit prouidentia mundus, ad
 ministranda certe bonis uiris erit respub. Si diuina nostris animis origo,
 tenden

A tendendum ad uirtutem, nec uoluptatibus terreni corporis seruiendum.
 An hoc non frequenter tractabit orator? Iam de Augurum responsis reli
 gione denique omni, de quibus maxima sæpe in senatu consilia uersata sunt,
 non erit ei differendum. Siquidem (ut nobis placet) futurus est uir idem ci
 uilis. Quæ denique intelligi saltem potest eloquentia hominis optima nesci
 entis. Hæc si ratione manifesta non essent, exemplis tamen credi emus.
 Siquidem & Periclem, cuius eloquentia etiam si nulla ad nos monumenta
 uenerunt, uim tamen quandam incredibilem cum historicis, tum etiam liber
 rimum genus hominum comici ueteres tradunt, Anaxagoræ ^{philosophi} physici con
 stat auditorem fuisse, & Demosthenem principem omnium Græciæ ora
 torum dedisse operam Platoni. Nam M. Tullius non tantum se debere scho
 lis rhetorum, quantum Academiae spatij, frequenter ipse testatus est. Neque
 se tanta in eo unquam fudisset ubertas, si ingenium suum consepito fori, non
 ipsius rerum naturæ finibus terminasset. Verum ex hoc alia mihi quaestio
 exoritur, quæ secta conferre plurimum eloquentia possit, quamquam ea
 non inter multas potest esse contentio. Nam Epicurus in primis nos a se
 ipse dimittit, qui fugere omnem disciplinam nauigatione quam uelocissime
 iubet. Neque uero Aristippus summum in uoluptate corporis bouum po
 nens, ad hunc nos laborem adhortetur. ^{Patronus} Pyrrho quidem quas habere in
 hoc opere partes potest, cui iudices esse apud quos uerba faciat, & reum
 pro quo loquatur, & senatum in quo sit dicenda sententia, non liquebit. ^{Academiam}
B ^{Academiam} quocumque quidam utilissimam credunt, quod mos in utraque partem dis
 ferendi ad exercitationem forensium causarum proxime accedat. Adiciunt
 loco probationis, quod ea præstantissimos in eloquentia uiros ediderit.
 Peripatetici studio quoque se quodam oratorio iactant. Nam thesis dicere
 exercitationis gratia, ferè ab his est institutum. Stoici sicut copiam nitore
 rumque eloquentia ferè præceptoribus suis defuisse concedant necesse est,
 ita nullos aut probare acrius, aut concludere subtilius contendunt. Sed hæc
 inter ipsos, qui uel sacramento rogati, uel etiam superstitione constricti,
 nefas ducunt a suscepta semel persuasione discedere. Oratori uero nihil
 est necesse in cuiusquam iurare leges. Maius enim est opus atque præstan
 tius ad quod ipse tendit, & cuius est uelut candidatus, siquidem est futu
 rus tum uitæ, tum etiam eloquentia laude perfectus. Quare in exemplum
 bene dicendi facundissimum quenque proponet sibi ad imitandum, moribus
 uero formandis ^{queque} quam honestissima præcepta, rectissimamque ad uirtutem
 uiam deliget. Exercitatione quidem utetur omni, sed tamen erit plurimus
 in maximis quibusque ac natura pulcherrimis. Nam quæ potest materia re
 periri ad grauius copioseque dicendum magis abundans, quam de uirtute,
 de repub. de prouidentia, de origine animorum, de amicitia. Hæc sunt qui
 bus mens pariter atque oratio insurgant, quæ uere bona, quæ mitigent me
 tus, coercent cupiditates, eximant nos opinionibus uulgi, animumque celestem.
 Neque ea solum quæ talibus disciplinis continentur, sed magis etiam quæ sunt

C tradita antiquitus, dicta, ac facta præclare, & nosse, & animo semper agitare conueniet. Quæ profecto nusquam plura maioraq̃, quàm in nostræ ciuitatis monumentis reperientur. An fortitudinem, fidem, iustitiã, continentiam, frugalitatem, contemptũ doloris ac mortis, melius alij docebũt, quàm Fabritij, Curiij, Regulij, Decij, Mutij, alijq̃ innumerabiles? Quantum enim Græci præceptis ualent, tantũ Romani (quod est maius) exemplis, tantũ quod nõ cognatis id e rebus admoneri, qui nõ modò proximũ tempus, lucemq̃ præsentem intueri satis credat, sed omnem posteritatis memoriã, spatiũ uitæ honeste, & curriculũ laudis existimet. Hinc mihi illæ iustitiæ haustus bibat, hinc sumptã libertatẽ in causis atq̃ cõsilijs præstet. Neq̃ erit perfectus orator, nisi qui honeste dicere & sciet & audebit.

Necessariam Iuris ciuili Oratori esse scientiam CAP. III.

Iuris quoq̃ ciuili necessaria huic uiro scientia est, & morũ ac religionũ eius reipublicæ quam capeisset. Nam qualis esse suus for in cõsilijs publicis priuatis ue poterit, tot rerũ quibus præcipue ciuitas cõtinetur, ignarus? Quo autem modo patronum se caufarum non falso dixerit, qui quod est in causis potentissimum, sit ab altero petiturus, penẽ non dissimilis his qui poetarũ scripta pronunciant? Nam quodammodo mandata perferet, & ea quæ sibi à iudice credi postulaturs est, aliena fide dicet, & ipse litigantium auxiliator egebit auxilio.

† autem Quod ut fieri nonnunq̃ minore incommodo possit, cum domi præcepta & composita, & sicut cætera quæ in causa sunt, in discendo cognita ad iudicem perferet, quid fiet in his quæstionibus quæ subito inter ipsas actiones nasci solent? nõ deformiter respectet, & inter subsellia minores aduocatos interroget? Potest aut satis diligenter accipere quæ tum audiet cum ei dicenda sunt? aut fortiter affirmare, aut ingenue pro suis dicere? Possit in actionibus. Quid fiet in altercatione, ubi occurrẽdũ continuò, nec libera ad discendum mora est? Quid si forte peritus iuris ille nõ aderit? Quid si quis nõ satis in ea re doctus, falsum aliquid subiecerit? Hoc enim est maximũ ignorantia malũ, quod credit eum scire qui moneat. Neq̃ ego sum nostri moris ignarus, oblitus ue eorum, qui uelut ad arculas sedent, & tela agentibus subministrant, neq̃ idem Græcos quoq̃ nescio factitalle, unde **Pragmatici.** nomen his Pragmaticorũ datũ est. Sed loquor de oratore qui non clamorem modò suum causis, sed omnia quæ profutura sunt, debet. Itaq̃ eum nec inutilem si ad horẽ fortẽ cõstiterit, neq̃ in testationibus faciendis esse imperitum uelim. Quis enim potius præparabit ea, quæ cum aget esse in causa uelit? Nisi forte imperatorem quis idoneũ credit in prælijs quidem strenuum & fortem, & omnium quæ pugna poscit artificem, sed neq̃ delectus agere, nec copias contrahere atq̃ instruere, nec prospicere cõmeatus, nec locum capere castris scientem: prius est enim certe parare bella quàm gerere. At qui similibus huic sit aduocatus, si plura quæ ad uincendum ualent, alijs reliquerit. Cum præsertim hoc quod est maxime necessarium,

A rium, non tam sit arduũ quàm procul intuentibus fortasse uideatur. Nanque omne ius quod est certum, aut scripto, aut moribus constat. Dubium æquitatis regula examinandũ est. Quæ scripta sunt aut posita in more ciuitatis, nullam habent difficultatem: cognitionis sunt enim, non inuentio nis: at quæ consultorũ responsis explicantur, aut in uerborũ interpretatione sunt posita, aut in recti prauiq̃ discrimine. Vim cuiusq̃ uocis intelligere, aut cõmune prudentium est, aut propriũ oratoris, æquitas optimo cuiq̃ notissima est. Nos porrò & bonum uirum, & prudentem in primis oratorem putamus, qui cum se ad id quod est optimum natura direxerit, non magnopere cõmouebitur, si quis ab eo consultus dissentiet, cum ipsis illis diuersas inter se opiniones tueri concessum sit. Sed etiam si nosse quid quisq̃ senserit, uolet, lectione opus est, qua nihil est in studijs minus laboriosum. Quod si pleriq̃ desperata facultate agendi ad discendũ ius declinauerunt, quàm id scire facile est oratori, quod discunt qui sua quoq̃ confessione oratores esse non possunt? Verum & M. Cato cum in dicendo præstantissimus, tum iuris fuit idem peritissimus. Et Scæuolæ Seruioq̃ Sulpitio concessa est etiam faciendæ uirtus. Et M. Tullius nõ modò inter agendum nunquam est destitutus scientia iuris, sed etiam componere aliqua de eo cõperat, ut appareat posse oratorem non discendo tantum iuri uacare, sed etiam docendo. Verũ ea quæ de moribus excolendis studioq̃ iuris præcipimus, ne quis eo credat reprehendenda, quod multos cognouimus, qui tædio laboris, quem ferre tendentibus ad eloquentiam necesse est, confugerint ad hæc diuertacula desidie, quorum alij se ad album ac rubricas transtulerunt, & formularij, uel, ut Cicero ait, legulei quidem esse aluerunt, tanquam utiliora eligentes ea, quorum solam facilitatem sequebantur, alij pigritiæ arrogantioris, qui subito fronte conficta immiffaq̃ barba, uelut despexissent oratoria præcepta, paulum aliquid federunt in scholis philosophorum, ut deinde in publico tristes, domi dissoluti, captaent autoritatem contemptu cæterorum. Philosophia enim simulari potest, eloquentia non potest.

Necessariam Oratori cognitionem Historiarum. CAP. IIII.

In primis uero abundare debet orator exemplorũ copia, cum ueterũ tum etiam nouorũ, adeò ut nõ ea modò quæ conscripta sunt historijs, aut sermonibus, uelut per manus tradita, quæq̃ quotidie aguntur debeat nosse, uerum ne ea quidem quæ sunt à clarioribus poetis ficta, negligere. Nam illa quidem priora, aut testimoniorum, aut etiam iudicatorum obtinent locum. Sed hæc quoq̃ aut uetustatis fide tuta sunt, aut ab hominibus magnis præceptorum loco ficta creduntur. Sciat ergo quamplurima, unde etiam senibus autoritas maior est, quod plura nosse & uidisse creduntur, quod Homerus frequentissime testatur. Sed non est expectanda ultima ætas, cum studia præstent, ut quantum ad cognitionẽ pertinet rerũ, etiã præteritis seculis uixisse uideamur.

B b

Hæc sunt quæ me redditurum promiseram instrumenta, non artis, ut quidam putauerunt, sed ipsius oratoris. Hæc arma habere ad manum, horum scientia debet esse succinctus, accedente uerborum figurarumque facili copia, & inuentionis ratione, & disponendi usu, & memoriæ firmitate, & actionis gratia. Sed plurimum ex his ualet animi præstantia, quam nec metus frangat, nec acclamatio terreat, nec audientium autoritas ultra debitam reuerentiã tardet. Nam ut abominanda sunt contraria his uitia, confidentiæ, temeritatis, improbitatis, arrogantiæ, ita citra constantiam, fidutiam, fortitudinem, nihil ars, nihil studium, nihil profectus ipse profuerit, ut si des arma timidus & imbellibus. *Inuitus me hercle dico (quoniã & aliter accipi potest) ipsam uerecundiã, uirtutum quidem, sed amabile, & quæ uirtutes facillime generet, esse interim aduersam, multisque in causa fuisse, ut bona ingenij studijque in lucem non prolata, situ quodam secreti consumerentur. Sciat autem si quis hæc forte minus adhuc peritus distinguendi uim cuiusque uerbi, legat, non probitatem à me reprehendendi, sed uerecundiã quæ est timor quidam reducens animum ab his quæ faciendæ sunt. Inde confusio, & coepti poenitentia, & subitum silentium. Quis porro dubitet uitij ascribere affectum, propter quem facere honeste pudet. Neque ego rursus nolo eum qui sit dicturus, et sollicitum surgere, & colore mutari, & periculum intelligere: quæ si non accident, etiam simulanda erunt, sed intellectus hic sit operis, non metus, moueamurque, non concidamus. Optima est autem emendatio uerecundiæ fidutia, & quamlibet imbecilla frons magna conscientia sustinetur. Sunt & naturalia, ut supra dixi, quæ tamen & cura iuuantur, instrumenta, uox, latus, decor, quæ quidem tantum ualent, ut frequenter famam ingenij faciant. Habuit oratores ætas nostra copiosiores, sed cum diceret, eminere inter æquales Trachalus uidebatur, ea corporis sublimitas erat, is ardor oculorum, frontis autoritas, gestus præstantia, uox quidem non ut Cicero desiderat, penè tragædorū, sed super omnes, quos ego quidem audierim tragædos. Certe cum in basilica lulia diceret primo tribunali, quatuor autem iudicia, ut moris est, cogerent, atque omnia clamoribus fremerent, & auditum cum, & intellectum, & quod agentibus cæteris contumeliosum fuit, laudatum quoque ex quatuor tribunali bus memini. Sed hoc uotum est, & rara felicitas: quæ si non adsit, sanè sufficiat ab his quibus quis dicit, audiri. Talis esse debet orator, & hæc scire.*

Quod sit incipiendi causas agere tempus. CAP. VI.

Agendum autem initium sine dubio secundum uires cuiusque sumentum est, neque ego annos definiam, cum Demosthenem puerum admodum actiones pupillares habuisse manifestum sit: Caluus, Cæsar, Pollio, multum ante quæstoriam omnes ætatem grauissima iudicia susceperint. Prætextatos egisse eosdem sit traditum. Cæsar Augustus duodecim natus annos auiam pro rostris laudauerit. Modus mihi uidetur

Verecundiã.

populares

quosdam

A uidetur quidam tenendus, ut neque præpropere distringatur immatura frons, & quicquid est illud adhuc acerbum proferatur. Nam inde & contemptus operis innascitur, & fundamenta iaciuntur impudentiæ, & (quod est ubique perniciosissimum) præuenit uires fidutia. Nec rursus differendum est tyrocinium in senectutem. Nam quotidie metus crescit, maiusque fit semper quod ausuri sumus: & dum deliberamus quando incipiendum sit, incipere iam serum est. Quare fructum studiorum uiridem, & adhuc dulcem promi decet, dum & uenia, & spes est, & paratus fauor, & audere non dedecet, & si quid desit operi supplet ætas: & si qua dicta sunt iuueniliter, pro indole accipiunt, ut totus ille Ciceronis pro Sex. Roscio locus: Quid enim tam commune quam spiritus uiuis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus eiectis? Quæ cum sex & uiginti natus annos, summis audientium clamoribus dixerit, deferuisse tempore, & annis liquata iam senior idem fatetur. Et hercle quantumlibet secreta studia contulerint, est tamen proprius quidam fori profectus, alia lux, alia ueri, & discriminis facies, plusque si separet, usus sine doctrina, quam citra usum doctrina ualeat. Ideoque nonnulli senes in schola facti stupent nouitate cum in iudicia uenerunt, & omnia suis exercitationibus similia desiderant. At illic & iudex tacet, & aduersarius obstrepit, & nihil temere dictum perit, & si quid tibi ipse sumas, probandum est, & laboratam congestamque dierum ac noctium studio actionem aqua deficit, & omissa magna semper flandi tumore, in quibusdam casualis loquendum, quod illi disertis minime sciunt. Itaque nonnullos reperias, qui sibi eloquentiores uideantur, quam ut causas agant. Cæterum illum quem iuuenem tenerisque adhuc uiribus nitentem in forum deduximus, & incipere quammaxime facili ac fauorabili causa uelim, ferarum uti catuli molliore præda saginantur, & non utique ab hoc initio continuare operam, & ingenio adhuc alendo callum inducere, sed iam scientem quid sit pugna, & in qua rem studendum sit, refici atque renouari. Sic & tyrocinij metum dum facilius est audere, transierit, nec audendi facilitatem usque ad contemptum operis adduxerit. Usus est & hac ratione M. Tullius, & cum iam clarum meruisset inter patronos, qui tum erant, nomen, in Asiam nauigauit, seque & alijs sine dubio eloquentiæ ac sapientiæ magistris, sed præcipue tamen Apollonio Moloni, quem quoque audierat Rhodi, rursus reformandum, ac uelut recoquendum dedit. Tum dignum operæpretium uenit, cum inter se congruunt præcepta & experimenta.

Quæ in suscipiendis causis Oratori obseruanda sint. CAP. VII.

Cum satis in omne certamen uirium fecerit, prima ei cura in suscipiendis causis erit. In quibus defendere quidem reos profecto quam facere uir bonus malet, non tamen ita nomen ipsum accusatoris horrebit, ut nullo neque publico, neque priuato duci possit officio, ut aliquem ad reddendam rationem uitæ uocet. Nam & leges, ipsæ nihil ualent, nisi autoris idonea uoce munitæ: & si poenas scele-

luctus

disimilis

Cum expetere fas non est, propè est ut scelera ipsa permiffa sint, & licentiam malis dari certe contra bonos est. Quare neque sociorum querelas, nec amici uel propinqui necem, nec erupturas in rempublicam conspirationes inultas patietur orator, non poenae nocentium cupidus, sed emendandi uitia, corrigendiq; mores. Nam qui ratione traduci ad meliora non possunt, solo metu continentur. Itaq; ut accusatoriam uitam uiuere, & ad deferendos reos praemio duci, proximum latrocinio est, ita pestem intestinam propulsare, cum propugnatoribus patriae comparandum. Ideo principes in republica uiri non detractauerunt hanc officij partem, creditiq; sunt etiam clari iuuenes obsidem reipublicae dare malorum ciuium accusationem, quia nec odisse improbos, nec simulates prouocare, nisi ex fiducia bonae mentis uidebantur. Idq; cum ab Hortensio, Lucullis, Sulpitio, Cicerone, Caesare, plurimis alijs, tum utroq; Catone factum est, quorum alter appellatus est sapiens, alter nisi creditur fuisse, uix scio cui reliquerit huius nominis locum. Nanque defendet omnis orator, idemq; portum illum eloquentiae suae salutarem, non etiam piratis patefaciet, duceturq; in aduocationem maxime causa. Quoniam tamen omnes qui non improbe litigabunt, quorum certe pars est, sustinere non potest unus, aliquid etiam commendantium personis dabit, & ipsorum qui iudicio discernent, aut optime cuiusque uoluntate moueatur: nanque hos & amicissimos habebit uir bonus. Submouendum uero est utrunq; ambitus genus, uel potentibus contra humiles uenditandi operam suam, uel illud etiam iactantius, minores utique contra dignitatem attollendi. Non enim fortuna causas uel iustas uel improbas facit. Neque uero pudor obstat, quo minus susceptam, cum melior uideretur, litem, cognita inter descendum iniquitate dimittat, cum prius litigatori dixerit uerum. Nam & in hoc maximum, si aequi iudices sumus, beneficium est, ut non fallamus uana spe litigantem. Neque enim dignus opera patroni, qui non utitur consilio. Et certe non conuenit ei quem oratorem esse uolumus, iniusta tueri scientem. Nam si ex illis quas supra diximus causis falsum tuebitur, erit tamen honestum quod ipse faciet. Gratis ne ei semper agendum sit, tractari potest. Quod ex prima statim fronte diiudicare imprudentium est. Nam quis ignorat, quin id longe sit honestissimum, ac liberalibus disciplinis, & illo quem exigimus animo dignissimum, non uendere operam, nec eleuare tanti beneficii auctoritatem? Cum pleraq; hoc ipso possint uideri uilia, quod pretium habent. Caecis hoc, ut aiunt, satis clarum est, nec quisquam qui sufficientia sibi (modica autem haec sunt) possidebit, hunc quaestum sine crimine sordium fecerit. At si res familiaris amplius aliquid ad usus necessarios exiget, secundum omnes sapientium leges patietur sibi gratiam referri, cum & Socrati collatum sit ad uictum, & Zenon, Cleanthes, Chrysippus mercedes a discipulis acceptauerint. Neque enim uideo quae iustior acquirendi ratio, quam ex honestissimo labore, & ab his de quibus optime meruerint, quicq;

† quae in loquendo exigimus

A quicq; si nihil inuicem praestent, indigni fuerint defensione. Quod quidem non iustum modò, sed necessarium etiam est, cum haec ipsa opera tempus uel omne alienis negotijs datum, facultatem aliter acquirendi recidant. Sed tum quoq; tenendus est modus, ac plurimum refert, & a quo accipiat, & quantum, & quousque. Paciscendi quidem ille piraticus mos, & imponentium periculis pretia procul abominanda, negotiatio etiam a mediocriter improbis aberit, cum praesertim bonos homines bonasq; causas tuenti non sit metuendus ingratus: qui si futurus, malo tamen ille peccet. Nihil ergo acquirere uolet orator ultra quam satis erit, ac ne pauper quidem tanquam mercedem accipiet, sed mutua beneuolentia utetur, cum sciet se tanto plus praestitisse, quia nec uenire hoc beneficium oportet, nec perire. Denique ut gratus sit, ad eum magis pertinet qui debet.

Quae in descendis causis Oratori obseruanda sint.

CAPVT VIII.



Droxima descendae causae ratio, quod est oratoris fundamentum. Neque enim quisquam tam ingenio tenui reperietur, qui cum omnia quae sunt in causa, diligenter cognouerit, ad docendum certe iudicem non sufficiat. Sed eius rei paucissima cura est. Nam ut taceam de negligentibus, quorum nihil refert ubi litium cardo uertatur, dum sint quae uel extra causam ex personis ac communi tractatu locorum occasionem clamandi largiantur, aliquos & ambitio peruertit, qui partim tanquam occupati, semperq; aliud habentes, quod ante agendum sit, pridie ad se uenire litigatorem, aut eodem matutino iubent, nonnunquam etiam inter ipsa sublellia didicisse se gloriantur: partim iactantia ingenij, ut res cito accepisse uideant, tenere se & intelligere penè prius quam audiant mentiti, cum multa, & diserte summisque clamoribus, quae neq; ad iudicem, neq; ad litigatorem pertineant, decantauerunt, bene [†]suadentes, beneq; comitati per forum reducuntur. Ne illas quidem tulerim delicias eorum, qui doceri amicos suos iubent, quam minus mali est, si illi saltem recte discant, recteq; doceant. Sed quis discet tam bene quam patronus? Quomodo autem sequester ille, & media litiu manus, & quidam interpres impendet aequo animo laborem in alienas actiones, cum dicturus ipse non sit? Pessimae uero consuetudinis, libellis esse contentum, quos componit aut litigator, qui confugit ad patronum, quia liti ipse non sufficit, aut aliquis ex eo genere aduocatorum, qui se non posse agere contentur, deinde faciunt id quod est in agendo difficilimum. Nam qui iudicare quid dicendum, quid dissimulandum, quid declinandum imitandum uel fingendum etiam sit, potest, cur non sit orator, quando quod difficilius est facit? Hi porro non tantum nocerent, si omnia scriberent, uti gesta sunt. Nunc consilium & colores adiungunt, & aliqua peiora ueris, quae pleriq; cum acciperunt, immutare nefas habent, & uelut themata in scholis posita custodiunt.

B b 3

C Deinde reprehendunt, & causam quā discere ex suis litigatoribus noluerunt, ab aduersarijs discunt. Liberū igitur demus ante omnia his, quorū negotium erit, tempus ac locū, exhortemurq; ultrò, ut omnia quamlibet uerbose, & unde uolent ^{†repetito} ^{tempore} repetita ex tempore exponant. Non enim tam obest audire superuacua, quam ignorare necessaria. Frequenter autem & uulnus, & remedium in his orator inueniet quæ litigatori in neutram partem habere momentum uidebantur. Nec tanta sit acturo memoriæ fiducia, ut subscribere audita pigeat. Nec semel audisse sit satis, cogendus eadem iterum dicere, ac sæpius litigator, non solum quia effugere aliqua prima expositione potuerunt, præsertim hominem, quod sæpe euenit, impetum, sed etiam ut sciamus an eadem dicat. Plurimi enim mentiuntur, & tanquam non doceant causam, sed agant, non ut cum patrono, sed ut cum iudice loquuntur. Quapropter nunquam satis credendum est, sed agitanus omnibus modis, & turbandus, & euocandus. Nam ut medicis non apparentia modò uicia curanda sunt, sed etiam inuenienda quæ latent, sæpe ea ipsis qui sanandi sunt occultentibus, ita aduocatus plura quam ostenduntur ^{†accipiat} aspiciat. Nam cū satis in audiendo patientiæ impenderit, in aliam rursus ei personam transeundum est, agendusq; aduersarius, proponendum quicquid omnino excogitari contra potest, quicquid recipi in eiusmodi disceptatione natura. Interrogandus quam infestissime, ac premedus. Nam dum omnia quærimus, aliquando ad uerum, ubi minime expectauimus, peruenimus. In summa, optimus est in discendo patronus incredulus. Promittit enim litigator omnia, testem, populum, paratissimas connotationes, ipsum deniq; aduersarium quædam non negaturum. Ideoq; opus est intueri omne litis instrumentum, quod uidere non est satis, perlegendū erit. Nam frequentissime aut non sunt omnino quæ promittebant, aut minus continent, aut cū alio aliquo nocituro permixta sunt, aut nimia sunt, & fidem hoc ipso detractura, quod non habent modum. Deniq; linū ruptū, aut turbata cera, aut sine agnitione signa frequenter inuenies: quæ nisi domi excusseris, in foro inopinata decipient, plusq; nocebūt destituta, quam nō promissa nocuissent. Multa etiā quæ litigator nihil ad causam pertinere crediderit, patronus eruet, modò per omnes quos tradidimus argumentorū locos eat, quos ut circūspectare in agendo, & attentare singulos minime cōuenit, propter quas diximus causas, ita in discendo rimari necessariū est, quæ personæ, quæ tempora, quæ loca, instituta, instrumenta, ceteraq; ex quibus nō tantū illud quod est artificiale probationis genus colligi possit, sed qui metuendi testes, quo modo sint refellendi. Nam plurimū refert inuidia reus, an odio, an contemptu labore, quorum ferè pars prima superiores, proxima pares, tertia humiliores premit. Sic causam perscrutatus, propositis ante oculos omnibus quæ prosint noceant ue, tertiam deinde personā induat iudicis, fingatq; apud se agi causam, & quod ipsum mouisset de eadē re pronunciaturū, id potentissimū apud quęcunq; agatur

A agatur, existimet, & sic eum raro fallat euentus, aut culpa iudicis erit.

Quæ seruanda in agendis causis Oratori sint. CAP. IX.



Væ sint in agendo seruanda, toto ferè opere executi sumus, pauca tamen propria huius loci, quæ non tam dicendi arte, q; officijs agendi continentur, attingam. Ante omnia, ne (quod plerisq; accidit) ab utilitate cum causæ presentis cupido laudis abducatur. Nam ut gerētibus bella nō semper exercitus per plana & amœna ducendus est, sed adeundi plerunq; asperi colles, expugnandæ ciuitates, quālibet præcisitpositæ montibus, aut operū mole difficiles: ita oratio gaudebit quidē occasione ^{†impositæ} ^{rupibus} ^{†letius} latius decurrendi, & æquo congressa campo, totas uires populariter explicabit: at si iuris anfractus, aut eruendæ ueritatis latebras adire cogetur, nō obequitabit, nec illis uibrantibus concitatisq; sententijs uelut missilibus utetur, sed operibus, & cuniculis, & insidijs, & occultis artibus rem geret. Quæ omnia non dū fiunt laudantur, sed cum facta sunt, unde etiam minus cupidis opinionis, plus fructus uenit. Nam cum illa dicendi uitiosa iactatio inter plausores suos detonuit, resurgit ueræ uirtutis fortior fama, nec iudices à quo sint moti dissimulant, & doctis creditur, nec est orationis uera laus, nisi cū finita est. Veteribus quidem etiam dissimulare eloquentiā fuit moris, idq; M. Antonius præcipit, quo plus dicentibus fidei, minusq; suspectæ aduocatorum insidiæ forent. Sed illa dissimulari quæ tum erat potuit: nondū enim tantū dicendi lumen accesserat, ut etiam per obstantia erumperet. Quare artes quidem, & consilia lateant, & quicquid si deprehenditur perit. Hactenus eloquentia secretum habet. Verborum quidem delectus, grauitas sententiarū, figurarum elegantia, aut non sunt, aut apparent, sed uel propter hoc ipsum ostentanda non sunt, quod apparent: aut si unum è duobus eligendum, causa laudetur potius quam patronus. Finem tamen hunc præstabit orator, ut uideatur optimam causam optime egisse. Illud certū erit, neminem peius agere, quam qui displicente causa placet, necesse est enim extra causam sit quod placet. Nec illo fastidio laborabit orator, non agendi causas minores, tanquā infra eum sint, aut detractura sit opinioni minus liberalis materia. Nam & suscipiendi ratio iustissima est, officium, & optandum etiam ut amici quamminimas lites habeant, & abunde dixit bene, ^{†quis} ^{†quid} quis rei satisfecit. At quidam etiam si forte susceperint negotia paulò ad dicendum tenuiora, extrinsecus adductis ea rebus circumliniunt: ac si defecerint alia, conuicijs implent uacua causarum: si contingit, ueris: si minus, fictis, modo sit materia ^{†ingenua} ingenui, mereaturq; clamorem dum dicitur. Quod ego adeò longe puto ab oratore perfecto, ut eum ne uera quidem obiecturū, nisi id causa exigit, credam. Ea est enim prorsus canina, ut ait Appius, eloquentia, censuram maledicendi subire, quod facientibus etiā male audiendi præsumenda patientia est. Nam et in ipsos fit impetus frequenter qui egerunt, & certe patroni petulantiam litigator luit. Sed hæc

C minorā sunt ipso illo uitio animi, quo maledicus à malefico non distat, nisi occasione. Turpis uoluptas & inhumana, & nulli audientiū bono grata, à litigatoribus quidem frequenter exigitur, qui ultionē malunt, quā defensionem. Sed neq; alia multa ad arbitriū eorum faciendā sunt. Hoc quidem quis hominum liberi modò sanguinis sustineat, petulans esse ad alterius arbitrium? Atqui etiam in aduocatos partis aduersæ libenter nonnulli inuehūtur, quod nisi forte meruerint, & inhumanum est, respectu cōmuniū officiorum, & cum ipsi qui dicit inutile (nam idem iuris responsuris datur, tum causæ contrariū, quia planè aduersarij fiunt & inimici, & quantumcunq; his uirium est, contumelia auget. Super omnia perit illa quæ plurimū oratori, & autoritatis, & fidei affert modestia, si à uiro bono in rabulam latratoremq; conuertitur, compositus non ad animū iudicis, sed ad stomachum litigatoris. Frequenter etiam species libertatis deducere ad temeritatem solet, non causis modò, sed ipsis quoq; qui dixerunt periculo fam. Nec immeritò Pericles solebat optare, ne quod sibi uerbū in mentem ueniret, quo populus offenderetur. Sed quod ille de populo, id ego de omnibus sentio, qui tantundem possunt nocere. Nam quæ fortia dum dicuntur uidebantur, stulta cum læserunt uocantur. Nunc quia uarium ferè propositum agentium fuit, & quorundam cura tarditatis, quorundam facilitas temeritatis crimine laborauit, quem credā fore in hoc oratoris modum, tradere non alienum uidetur. Afferet ad dicendū curę semper quantum plurimum poterit: neq; enim solum negligentis, sed & mali, & in suscepta causa perfidi ac proditoris est peius agere quā possit. Ideoq; ne suscipiendæ quidem sunt causæ plures, quā quibus susceptorum se sciat. Dicit scripta quā res patietur plurima, & ut Demosthenes ait, si continget sculpta. Sed hoc aut primæ actiones, aut quæ in publicis iudicijs post interiectos dies dantur permiserint. At cum protinus respondendū est, omnia parari non possunt, adeò ut paulo minus promptis etiam innoceat scripsisse, si alia ex diuerso quā opinati fuerunt, occurrerint. Inuiti enim recedūt à præparatis, & tota actione respiciunt, requirūtq; num aliquid ex illis interuallis, atq; ex tempore dicendis inseri possit: quod si fiat, non cohæret, nec cōmissuris modò, ut in opere male iuncto hiantibus, sed ipsa coloris inæqualitate detegitur, ita nec liber est impetus, nec cura cōtexta, & utrunq; alteri obstat. Illa enim quæ scripta sunt, retinent animū, nō sequuntur. Itaq; in his actionibus, omni (ut agricolæ dicunt) pede standum est. Nam cum in propositione ac refutatione causa consistat, quæ nostræ partis sunt, scripta esse possunt, quæ etiam responsurū aduersariū certum est (est enim aliquando certū) pari cura refelluntur. Ad alia unū paratum afferre possumus, ut causam bene nouerimus, alterū ibi sumere, ut dicentem aduersarium diligenter audiamus. Licet tamen præcogitare plura, & animū ad omnes causas cōponere, idq; est tutius stylo, quo facilius et omititur, & transfertur. Sed siue in respondendo fuerit subitò dicendum, siue quæ

† iudicantur

† ideo

† narret

† nota

† summopere

A quæ alia ita exegerit ratio, nunquam oppressum se, ac deprehensum credit orator, cui disciplina & studium & exercitatio dederit uires etiam facilitatis, quemq; armatum semper, ac uelut in procinctu stantem non magis unquam in causis oratio, quā in rebus quotidianis ac domesticis sermo deficiet, nec se unquam propter hoc oneri subtrahet, modò sit causæ discendæ tempus, nam cætera semper sciet.

De genere dicendi. CAP. X.



Vperest ut dicā de genere orationis. Hic erat propositus à nobis in diuisione prima locus tertius: nam ita promiserā me de arte, de artifice, de opere dicturū. Cum sit autem rhetoris atq; oratoris opus oratio, pluresq; eius formæ, sicut ostendā, in omnibus his & ars est, & artifex, plurimū tamen inuicem differūt, nec solū specie, ut signū signo, & tabula tabulæ, & actione actio, sed genere ipso, ut à Græcis Tuscanicæ statuæ, & Asianus eloquens Attico. Suos autem hæc operū genera quæ dico, ut autores, sic etiā amatores habent, atq; ideo nondū est perfectus orator, ac nescio an ars ulla, nō solū quia aliud in alio magis eminet, sed quod nō una omnibus forma placuit, partim cōditione uel temporū uel locorū, partim iudicio cuiusq; ac proposito. Primi quorū quidem opera nō uetustatis modò gratia uisenda sunt, clari pictores fuisse dicuntur Polygnorus atq; Aglaophon, quorū simplex color tam sui studiosos adhuc habet, ut illa propè rudia ac uelut futuræ mox artis primordia, maximis, qui post eos extiterunt, autoribus præferant proprio quodam intelligendi, ut mea opinio fert, ambitu. Post Zeufis atq; Parrhasius, non multū ætate distantes. Circa Pelopōnesia ambo tempora: nam cum Parrhasio sermo Socratis apud Xenophontē inuenit, plurimū arti addiderunt. Quorum prior luminū umbrarumq; inuenisse rationē, secundus examinasse subtilius lineas traditur. Nam Zeufis plus membri corporis dedit, id amplius atq; augustius ratus, atq; ut existimant, Homerū secutus, cui ualidissima quæq; forma etiam in fœminis placet. Ille uero ita circūscripsit omnia, ut eum legūlatorem uocent, quia deorū atq; heroum effigies, quales ab eo sunt traditæ, cæteri tanq; ita necesse sit sequuntur. Floruit autē circa Philippū, & usq; ad successores Alexandri, pictura præcipue, sed ex diuersis uirtutibus: nam cura Protogenes, ratione Pamphilus ac Melanthius, facilitate Antiphilus, concipiendis uisionibus (quas *quædam* *et iug* uocāt) Theon Samius, ingenio & gratia, quā ipse in se maxime iactat, Apelles est præstātissimus. Euphranorē admirandū facit, quod & ceteris optimis studijs inter præcipuos, & pingendi fingendiq; idem mirus artifex fuit. Similis in statuis differentia: nam & duriora, & Tuscanicis proxima t Calon atq; Egesias, iam minus frigida Calamis, molliora adhuc supradictis Myron fecit. Diligentia ac decor in Polycleto supra ceteros, cui quāq; à plerisq; tribuitur palma, tamen ne nihil detrahatur, deesse pondus putant. Nam ut humanæ formæ decorē addiderit supra uerū, ita nō expleuisse deorū autoritatem uidetur, quin ætatē quoq; grauiorē dicitur

† Calo

C c

Crefugisse, nihil ausus ultra leues genas. At quæ Polycleto defuerunt, Phidias atq; Alcameni dantur. Phidias tam dijs q̄ hominibus efficiendis melior artifex traditur, in ebore uero longe citra æmulū, uel si nihil nisi Mineruam Athenis, aut Olympiū in Elide Iouem fecisset, cuius pulchritudo adiecisse aliquid etiā receptæ religioni uidentur, adeo maiestas operis deū æquauit. Ad ueritatē Lysippū & Praxitelē accessisse optime affirmant. Nam Demetrius tanq̄ nimius in ea reprehenditur et fuit similitudinis q̄ pulchritudinis amantior. In oratione uero si species intueri uelis, totidem penè reperies ingeniorū, quot corporū formas, sed fuerunt quædā genera dicendi cōditione temporū horridiora, alioqui magnā iam uim ingenij pre se ferentia. Hinc sunt Lælij, Africani, Catones, Gracchiq; quos tu licet Polygnotos uel Calonas appelles. Mediā illā formā teneant L. Crassus, Q. Hortensius. Tum deinde efflorescat nō multū inter se distantium tempore oratorum ingens prouentus, hinc uim Cæsaris, indolem Cælij, subtilitatem Callidij, grauitatē Bruti, acumen Sulpitij, acerbitatē Cassij, diligentiam Pollionis, dignitatē Messalæ, sanctitatē Calui reperimus. In his etiam quos ipsi uidimus, copiam Senecæ, uires Africani, maturitatem Afri, iucunditatem Crispi, sonum Trachali, elegantiam Secundi. At M. Tullium nō illum habemus Euphranorem circa pluriū artiū species præstantem, sed in omnibus quæ in quoq; laudantur, eminentissimū. Quem **D**tamen & suorū homines temporū incessere audebant, ut tumidiorem, & Asianum, & redundantē, & in repetitionibus nimium, & in salibus aliquando frigidum, & in compositione fractū, exultantem, ac penè, quod procul absit, uiro molliorē. Postea uero quā triumuirali proscriptione consumptus est, passim qui oderant, qui inuidebant, qui æmulabatur, adulatōres etiam præsentis potentia, nō responsurū inuaserunt. Ille tamen qui ieiunus à quibusdā atq; aridus habetur, nō aliter ab ipsis inimicis male audire, quā nimijs floribus & ingenij affluentia potuit, falsum utrūq; sed tamen illa mentiendi propior occasio. Præcipue uero presserunt eum qui uideri Atticorū imitatores cupiebāt. Hęc manus quasi quibusdā sacris initiata ut alienigenā, & uirū superstitiosum, deuinctumq; illis legibus insequerentur. Vnde nunc quoq; aridi, & exusti, & exangues. Hi sunt em̄ qui suæ imbecillitati sanitatis appellationē, quæ est maxime contraria, obtendant: quia clariorē uim eloquentiæ uelut solem ferre nō possunt, umbra magni nominis delitescunt, quibus quia multa, & pluribus locis Cicero ipse respondit, tutior mihi de hoc disserēdi breuitas erit. Et antiqua quidē illa diuisio inter Atticos atq; Asianos fuit, cum hi pressi & integri, contra inflati illi & inanes haberentur, in his nihil superflueret, illis iudicium maxime ac modus deesset. Quod quidā, quorū & Santra est, hoc putant accidisse, quod paulatim sermone Græco in proximas Asiæ ciuitates influente, nondū satis periti loquendi, facundiā cōcupierint, ideoq; ea quæ proprie signari poterant, circuitu cōpperint enunciare, ac deinde in eo perseverauerint. Mihi autem orationis differentiam fecisse, & dicentium & audientium natura

tereditur

† Satyra

Atium naturæ uidentur, quod Attici limati quidem & emuncti, nihil inane aut redundans ferebant. Asiana gens tumidior alioqui & iactantior, uaniore etiā dicendi gloria inflata est. Tertium mox qui hęc diuidebant, adiecerunt genus Rhodiū, quod uelut medium esse, atq; ex utroq; mixtū uolunt. Neq; enim Attice pressi, neq; Asiæ sunt abundantes, ut aliquid habere uideant gentis, aliquid autoris. Aeschines em̄ qui hunc exilio delegerat locū, intulit eò studia Athenarū, quæ uelut fata quædā cælo terraq; degenerant, saporem illū Atticū peregrino miscuerunt. Lenti ergo quidem ac remissi, nō sine pōdere tamen, neq; fontibus puris, neq; torrentibus turbidis, sed lenibus stagnis similes habentur. Nemo igitur dubitauerit longe esse optimū genus Atticorū, in quo ut est aliquid inter ipsos cōmune, id est iudicium acre tersumq; ita ingeniorū plurimæ formæ. Quapropter mihi falli multū uident, qui solos esse Atticos credūt tenues, & lucidos, & significantes, sed quadā eloquentiæ frugalitate contentos, ac semper manum intra pallium cōtinentes. Nam quis erit hic Atticus? sit Lysias, hunc enim amplectuntur amatores istius nominis modū. Non igitur iam usq; ad Coccū, & Antocidem remitemur. Interrogare tamen uelim an Isocrates attice dixerit, nihil enim tam est Lysia diuersum, negabunt. At eius schola principes oratorū dedit. Quærat similius aliquid, Hyperides Atticus? certe. At plus indulgit uoluptati. Transeo plurimos, Lycurgū, Aristogitona, & his priores Isæum, Antiphontem, quos ut homines inter se genere similes, differentes dixeris specie. Quid ille cuius modō fecimus mentionem Aeschines? nonne his latior, & audentior, & excelsior? Quid deniq; Demosthenes? Nonne cunctos illos tenues & circūspectos sublimitate, ui, impetu, cultu, cōpositione superauit? nō insurgit locis? nō figuris gaudet? nō translationibus nitet? non oratione ficta dat tacentibus uocem? nō illud iusiurandū per cæsos in Marathone ac Salamine propugnatores reipublice satis manifesto docet præceptorem eius Platonem fuisse? Quem ipsum, num Asianū appellabimus, plerūq; instinctis diuino spiritu uatibus cōparandū? Quid Periclea? similem ne credimus Lysiacæ gracilitati, quem fulminibus, & cœlesti fragori cōparant comici, dum illi conuiciantur? Quid est igitur, quod in his demū qui tenui uenula per calculos fluunt Atticū saporē putent? ibi demū thymū redolere dicant? Quos ego existimo, si quod in his sinibus uberius inuenerint solū, fertiliorem uel segetem negaturos Atticam esse, quod plus q̄ acceperit seminis reddat. Quia hanc eius terræ fidem Menāder eludit. Itaq; nūc si quis ad eas Demosthenis uirtutes, quas ille summus orator habuit, tamen quæ defuisse ei, siue ipsius natura, siue lege ciuitatis uidentur, adiecerit, ut affectus concitatus moueat, audiā dicentē, nō fecit hoc Demosthenes: & si quid exierit numeris aptius, fortasse nō possit, sed tamen si quid exierit, nō erit Atticum. Melius de hoc nomine sentiant, credantq; Attice dicere, esse optime dicere. Atq; in hac tamen opinione perseverantes Græcos magis tulerim, latina mihi facundia, ut inuentione, dispositione, consilio, cæterisq; huius

† lentibus

† cur

C generis artibus similis græcæ, ac prorsus discipula eius uidet, ita circa rationem eloquendi uix habere imitationis locū. Namque ipsi est statim sonus ^{†durior} dulciior, quādo & iucundissimas ex Græcis literas nō habemus, uocalem alteram, alterā consonantem, quibus nullæ apud eos dulcius spirant, quas mutuari solemus, quoties illorū nominibus utimur. Quod cum cōtingit, nescio quo modo hilior protinus renidet oratio, ut in Zephyris, Zopyrisque: quæ si nostris literis scribantur, surdū quiddā, & barbarū efficiunt sonum, & uelut in locū earū succedunt tristes, & horridæ, quibus Græcia caret. Nam illa quæ sexta est nostrarū penē nō humana uoce, uel omnino non uoce potius inter discrimina dentiū efflanda est, quæ etiā cū uocalem proximam accipit quassa quodā modo, utique quoties aliquā consonantem ^{†frangit, ut in hoc ipso frangit multo fit horridior.} frangit, multo fit horridior. Aeolicæ quoque literæ qua feruū ceruūque dicimus, etiam si forma à nobis repudiata est, uis tamen nos ipsa persequitur. Duras & illa syllabas facit, quæ ad coniungendas demū subiectas sibi uocales est ^{†Nō erat in ueteri codice hæc dictio.} utilis, aliās superuacua, ut equos ac equū scribimus, cū ipse etiam uocales duæ efficiant sonū, qualis apud Græcos nullus est, ideoque scribi illorum literis nō potest. Quid? quod plerumque nos illa quasi mugiente litera cludimus m, qua nullū græce uerbū cadit. At illi iucundā, & in fine precipue quasi tinnientē illius loco ponūt, quæ est apud nos rarissima in clausulis. Quid? quod syllabę nostræ in b literā, & d innitunt: adeo asperere, ut plerique nō antiquissimorū quidē, sed tamen ueterū mollire tentauerint, nō solū apuerfa pro aduersis dicēdo, sed & in propositione b literę absonam & ipsam f subiiciendo. Sed accentus quoque cū rigore quodā, tum similitudine ipsa minus suauis habemus, quia ultima syllaba nec acuta unquam exciatur, nec flexa circūducitur, sed in grauem, uel duas graues cadit semper. Itaque tanto est sermo græcus latino iucundior, ut nostri poetæ quoties dulce carmen esse uoluerunt, illorū id nominibus exornent. His illa potentiora, quod res plurimæ carent appellationibus, ut eas necesse sit transferre aut circūire, etiā in his quæ denominata sunt, summa paupertas in eadem nos frequentissime reuoluit, at illis nō uerborū modo, sed linguarū etiam inter se differentiū copia est. Quare qui à Latinis exigit illā gratiā sermonis Attici, det mihi in loquendo eandē iucunditatē & parem copiā: Quod si negatū est, sententias aptabimus his uocibus quas habemus, nec rerum nimiam tenuitatē, ut nō dicā pinguioribus, fortioribus certe uerbis miscbimus, ne uirtus utraq; pereat ipsa cōfusione. Nam quo minus adiuuat sermo, rerū inuentione pugnandū est. Sensus sublimes uariisque eruatur. Per mouendi omnes affectus erunt. Oratio translationū nitore illuminanda est. Non possumus esse tā graciles: simus fortiores. Subtilitate uincimur: ualeamus pondere. Proprietatis penes illos est certior copia: uincamus ingenio. Græcorū etiam minora suos portus habent, nos plerumque maioribus uelis moueamur, ualidior spiritus sinus nostros tendat, nō tamen alto semper feremur: nam & littora interim sequēda sunt. Illis facilis per quælibet uada accessus, ego aliquid nō multo tamen altius in quo mea cymba non con-

A nō cōsidat inueniā. Neque enim si tenuiora hæc ac pressiora Græci melius, in eoque uincimur solo, & ideo in comœdijs non contendimus, prorsus tamen omittenda pars hæc orationis, sed exigenda, ut optime possumus, possumus autē rerū & modo & iudicio esse similes, uerborū gratia quam in ipsis nō habemus, extrinsecus cōdienda est. An non in priuatis, & acutus, & nō asper, & nō indistinctus, & nō supra modū elatus M. Tullius? non in M. Callidio insignis hæc uirtus? non Scipio, Lælius, Cato in eloquendo uelut Attici Romanorū fuerunt? Cui porro non satis est quo esse melius nihil potest? Adhuc quiddā nullam esse naturalem putant eloquentiam, nisi quæ sit quotidiano sermoni similitudinā, quo cū amicis, coniugibus, liberis, seruis loquimur, cōtenti promere animi uolūtatem, nihilque accersiti & elaborati requirentes, quicquid huc sit adiectū, id esse affectationis, & ambitiosæ in loquendo iactantiæ, remotū à ueritate, fictumque ipsorū gratia uerborum, quibus solū à natura sit officium attributū, seruire sensibus, sicut athletarū corpora etiam si ualidiora fiant exercitatione, & lege quadam ciborum, nō tamen esse naturalia, atque ab illa specie quæ sit concessa hominibus abhorrire. Quid enim inquit, attinet circuitu res ostendere, & translationibus, id est aut pluribus, aut alienis uerbis, cum sua cuique sint assignata nomina? Denique antiquissimū quencque maxime secundū naturā dixisse contendunt, mox poetis similiores extitisse, etiam si parcius, simili tamen ratione falsa & impropria uirtutes ducentes. Qua in disputatione nō nihil ueri est, ideoque nō tam procul, quam fit à quibusdā, recedendū à proprijs atque cōmunibus. Si quis tamen, ut in illo loco dixi, compositionis ad necessaria, quibus nihil minus est, aliquid melius adiecerit, nō erit hac calumnia reprehendendus. Nam mihi aliā quandā uidetur habere naturam sermo uulgaris, aliam uiri periti ac eloquentis oratio, cui si res indicare modo fatis esset, nihil ultra uerborū proprietatem elaboraret, sed cū debeat delectare, mouere, in plurimas animū audientis species impellere, utetur his quoque adiutorijs, quæ ab eadē sunt nobis concessa natura. Nam & laertos exercitatione cōstringere, & augere uires, & colorem trahere naturale est. Ideoque in omnibus gentibus alius alio facundior habetur, & eloquendo dulcis magis. Quod si non eueniret, omnes pares essent, et idem omnes deceret. At loquunt, & saluāt personarū discrimen, ita quo quisque plus efficit dicendo, hoc magis secundū naturæ eloquentiam dicit. Quapropter ne illis quidem nimium repugno, qui dandum putant non nihil esse temporibus atque auribus nitidius aliquid atque affectatius postulantijs. Itaque non solum ad priores Catonem Gracchosque, sed ne ad hos quidem oratorem alligandū puto. Atque id fecisse M. Tullium uideo, ut cū omnium utilitati, tum partem quandā delectationi daret, cū & ipsam se rem agere diceret (agebat autē maxime) litigatoris. Nam hoc ipso proderat quod placebat. Ad cuius uoluptates nihil equidem quod ^{†agi} addi possit inuenio, nisi ut sensus nos quiddē dicamus plures. Neque enim fieri potest salua tracta-

C tione causę, & dicendi autoritate, si crebra hæc lumina & cōtinua fuerint, non inuicem offererint. Sed me hæctenus cedentem nemo insequatur ultra, do tempori, ne crassa toga sit, nō serica, ne intonsum caput, nō in gradus atq; anulos totum comptū, cum in eo qui se nō ad luxuriam, ac libidini referat, eadem speciosiora quoq; sint, quæ honestiora. Cæterū hoc quod uulgò sententias uocamus, ueteribus præcipueq; Græcis in usu non fuit, apud Ciceronem enim inuenio dum rem contineant, & copia nō redundant, & ad uictoriā spectent, quis utile neget? Feriunt animū, & uno ictu frequenter impellūt, & ipsa breuitate magis hærent, & dictione persuadent. Ac sunt qui hæc excitatoria lumina etiā si dicere permittāt, a componendis tamen orationibus excludēda arbitrent. Quocirca mihi ne hic quidē locus intactus est omittendus, quod plures eruditorū aliam esse dicendi rationē, aliā scribendi putauerūt, ideoq; in agendo clarissimos quosdam nihil posteritati mansurisq; mox literis reliquisse, ut Periclem & Demadem. Rursus alios ad cōponendū optimos, actionibus idoneos nō fuisse, ut Isocratem. Preterea in agendo plus impetus plerūq; & petitas uel paulò licentius uoluptates. Cōmouendos enim esse, docendosq; animos imperitorū. At quod libris dedicatur, & in exemplū editur, tersum ac limatum, & ad legem ac regulam compositum esse oportere, quia ueniat in manus doctorum, & iudices artis habeat artifices. Quin illi subtiles, ut similes, ac multi persuaserunt magistri *ἁδελφύμα* dicendo, *ἁδελφύμα* scribendo esse altius tradiderunt. Mihi unū atq; idem uidetur bene dicere, ac bene scribere, neq; aliud esse oratio scripta, quàm monumentum actionis habitæ. Itaq; nullas non, ut opinor, debet habere uirtutes, dico non uitia: nam imperitis placere aliquando quæ uitiosa sunt scio. Quo different igitur? quod si mihi des consilium iudicum sapientum, perquam multa recidam ex orationibus, non Ciceronis modò, sed etiam eius qui est strictior multo, Demosthenis. Neq; enim affectus omnino mouendi erunt, nec aures delectatione mulcendæ, cum etiam proemia superuacua esse apud tales Aristoteles existimet. Non enim trahentur his illis sapientes, proprie & significanter rem indicare, probatione colligere satis est. Cum uero iudex detur aut populus, aut ex populo, laturi q; sententiam indocti sapius, atq; interim rustici, omnia quæ ad obtinendū quod intendimus, prodesse credemus, adhibenda sunt, eaq; etiā cum dicemus promenda, & cum scribimus, ut doceamus quomodo dici oporteat: An Demosthenem malle me sic egisse, ut scripsit, aut Ciceronem, aut eos præstantissimos oratores alia quàm scriptis cognoscimus? Melius egerunt igitur an peius? Nam si peius, sic potius oportuit dici ut scripserunt: si melius, sic oportuit scribi ut dixerunt. Quid ergo, semper sic aget orator ut scribit? si licebit, semper: quod si impediunt breuitate tempora à iudice data, multū ex eo quod potuit dici recidetur, editio habebit omnia. Quæ autem secundum naturam iudicantium dicta sunt, non ita posteris tradentur, ne uideantur propositi fuisse

A fuisse non temporis: nam id quoq; plurimum refert, quo modo iudex audire uelit, atq; ei uultus sæpe ipse rectus est dicentis, ut Cicero præcepit. Ideoq; instandum his quæ placere intellexeris, resiliendū ab his quæ non recipiuntur. Sermo ipse qui facile iudicem doceat, optandus. Nec id mirū sit, cum etiam testium personis aliqua mutantur: prudenter enim, qui cum interrogasset rusticum testem, an Amphiona? Negante eo, detraxit aspirationem, breuiavitq; secundū eius nominis syllabam, & ille eum sic optime norat. Huiusmodi casus efficiūt, ut aliquando dicatur aliter quàm scribatur, cum dicere quomodo scribendum sit, non liceat. Altera est diuisio, quæ in tres partes & ipsa descendit, qua discerni posse etiam recte dicendi genera inter se uidentur. Namq; unum subtile, quod *ἰχνόρ* uocant: alterum grande atq; robustum, quod constituunt *ἄσφρ*, tertium aliq; medium ex duobus, aliq; floridum, namq; id *ἁδελφύμα* appellant, addiderunt, quorū tamen ea ferè ratio est, ut primum docendi, secundum t̄ mouendi, tertium il-
admonendi
lud utrocunq; nomine delectandi, siue aliud interconciliandi præstare uideatur officium. In docendo autem acumen, in conciliando lenitas, in mouendo grauitas uideatur. Itaq; illo subtili præcipue ratio narrandi probandiq; consistet, sed quod etiam detractis cæteris uirtutibus suo genere plenum. Medius hic modus, & translationibus crebrior, & figuris erit iucundior, egressionibus amœnus, compositione aptus, sententijs dulcis, lenior tamen, ut amnis lucidus quidā est, & uirentibus utrinq; syluis innumbratus. At ille qui saxa deuoluat, & pontem indignetur, & ripas sibi faciat, multus & torrens iudicem uel nitentem contra feret, cogetq; ire quæ rapit. Hic orator & defunctos excitabit, ut Appium Cæcum, apud hunc & patria ipsa exclamabit, aliquandoq; Ciceronem in oratione contra Catilinam in senatu alloquetur. Hic & amplificationibus extollet orationē, & uel superlationum quoque eriget: Quæ charybdis tam uorax? & oceanus mediusfidius ipse. Nota sunt em̄ iam studiosis hæc lumina. Hic deos ipsos in congressum prope suum sermonemq; deducet: Vos enim Albanorum tumuli atque luci: Vos, inquam, Albanorum obrutæ aræ, sacrorum populi Romani sociæ & æquales. Hic iram, hic misericordiam inspirabit: Hic dicet: Te uidit, & fleuit, & appellauit, & per omnes affectus tractat. Hic itaq; illuc sequetur, nec doceri desiderabit. Quare si ex tribus his generibus necessario sit eligendum unū, quis dubitet hunc præferre omnibus, & ualidissimū alioqui, et maximis quibusq; causis accommodatissimū? Nam & Homerus breuem quidem animi iucunditatē, & propriā (id em̄ est non errare uerbis) & carentē superuacuis eloquentiā Menelao dedit, quæ sunt uirtutes generis illius primi. Et ex ore Nestoris dixit dulciorem melle profluere sermonē, qua certe delectatione nihil fingi maius potest. Sed summā aggressus, ut in Vlysse, facundiā, magnitudinē illi iunxit, cui orationē niuibus hybernis, & copia uerborū, atq; impetu parem tribuit. Cum hoc igitur nemo mortalium contendet, hunc ut deum homines intuebuntur. Hanc uim & celeritatē in Pericle miratur Eupolis, hanc fulmi

C nibus. Aristophanes cōparat, hæc est uera dicendi facultas. Sed neq̄ his tribus quasi formis inclusa eloquentia est. Nam ut inter gracile, ualidūq̄, tertium aliquid cōstitutū est, ita horū ^{† inter se ualla} interualla sunt. Atq̄ inter hæc ipsa mixtū quiddā ex duobus mediū est eorū. Nam & subtili plenius aliquid atq̄ subtilius, & uehementi remissius atq̄ uehementius inuenitur, ut illud lene aut ascendit ad fortiora, aut ad tenuiora summittit, ac sic propē innumerabiles species reperiunt, quæ utiq̄ aliquo momēto inter se differant, sicut quatuor generaliter uentos à totidem mundi cardinibus accepimus flare, cū interim plurimi mediū eorū, uarietate regionū ac fluminū proprie deprehenduntur. Eademq̄ musicis ratio est, qui cū in cithara quinque constituerūt sonos, plurima deinde uarietate cōplent spatia illa neruorū, atq̄ his quos interposuerunt, inserunt alios, ut pauci illi transitus multos gradus habeant. Plures igitur etiā eloquentiæ facies, sed stultissimū quærere ad quam recturus se sit orator, cū omnis species, quæ modo recta est, habeat usum, atq̄ id ipsū omne sit oratoris, quod uulgō genus dicendi uocant. ^{† non} Ut tunc enim ut res exiget omnibus, nec pro causa modò, sed & pro partibus causæ. Nam ut nō eodem modo pro reo capitis, & in certamine hæreditatis, & de interdictis ac sponsonibus, & de certa re credita dicet, sententiarum in senatu & concionū, & priuatorū cōsiliorū seruabit discrimina, uitam ex differentia personarū, locorū temporūq̄ mutabit, ita in eadem oratione aliter conciliabit, nō ex iisdem partibus iram & misericordiam petet, alias ad docendū, alias ad mouendū adhibebit artes. **D** Nō unus color procemij, narrationis, argumentorū, egressionis, perorationis seruabitur. Dicit idem grauius, leuere, acriter, uehemēter, concitate, copiose, amare, comiter, remisse, subtiliter, blande, leniter, dulciter, breuiter, urbane, nō ubiq̄ simul, sed ubicunq̄ par ibi sic fiet, tum id propter quod maxime repertus est usus orationis, ut dicat & utiliter, & ad efficiendū quod intendit, potenter, tum laudem quoq̄ nec doctorum modò, sed etiam uulgi consequet̄. Fallunt enim plurimū, qui uitiosum & corruptū dicendi genus, quod aut uerborū licentia resultat, aut puerilibus sententiolis lasciuit, aut immodico tumore turgescit, aut inanibus locis bacchat, aut casuris, si leuiter excutiant, flosculis nitet, aut præcipitia pro sublimibus habet, aut specie libertatis insanit, magis existimant populare atq̄ plausibile. Quod quidem placere multis nec inficior, nec miror. Est em̄ iucundioris ac fauorabilis qualiscunq̄ eloquentiæ, & adducit animos naturali uoluptate uox omnis, neq̄ aliunde illi per fora atq̄ aggerem circuli, quo minus mirū est, quod nulli nō agentū parata uulgi corona est. Vbi uero quod exquisitius dictū accidit auribus imperitorū, qualecunq̄ id, quod modo se ipsi posse desperent, habet admirationem, neq̄ immeritò: nam ne illud quidem facile est. Sed euanescent hæc atq̄ moriunt cōparatione meliorū, ut lana tinctat succo citra purpuras placet: at si contuleris etiam lacernæ, conspectu melioris obruat, ut Ouidius ait. Si uero iudiciū his corruptis acrius adhibeas, ut succinis sulfura, iam illud quod sefellerat, exuat mentiū colorem, & quadam

A quadā uix enarrabili foeditate palleat. Luceat igitur hæc citra solem, & ut quædā exigua animalia igniculi uident in tenebris. Deniq̄ mala multi probant, nemo improbat bona. Neq̄ uero omnia ista de quibus locuti sumus, orator optime tantū, sed etiam facillime faciet. Neq̄ enim uis summa dicendi esset admiratione digna, si infelix usq̄ ad ultimū sollicitudo persequitur, ac oratorem macerat & coquit, ægre uerba uertentem, & perpendendis coagmentandisq̄ eis intabescentem. Nitidus ille & sublimis & loquax, circumfluentibus undiq̄ eloquentiæ ^{† copijs} imperat. Desinit enim ^{† pompis} in aduersa niti, qui peruenit in summū. Scendenti circa ima labor est, cæterum quantū processeris mollietur diues & letius solū. Et si hæc quoq̄ iam læuius suprema perseuerantibus studijs ^{† euaserit}, inde fructus illaborati ^{† uerteris} offerunt sese, & omnia sponte proueniunt, quæ tamen quotidie nisi decerpantur, arescunt. Sed & copia habet modum, sine quo nihil nec laudabile, nec salutare est, & nitor ille cultum uirilem, & inuentio iudiciū. Sic erunt magna non nimia, sublimia non abrupta, fortia non temeraria, seuera nō tristia, grauia non tarda, læta non luxuriosa, iucunda non luxu dissoluta, plena non tumida. Similis in cæteris ratio est. Tutissima ferè per medium uia, quia utriusq̄ ultimum uitium est.

Quæ post finem studia. CAP. XI.

B Is dicendi uirtutibus usus orator in iudicijs, consilijs, concionibus, senatu, in omni deniq̄ officio boni ciuis, sine quoq̄ dignū & optimo uiro, & opere sanctissimo faciet, non quia prodesse unquam satis sit, & illa mente atque illa facultate prædito non conueniat operis pulcherrimi quam longissimum tempus, sed quia decet hoc quoq̄ prospicere, ne quid peius quam fecerit, facit. Neq̄ enim scientia modò constat orator, quæ augeat annis, sed uoce, latere, firmitate, quibus fractis, aut imminutis ætate seu ualitudine, cauendum est, ne quid in oratore summo desideretur, ne intersistat fatigatus, ne quæ dicet parū auidi sentiat, ne se quærat priorem. Vidi ego longe omnium, quos mihi cognoscere cōtiguit, summū oratorem, Domitiū Afrum, ualde senem, quotidie aliquid ex ea quæ meruerat autoritate perdentē, cum agente illo, quem principem fuisse quondā fori non erat dubiū, alij (quod indignū uidebatur) riderent, alij crubescerent, quæ occasio illi fuit dicendi, malle eum desicere quam desinere. Neq̄ erant illa qualiacunq̄ mala, sed minora. Quare antequam in has ætatis ueniat insidias, receptui canet, & in portū integra naue perueniet: neq̄ em̄ minores eum cū id fecerit, studiorū fructus prosequent. Aut ille monimēta rerū posteris, aut ut L. Crassus in libris Ciceronis destinabat, querentibus ^{† tradet} tradet, aut eloquentiæ cōponet artē, aut pulcherrimis uitæ præceptis dignū os dabit. Frequentabūt uero eius domū optimi iuuenes more ueterū, & uerā dicēdi uiam uelut ex oraculo petent. Hos ille formabit quasi eloquentiæ parens, & ut uetus gubernator, littora & portus, & quæ tēpestatū signa, quid secūdis flatibus, quid aduersis ^{† tratum} tratis poscat, docebit, nō humanitatis solū cōmuni ductus officio, sed amore

C quodam operis. Nemo enim minui uelit id, in quo maximus fuit. Quid porro est honestius, quam docere quod optime scias? Sic ad se Cæliū deductū à patre Cicerō profitet̄, sic Panfam, Hirciū, Dolobellam in morem præceptoris exercuit, quotidie dicēs audiensq̄. Ac nescio an eū tunc beatissimum credi oporteat fore, cū iam secretus & consecratus, liber inuidia, procul à contentionibus famā in tuto collocarit, & sentiat uiuus eam, quæ post fata præstari magis solet, uenerationē, et quid apud posteros futurus sit uidebit. Cōsciū sum mihi, quantū mediocritate ualui, quæq̄ antea scierim, quæq̄ operis huiusce gratia potuerim inquirere, candidē me atq̄ simpliciter in notitiā eorū, si qui forte cognoscere uoluissent, protulisse, atq̄ id uiro bono satis est docuisse, quod scierit. Vereor tamen ne aut magnanimum uidear exigere, qui eundem uirum bonum esse, & dicendi peritum uelim, aut multa, qui tot artibus in pueritia discendis morum quoq̄ præcepta, & scientiam iuris ciuilibus, præter ea quæ de eloquentia tradebantur, adiecerim, quiq̄ hæc operi nostro necessaria esse crediderim, uelut pondus rei perhorrescant, ac desperent ante experimentū. Sed hi primū renuncient sibi, quanta sit humani generis uis, quam potēs efficiendū quæ uelit, cum maria transire, siderū cursus numerosq̄ cognoscere, mundum ipsum penē dimetiri, minores sed difficiliores artes potuerint. Tū cogitēt quantā rem petāt, quamq̄ nullus sit hoc proposito præmio labor recusandus. Quod si mente cōceperint, huic quoq̄ parti facilius accedēt, ut ipsum iter, neq̄ imperiū, neq̄ saltē durū putent. Nam id quod prius, quodq̄ maius est, ut boni uiri simus, uoluntate maxime constat: quā qui uera fide induerit, facile easdem quæ uirtutem docent, artes accipiet. Neq̄ enim aut tam perplexa, aut tam numerosa sunt, quæ præmunt, ut non paucorū admodum annorū intentione discantur, longam enim facit operam quod repugnamus. Breuis est institutio uitæ honestæ beatæq̄, si credas. Natura enim nos ad mentem optimā genuit, adeoq̄ discere meliora uolentibus promptū est, ut uere intuētū mirum sit illud magis, malos esse tam multos. Nam ut aqua piscibus, ut sicca terrenis, circumfusis nobis spiritus uolucris cōuenit, ita certe facilius esse oportebat secundū naturā, q̄ cōtra eam uiuere. Cætera uero etiā si ætatem nostrā nō spatio senectutis, sed tempore adolescentiæ metiamur, abunde multos ad discendum annos habent. Omnia em̄ breuiora reddet ordo, & ratio, & modus. Sed culpa est in præceptoribus prima, libētē detinentibus puerū, partim cupiditate diutius exigēdi mercedulas, partim ambitione, quo difficilius sit quod pollicent̄, partim etiam inscitia tradendū uel negligentia: proxima in nobis, qui morari in eo quod nouimus, q̄ discere quæ nondū scimus, melius putamus. Nam ut de nostris potissimū studijs dicam, quid attinet tam multis annis, quanq̄ in more est plurimorū (ut de his à quibus magna in hoc pars ætatis absumit, taceam) declamitare in schola, & tantū laboris in rebus falsis cōsumere, cū satis sit modico tempore imaginē ueri discriminis, & dicendi leges cōperisse? Quod nō dico, quia sit unq̄ omittenda dicendū exercitatio

† corpore adolescentiam

† qui libenter detinent quos occupauerūt

A citatio, sed quia nō sit una eius specie consensendum. Cognoscere enim & præcepta uiuendi perdiscere, & in foro nos experiri potuimus, dum scholastici sumus. Dicendū ratio talis, ut nō multos annos poscat: quolibet enim ex his artibus, quarū prius habui mentionē, in paucos libros contrahi solet, ad eō infinito spatio ac traditione opus nō est. Reliqua est quæ uires citō facit consuetudo, rerū cognitio quotidie crescit, & tamen multorū ad eas librorū necessaria lectio est, quibus aut rerū exempla ab historicis, aut dicendi ab oratoribus petuntur. Philosophorū quoq̄ cōsultorūq̄ opinionēs, sicuti alia, uelimus legere necessarium est. Quæ quidem possumus omnia, sed breue nobis tempus nos fecimus, quantulū enim studijs imperitū? Alias horas uanus salutandi labor, alias datū fabulis otii, alias spectacula, alias cōuiuia trahunt. Adijce tot genera ludendi, & insanā corporis curam. Trahat inde peregrinatio, rura, calorū anxietas solitudines, multæ causæ libidinū, & uinum, & flagitiosus omni genere uoluptatū animus, ne ea quidem tempora idonea, quæ super sunt. Quæ si omnia studijs impenderentur, iam nobis longa ætas, & abunde satis ad discendū spatia uiderentur. & diurna tantū cōputatibus tempora, & noctes, quarū bona pars omni somno longior est, adiuuarent. Nūc cōputamus annos, nō quibus studiuimus, sed quibus uiuimus. Nec uero si geometræ & grammatici, cæterarumq̄ artium professores omnem suam uitā, quamlibet longa fuerit, in singulis artibus consumpserunt, sequit̄ ut plures quasdam uitas, ad plura discenda desideremus. Neq̄ illi didicerūt hæc usq̄ in senectutē, sed ea sola didicisse contenti fuerūt, ac tot annos in utendo, nō in percipiendo exhauserunt. Ceterū ut de Homero taceā, in quo nullius nō artis, aut perfectæ, aut certe nō dubia uestigia reperiuntur, ut Eleum Hippia transeā, qui non liberaliū modō disciplinarū præ se scientiā tulit, sed uestē, & anulum, crepidasq̄, quæ omnia manu sua fecerat, in usu habuit, † atq̄ ita se præparauit, ne cuius alterius ope egeret, ne uel ullius rei. Gorgias quoq̄ summæ senectutis id quærere auditores, de quo quisq̄ uellet, iubebat. Quæ tandem ars digna literis Platoni defuit? Quot † seculis Aristoteles didicit, ut non solū quæ ad philosophos atq̄ oratores pertinent scientia cōplecteretur, sed animalium satorūq̄ naturas omnes perquireret? Illis enim hæc inuenienda fuerūt, nobis cognoscenda sunt. Tot nos præceptoribus, tot exemplis instruxit antiquitas, ut possit uideri nulla fortē nascēdi ætas felicior q̄ nostra, cui docendæ priores elaborauerūt. M. Censorius Cato idem orator, idem historiæ cōditor, idem iuris, idē rerū rusticarū peritissimus fuit, inter tot operas militiæ, tantas domi cōtentiones, rudi seculo, literas Græcas ætate iam declinata didicit, ut esset hominibus documento, ea quoq̄ percipi posse quæ senes concupissent. Quam multa penē omnia tradidit Varro? Quod instrumentū dicendū M. Tullio defuit? Quid plura? cum etiam Cor. Celsus mediocri uir ingenio, non solum de his omnibus conscripserit artibus, sed amplius rei militaris, & rusticæ etiam, † & medicinæ præcepta reliquerit? dignus uel ipso proposito, ut eum scisse omnia illa cre-

† ad quæ

† scilicet

† Non est in ueteri codice

C damus. At perficere tantū opus arduū est, & nemo perfecit. Ante omnia sufficit ad exhortationem studiorū, capere id rerum naturam, ut quicquid non est factum, ne fieri quidem possit, cum omnia quæ magna sunt atq; admirabilia, tempus aliquod, quo primū efficerentur, habuerint. Quantū enim poësis ab Homero & Vergilio, tantum fastigiū accepit eloquentia à Demosthene atq; Cicerone. Deniq; quicquid est optimū, ante nō fuerat. Verum etiam si quis summa desperet (quod cur faciat, cui ingeniū, ualetudo, facultas, præceptor nō deerunt?) tamen est, ut Cicero ait, pulchrū in *inbecillis* secundis tertijsq; consistere. Neq; em̄ si quis Achillis gloriam in bellicis consequi nō potest, Aiakis aut Diomedis laudem aspernabitur: neq; qui Homeri, non Tyrtei. Quinimo si hanc cogitationē homines habuissent, ut nemo se meliorem fore eo qui optimus fuisset, arbitraretur, hi ipsi qui sunt optimi, nō fuissent. Neq; post Lucretium, ac Macrū Vergilius, nec post Crassum & Hortensium Cicero, sed nec alij postea uicerint. Verum ut transeundi spes nō sit magna, tamen est dignitas subsequēdi. An Pollio & Messala, qui iam Cicerone arcem tenente eloquentiæ agere cœperunt, parum in uita dignitatis habuerūt: parū ad posteros gloriæ tradiderunt? Alioqui pessime de rebus humanis perductæ in summū artes mererent, si quod optimū fuisset, defuisset. Adde quod magnos modica quoq; eloquentia parit fructus: ac si quis hæc studia utilitate sola metiatur, penè illi perfectæ par est. Neq; erat difficile, uel ueteribus, uel nouis exemplis palam facere, nō aliunde maiores honores, opes, amicitias, laudem præsentem, futurā hominibus contigisse, si tamē dignū literis esset, ab opere pulcherrimo, cuius tractatus atq; ipsa possessio plenissimā studijs gratiam refert, hanc minorē exigere mercedē, more eorū, qui à se nō uirtutes, sed uoluptatem quæ fit ex uirtutibus, peti dicūt. Ipsam igitur orandi maiestatem qua nihil dij immortales melius homini dederūt, & qua remota muta sunt omnia, & luce præsentis, & memoria posteritatis carent, toto animo petamus, nitamurq; semper ad optima, quod facientes aut euademus in summum, aut certe multos infra nos uidebimus. Habes Marcelle Victori, quibus præcepta dicendi pro uirili parte adiuuari posse per nos uidebantur, quorū cognitio studiosis iuuenibus si nō magnam utilitatem afferet, at certe, quod magis petimus, bonam uoluntatem.

M. FABII QVINTILI

ANI ORATORIS ELOQVENTISSIMI DE

CLAMATIONVM LIBER.

M. FABII QVINTILI

ANI ORATORIS ELOQVENTISSIMI DE
CLAMATIONVM LIBER.

ARGVMENTVM DECLAMAT. PRIMAE.

Quidam cui erat filius cæcus, quem heredem instituerat, induxit illi nouercã, iuuenemq; in secreta domus parte seposuit. Is noctu, dum in cubiculo cum uxore iaceret, occisus est, inuentusq; postero die, habens gladium filij defixũ in uulnere, pariete ab ipsius ad filij cubiculum uestigijs palmæ cruentato. Accusant se inuicem cæcus & nouerca.

Pro cæco contra nouercam.



I IUVENIS innocentissimus, iudices, uti uellet ambitu tristissimæ calamitatis, poterat allegare uobis amissam cum oculis cogitationũ omnium temeritatem, sed cum ostendere innocentiam suam moribus malit, quam aduersis, neq; pietatis, neq; conscientiam suam grauem ferre contumeliam potest, ut paricidium non fecisse uideatur beneficio cæcitate. Quare non petit, ut illum miserum putetis, nisi & innocens fuerit, non petit ut afflictum alleuetis, nisi & probauerit sese infeliciores quod patrem amisit, quam quod oculos. Aestimare iuuenem his moribus, quibus uidentem aestimaretis, uita, pudore, pietate. Quæ si omnia sibi ut erunt promissa constiterint, nullo terribitur crimine. Nec quod sceleratissima foeminarum calamitatem nostram cruentato pariete imitata est, expauescimus. Quo diligentior, quo sollicitior fuit, ne deprehenderetur, hoc magis indicauit sibi oculos non defuisse. Gratias agimus, quod nimium auidæ suspitionis in nostra transtulit partem, non esse cæci scelus difficilius probaret, nisi omnia sic acta essent, ut fecisse cæcus uideretur. Quare iudices non improbe sperauerim futurum, ut suspecta sint uobis, quæ tam inconsiderate ficta sunt contra miseram cæcitate. Primum quod spatium illud ingens domus, quod in medio fuit, ita digesto cruore, satiatur est usque ad cubiculum miserissimi iuuenis, tanquam plane timuerit paricida, ne non deprehenderetur. Deinde sceleris nox potissimum electa, quo tempore inueniri maritus sine uxore non posset. Tum in cæde, in qua nemo utitur ferro, nisi alieno: gladius adolescentis, ne argumentum deesset nouercæ, relictus est. Postremo peractum uulnere uno scelus, quod obijceretur manibus errantis. Et tamen contra tam multa incredibilia solum aduocat nouerca testamentum, uultque illud esse pretium paricidii, ut rerum intellectu in diuersum coacto, occisum eo probet patrem, quod meruerit non occidi. Nos uero istud (si crimen putatis) agnoscimus. Iuuenis hic patris sui hæres solus est. Hoc testamentum, si uiuente adhuc miserrimo sene notum esse in domo potuit, scitis quis illi debuerit irasci. Nam quod inuisum fuisse filium patri iactat, crimen nouercæ erat, si confiteremur. Idcirco probari ex hoc putat, quod non secretum filius accipit a patre, sed cæcitas. Quo loco dissimulare satis callide conatur inuidiam suam: Pater qui filium cæcum in semota penatum parte seposuit, eripuit nouercæ oculis uoluptatem. Namque ista cum inualisse uacuos penates uideretur, cum pater filium cæcum hoc esse crederet, quod orbitatem, excogitauit indulgentissimus senex, quemadmodum hic miser patri suo in eadem domo esset, nouercæ in alia, accepit secretum quod erat petiturus. Quo sit animo senis factum, potestis interrogare testamentum. Neque ego grauissimum patrem suprema sua iuueni iactasse crediderim, ut heredem filium scriberet, non est res quæ imputetur, istam magis omnibus nuptiarum renunciasse pignoribus. Nam cum propter pecuniam ames, idem amoris & spei finis est. Habuerat adolescens gladium in cubiculo suo semper, siue ante quam in hanc fortunam incideret paratum, siue quia cæcitate miseræ solatium est habere rem uidentium. Certe nunquam illum pater timuerat, nunquam nouerca obiecerat. Palam positum est sub oculis omnium, tota domo notissimum ferrum. Scitis quanto negligentius custodiat ferrum bona conscientia, quam etiam extra suspicionem sit res sine usu. Innocentia facit ut ferrum subtrahi possit etiam uidenti. Siue igitur aliquis ex seruulis corruptus est, praesertim etiam facili occasione, siue ipsi nouercæ non defuit audacia ad asserendum, quod facere poterat etiam praesen-

te priuigno, utiq; (quod dubitari non potest) quod facit certum sceleris auctore, matulit
 in caede alieno uti, quam suo gladio quisquis illum relictorus est. Reliqua iudices, si fieri
 possunt, facta astimate. Dicitur caecus sine rectore, sine duce, ex illa Penatiū parte secre-
 ta, & penē ex alia domo, per inane longum, per tot offensa limina, per excubantes seruu-
 los errasse cum ferro, cubiculū patris deinde ingressum, in neutram deflexisse partē, sed
 recto gradu sicut ducere oculi solent, ad lectulū accessisse leuiter, non in thorū incidisse,
 non ante peruenisse quam crederet. Vos iudices criminū tumultum ex rerū fide ducite:
 dormiens senex, quē caecus percussor quæret, excitatus ante esset, quam inueniretur.
 Iungunt his multo incredibilia, ut occiderit patrē, pepercit nouerçā, paricidium
 autē uno ictu explicuerit, quod ferē uix etiam his cōtingere solet, qui oculos manu se-
 quuntur. Nulla ergo luminū uirtus, sed homo ferrū missurus in casum satis felix, si per-
 cussisset quamcunq; partē corporis, in ipsam protinus animā incidit, & an morti satisfac-
 cisset intellexit. Obiciū iudices oculorū est renunciare manibus quid actū sit, cæci per-
 cussoris una securitas fuerat sapius ferire. Negat præterea quicquā se ex his nouerçā sen-
 sisse, cum iuxta iaceret, nec explicat unde illud acciderit, maximæ signū trepidationis. Si
 & pater uno ictu perierat, neq; ista uigilabat, nunquā gladiū reliquit percussor securus.
 Reliqua iudices nimium suspecta, improbe assimulata. Spatiosus paries, & longissimū do-
 mus latus habuit notas sanguinis, quas reliquisse uideretur manus reuertentis. O quam
 bene quicquid uolunt, imitatur oculi. Stupro (si qua est fides) omnia priuignū illa nocte
 fecisse. Dicitur ad uotū nouerçæ gladiū in uulnere reliquisse, quē suū negare nō posset.
 Deinde per totū parietē quid aliud inscripsisse quā se paricidam, sanguinē patris usq;
 ad cubiculū suū perduxisse, & uiam sequētib; reliquisse: Hoc fecit aliquis negaturus.
 Gratulor tibi adolescens, si nō potuisti paricidū illud admittere, nisi ut relinqueres ar-
 gumentū cæcitatē, habuisti innocentiaē necessitatē. Causam igit; miserrimi adolescentis
 sic apud uos agere proposui, ut primū ipsum defendam quasi reus tantū sit, deinde cum
 esse securus de huius innocētia cœpero, tunc ingrediar nouerçæ accusationē. Spectabi-
 tis utrunq; suis moribus, suis causis, eritq; facilius uia uestræ religionis. Quāquā duos
 iudicia cōplexa sint, uos tamen tanquā de singulis cognoueritis. Et primū sic agam, tan-
 quam iuuenis habeat oculos, tanquā impetus eius nulla corporis debilitate frangantur.
 Interrogabo quid ante perditē, quid flagitiose, quid impie fecerit, per quæ se paricidā sce-
 lera promiserit. Innocentia per gradus certos ab homine discedit, & ne in maximis trepi-
 det audacia, diu uires in minoribus colligit. Nemo inde cœpit, quōd incredibile est perue-
 nisse. Dicās necesse est quæ huic cū patre odia fuerint, quā uiolēta dissensio inter sacro-
 rum infinita nominū pignora. Crede mulier etiā tua causa. Nam si facile est filio occide-
 re patrem, facilius uxori maritū. Loquar nunc de infirmitate ^{omnium} miseræ cæcitatē,
 Temeritas omnis animorū, calamitate corporū frangitur, & frigescit impetus mentium,
 quos nō explicat ministeria membrorū, ad solum se alligant destituta moerorē. Vultus
 ille perpetua nocte coopertus ac timidus nō concipit netas, ad quod ducibus oculis per-
 uenit. Cogitat semper errare & offendere, cogitat eundi redeundiq; difficultatē. Magna
 innocentiaē necessitas, neminē facilius posse deprehendi. Semper se custodiūt miseri, ne
 esse miserabiles definant; & quisquis amisit oculos, laborat ne meritō perdidit. Quid
 aliud cæcitas discit quā rogare, blandiri. Odiū omne adiuuat oculi, & hunc in pectori-
 bus humanis furorē lumina accendunt, nec leuis animis accedit infania, quoties quē exe-
 crieris, aspicias. Cæcus miserior est quā ut inuisus sit, timidior est quā ut oderit. Præ-
 terea nocentibus liberis frequentissimas ad paricidū causas suggestit illud quod uidebat.
 Vitijs em nostris in animū per oculos uia est. Alijs tradidit in parentū sanguinē luxuria
 ferrum, luxuria uidentū crimen; Alijs meretriculæ amor immodica poscentis, amor cus
 renunciant oculi. Cæcus infelix patrē occidit, deinde cui manū porriget securior? Cuius
 humeris leuior incumbet? Quis cōtumelias leuorū castigabit seuerius? quis calamitatē
 tam obnoxia maiore reuerētia proteget? Inter felices alius est ordo uotorū, cæcus filius
 optat superstitē patrē. Volo nunc scire quemadmodū dicat explicitū tam difficile faci-
 nus: cæcus paricidū cogitauit, cum quo? cuius se cōmisit oculis, iturus per totā domū?
 quem

quem ducē elegit ille qui erat in cubiculo suo solus? Secum, opinor, secū deliberat. Suffi-
 cit sibi, cum homine expeditissimo loquit. Cur em socium cōscientiaē quærat? omnia po-
 test scire. Primum nox quando sit; Deinde prospicere solicite, an omnis familia dormiat.
 Gradu suspensio ponere certa uestigia, & in omnē timoris sui partē sollicitū circumage-
 re uultum. O quā parū est in metu ipsos etiam oculos habere? Ita nō iste sibi dixit: Oc-
 cidere quidē patrem uolo, sed quē sequentē hæ manus? Noctē solus egrediar, sed quando
 perueniā? putas nos iunctis habitare liminibus? domus inter patrē filiūq; media. Quantū
 erroris, quantū moræ spatium ingens, & uix metiendū. Cæcitas incōsulta quid agis? nox
 ante deficiet. Quid si deinde uterq; uigilauerit? quid si nouerçā? Age limen inueniā, car-
 dinē sine strepitu mouebo, dormientis cubiculū intrabo, quiescentē fertam patrē, semel
 satis erit, nec nouerçā uigilabit. Securus egrediar, sciente nullo reuertar. Vota sunt ista,
 sed oculorū. Cæcus desperaret etiam si tam multa nox polliceret. Hoc loco quæram ne-
 cesse est, quæ ratio fuerit, ut iuuenis ad paricidū suo potissimū gladio uteretur. Nimi-
 rum illud in mentem uenit, quia erat relictorus. Nam si alienū & ignotum in uulnere pa-
 tris gladium reliquisset, potuerat de percussore dubitari. Hic attulit suum, ut etiam si cœ-
 cū fisset, tamen ferro suo teneretur. Cur ergo inquis, gladiū in cubiculo tuo habebas? quia
 habueram semper, quia usus illo non eram. Ferrum ego paricidū meo tot ante annos
 præparauī, & secundū illū quem minabar patri, tam diu innocens fui. Ego eram ferro ac-
 mente paratus, & tot abiēre noctes, ante gladiū illū familiarē oculis tuis feci ante omnia
 bus seruulis notum. Pependit in cubiculo tanquam testis cōscientiaē meæ palām in me-
 dio negligenter, sic ut subtrahi posset. Non illum conscientia trepida uelauit, tam notus
 in cubiculo fuit, quā cæcitas domini. Quisquis ferrū præparat sceleri, sic illud habet, ut
 possit suum negare. Ponite nunc ante oculos actū paricidij, deprehēdetis difficultatem.
 Dono illud, dum à suo limine egreditur, diu illos quos accepit à patre seruulos fallit, ecce
 cubiculum senis inuenit aliquando, ecce paries ille defecit, & percussoris manus subito
 destituit, cessere fores sine strepitu. Quid postea agit? Vtrū ipsum cubiculū parietem cir-
 cuit, an se cōmittit in medium? & per spatia tenebrarū armatam manum iactat? Ecce pa-
 tris lectulum tenet, etiā dormientiū anhelitus imminens audit, unde sciet quò dirigat fer-
 rum, quē potius feriat ex duobus? Tentauit ergo uultus & pectus obiectū, breuissimam
 perituræ animæ uiam quærit, & quantus erit sopor qui ista non sentiat? Dices, neq; ego
 sensi. Ideo intelligis quā malā causam habeas, cuius & una & incredibilis defensio est.
 Ita feritur in sinu tuo maritus, & tu nihil sentis? Ad latus tuū fata hominis peragunt, tu
 taces, tanquā priuignus te occiderit priorē? Ita nō ille percussus est homo, quē cæcus oc-
 cidit: Te uero (si nihil aliud) calens ille cruor deniq; suscitasset. Sed quā manifesta est
 cōscientia quæ te compellit ad hanc necessitatē, ut cum occisum à priuigno tuo patrem
 uideri uelis, cogaris dicere nihil sensisse? Sufficit, uicimus, innocētes sumus. Cum in eo-
 dem lectulo fueris, cū amplexa sis forsità illum qui occisus est, tam incredibile profiteris
 soporē? Cur ergo tu incolumis es? quæ tā iratis manibus sanguinē tuū fortuna subtraxit?
 Certe dormiebas, certe nihil senseras. Ita priuignus te reliquit, qui deprehēdi nō time-
 bat? Occidit ergo aliquis patrē, & nouerçā pepercit? Maximū omnium nefas fortiter fecit
 minori sceleri statim par nō fuit? Omnia humana sacra cōiudit, uiolare nō est ausus pe-
 ctus odiorū. Incredibile est, sine fide est, nō occidere nouerçā, cui imputes quod patrem
 occiderit. Quid ais adolescēs? tu ne circa illū sanguinē defecisti? illa te blandius rogauit ani-
 ma? perdidisti ergo illud quod nihil senserat, quod nox, quod silentiū, quod tēpus supere-
 rat sceleris alterius? Tu si facere paricidū posses, ideo patrē tantū occidisses, ut tibi & no-
 uerçā liceret occidere? Nō uideo cur uideri uelint relicta mulierē. Ideo tantū ut uideret
 illud nefas illa fecisse, callide satis. Sed hoc alio protinus argumento subuerteret. Nō est
 eiusdē cōsiliij, nouerçā parcere ut substituat reā, & gladiū relinquere quo ipse deprehē-
 dat. Sapius uti necesse habeo argumēto cæcitatē, & hoc etiā loco quo de illo uulnere di-
 sputandū est. Me hercule si percussor intrasset, qui uideret, qui lumen præ se tulisset nō
 tamen tam feliciter libasset ictū, quē etiāsi nullæ falleret tenebræ, metus & conscientia
 incertū, magni sceleris tristē moræ fecissent. Raro cōtingit semel ferire carnifici, quamuis

cōponat ipse ceruicem, & exercitata manus homicidii nouissime, uelut quoddā genus artis exerceat. Si ergo librauit manū cæcus, ut ipsam protinus feriret animā, ego mehercule etiam illud admiror, quod cum patrem uellet, nō nouercam percussit. Præter animū nihil uirū habet paricida. Primus ictus ille trepidat, ille cogitat, ille erubescit, ille est ab innocētia proximus, præstat hoc solū, ut sequēs fortius feriat. Interrogare nūc uolo, quæ iuueni causa fuerit, ut reliquerit gladiū. Scilicet noluit nouercam suam infamari, Abstulit sibi omnem defensionē, & se paricidā confessus est, ferrū in uulnere reliquit. Si nondum occiderat, iterū feriret. Si iam perfectū nefas intelligebat, auferret indicium. Sed quid ego rem manifestissimā colligo? Si uultis iudices scire à quo sit relictus gladius, cogitate cui expedierit ut inueniret. Sed paries usq; ad cubiculū priuigni uestigio manus cruentatus est. Cogitate iudices ante omnia nō esse incallidū hominem, neq; consilij iacentis, qui cæcus explicare conetur facinus, & oculis difficile. Ille ergo nō æstimat cum manū cruentā parieti applicat, uestigiū à se paricidij sui relinquit: cum dextram, qua duce utebatur, ueste tergere atq; ita abire sine uestigio posset, totū parietem cruentabat, & ubiq; aliquid de patre misero relinquebat. Quid futurū esset postero die, quantā expectaret inuidiā: Lucem nō cogitabat, sed disponebat indicium certum, indubitatum, sine errore, quod nouerca sequeretur usq; ad cubiculū suū, usq; ad limen ipsum. O admirabilem casum, ne cruor ante deficit. Vt hoc loco natura ipsius rei. Palmatus sanguine paries inuentus sic est, totam manum explicuit, omnes digitos diligenter expressit. Totum ergo sanguinem consumeret inter prima uestigia. Pone enim manū cruentam, atq; adeb (ut istis etiā blandier) madentem, pone mensurā itineris, spatium parietis: diu enim in secretā domus partem reuertendum est, debet proxima pars à cubiculo patris habere plurimū sanguinis, sequens minimum, ultima nihil. Nam cruor quoties admotus est, transit, aut in manu tarde reptantis arefcit. Hoc quid esse dicamus, quod circa cubiculū utrūq; sanguinis istius uestigiū quasi incipit: hinc est paries palmatus, & illinc: Quō pertulit manus quod relinquebat: Nouerca istud, nouerca securis cōposuit oculis, illa miserū dextera sanguinē tulit, & manū subinde renouauit. Palmatus est paries, habet distantia, uacat aliquid loci, integrū ubiq; uestigium est, cæcus manus traxisset. Quaero nunc, unde tantū sanguinis in manu? Tunc enim ex omni uulnere cruor profluit & effunditur, cū ferrī recentē uiam sequitur. At quoties eodem quo factū est cluditur telo, latet tota mortis inuidia. Præterea cum manus ex parte qua palmare uestigiū potest, plicetur in capulo, & se, dum telum occupat, claudat, necesse est exteriore ut parte resperfa sit. Tuus autē qui palmatus est paries, uestigiū eius partis ostendit, ad quā cruor peruenire nō potuit. Vestrū est nunc omnia ista cōparare, perpendere, cur prudentior sit iudex in deprehendendo scelere, quā reus admittendo, hoc esse in causa puto, quod alter tantū pro se cogitat, alter pro parte utraq;. Tuitus sum adolescentis miserrimi causam, nunc inspicere uolo, quanto certioribus argumentis nouerca teneatur. Transeo illum uulgarē & omnibus notū de cōparatione personarū locum. Alius diceret maritū & uxorem, nisi liberis initiarentur, non fortissimis corporū uinculis inhærere. Ego illud potius dicā, decepta est mulier expectatio tua. Veneras quasi in uacuam domum, & sine hærede. Expectaueras ut infelix iste iuuenis ab ipsis protinus nuptiarum tuarū expelleretur auspicijs, extorem & inopem submoueret pater blando corruptus amplexu, & omnino summā calamitatē corporis occurrere delicatis uxoris oculis deuetaret. Inuenisti pium & deuotum unico senem, & de omnibus cōiugis tui desperasti ob id affectibus. Miserrimus est maritus, quisquis inducit filio nouercam, quod uxorem non uidetur utrūq; posse amare. Quaero igitur ante omnia, ubi occisus est maritus? In cubiculo suo, hoc paulō ante priuigno defendendum nō fuit. Occisus est in cubiculo senex. Ita ille percussor non timuit uxorem: Audeo secretū nuptiarum & matrimonialis lectuli solitudinem occisurus intrare. Quē quæram? ubi relinquitur maritus ab uxore innocens: Noctem autē ad scelus quis elegit: Nox tuū tempus est, quid si accedit huic etiam sceleris occasio: Nō uenire debes à secreta domus parte, nec tota tibi Penatiū sacra peragenda sunt, tu non cogitas quemadmodū suspensa manu sonantē blande cardinē flectas, iaces secundum occasionē, & expeditū tibi in proximo facinus est. Non times ne quis depre-

deprehēdat. Ipsi quoq; seruuli longius quiescūt, & præstat grande secretū Genio loci. Tibi quoq; ferire cum uelis, scire an dormiat licet. Nox, & ferrum, & securus maritus, quidnā isto delicatius scelere? Occisum esse miserū senem, cū tu uolueris, scimus. Quomodo tamē, inquit, gladius peruenit in meam potestatem, qui priuigni fuit? Hæremus, hic difficilis expugnandus est locus. Quis credet mihi, si dixerō? gladium perdidit cæcus, ille perpetua nocte clausa genæ nō custodierunt. Fingere nimirū ad tempus uidebor, & rem nimirū manifestam imprudenter cōplorare. Scilicet semper isti apposita capulo manus, & diebus ac noctibus curæ. Nolo tanquam callido glorieris ingenio, nō decepisti trucem horridumq; latronē, nostri tibi occasionē præbuere mores. Nam quod uno ictu occisus est senex, ad te suspicio magis respicit. Tu præparare corpus illud ad ictus potes, dum uideris amplecti. Tu blanda manu prætentare pectus, ubi affiduo uisceris pulsu nō quiescat anima, ubi statim mors sit, ubi de spiritu sanguinis ictum explorare ante & cognoscere licet. Potest & uno ictu mulier occidere. Venio nūc ad uestigia parietis cruentati, quibus te satis abundēq; pressimus, dum adolescentem defendimus. Hæc sunt tamē quæ contra te referuata sunt: Cum maritus tuus in cubiculo occideretur, sciebas nullum tibi relictū patrocinium, nisi aliquid simile cæcitati fecisses. Ideoq; sanguinem in illam partem induxisti, in quā quæri uolebas, ut postero die omnis inuidia sanguinis notas & uestigia præparata sequeretur. Infamas cæcum, consiliū ex calamitate sumpisti. Sciebas illum nō aliter si dux defecisset, ingredi posse, quā si uestigia parietis perpetuitate dirigeret. Simulasti itaq; cæcitatē, & ne quid sceleri impio deesset, mariti tui cruore lussisti. Omnia tibi cōposita atq; simulata sunt per otium & securitatem, tanquam scelus transferretur ingenio. Nūc enim nocens, quia priuigni gladius in uulnere, quia paries cruentatus, hoc sufficere utrūq; iudicio putabas? quā facili momento causa fata uertunt, quod fecisse etiam is scelus frequenter inuentus est, qui obijciebat. Sed causas inquit, paricidij iste habuit, quæ iratus pater in secretā domus partē relegauerat. Mulier illa forsitan ignominia felicioris uideretur esse priuigni. Cæcitatē beneficiū est cū illi secretū datur. O præclaram senis optimi singularemq; pietatē, quā blande ille seposuit miserū suum, q̄ diligenter uxoris gaudentis elusit oculos, q̄ multo cæcū pudore donauit. Si felicior, inquit, essem pater, ego tibi potius cederē domo tota. Nunc miser illam occupa partem, in qua nemo te uideat, in quam solus ego ueniam, sint circa te seruuli fideles, non gemtus tuos audiat quisquam, nō flebili mœrore pascatur. Nihil est quod te sollicitet cōuersatio: ne nostri, secretū quod cæcitati præstat, ideo præstat, ut minus oculi desiderēt. Aliquis odit filium cæcū, & hac tantū ultione cōtentus est, ut illi assignet quietā, & sepositam, & meliorē partē domus. Ita ego sic intelligebā, quasi abdicaret, quasi expelleret. Iratus ergo senex tenet iuuenē suū uelut in interiore cōplexu, & à limine obstat. Rogo qd̄ duos separet media domo, te integram, sanam, illum infelicem cæcū, contumeliæ opportunit, iniuriæ facilem, utrū filio irascitur, an uxori? Nolo inquit, iuuenis utaris amœna domus parte, nec quæ nitidioribus tectis elaborata sunt pertineat ad oculos tuos. Quis tam stulte irascitur cæco, ut putet illius interesse, ubi habitare iubeatur? Te potius ille submouet. Tuis inuidiam facit oculis, tibi dicit, sufficiat, satis est, habeas maiorē domus partem, absente putes, misero in paternis ædibus aliquē angulū relinque. Pater qui filio sub nouerca assignat secretā domus partē, confitetur uxori se abdicare nō posse. Transit ad aliud genus defensionis: Sibi causam cædis nō fuisse, cū hic hæres inuentus sit omnium bonorum. Quis enim alius esse debeat, ut huic properandū fuerit ad hereditatem? Filius scriptus nō timet poenitentia testamenti. Omnium bonorum hæres relictus est. Nō ergo irascebatur pater cū daret secretā domus partē, nō possunt tibi diuersa prodesse, eadem obijceres reo si exhæredatus esset. Elige utrū uoles: Si sciuit se esse hæredē, amare magis patrē debuit: si ignorauit, nō habuit quod speraret ex patris morte. Reliquū est ut intucamur, ille qui perijt ab utro magis uestrū desideret. Te opinor hic grauius afficit dolor, impatiētius hic luctus exanimat, tuq; obsoletā protinus nubē, & temporī accommodata lugubria flāmeo reuertente mutabis. Hic uero iuuenis, qui si fortunæ suæ mala cū præteritis cōparet, cæcus cœpit esse nunc primum, quid non miser in hoc sene perdidit? uiuebat illi magna pietas,

aderant quocumque iusserat de facie patris oculi, non illudere in felicibus tenebris contumaces seruuli poterant, nec (quod extremum contumeliarum genus est) ut dominum ageret rogabat. Nunc quanta dii boni ludibria sunt ineunda? Iunxere se pariter caecitas & solitudo. Quid tibi nunc miserime adolescens hereditas prodest, quam tantum audis? quid enim circa te pecunia potest? quae fruendi uoluptates? quid aliud quam spoliatorum facilis occasio? Quam bene ista omnia paterni oculi custodiebant, quam facile decipi, quam facile denudari, quam sine labore falli potes, quam cito inops fieri. Morte patris exheredatus es. Quid nunc tibi nisi perpetuus imminet moeror, & execratio uitae? Miser post omnia & lachrymas perdidit, nec dolentem adiuuant oculi. Incipit apud te gladius habere quod agat. Quae erit ecce, quae erit miser ferrum. Nunc, inquit, huc reddite illud, innocens donec habuit in eas manus tantum. Si mori necesse est, illi potissimum incumbam. Hoc illa iam olim grauis & infelix anima querebatur. Vbi nunc meae uires? ubi impetus? ubi dextera tam fortis? uno ictu puto ne me quidem ipsum mihi continget occidere.

Argumentum Declamationis II.

Ex incendio domus adolescens patrem extulit. Dum matrem repetit, et ipsam et oculos amisit. Induxit illi pater nouercam. Quae accessit quodam tempore ad maritum, dixitque parari illi uenenum, quod iuuenis in sinu haberet, et sibi promissam dimidiam partem bonorum si illud marito porrexisset. Intrauit ad caecum pater, interrogauitque, an haec uera essent. Ille negauit, exquisiuit, et inuenit in sinu uenenum. Interrogauit cui parasset, ille tacuit. Reuersus pater, et mutato testamento nouercam fecit heredem. Eadem nocte strepitus in domo fuit. Intrauit familia in cubiculum domini, inuenitque ipsi occisum, et nouercam iuxta cadauer dormienti similem, caecum in limine cubiculi sui stantem, gladium eius sub puluino cruentatum. Accusant se inuicem caecus et nouerca.

Pro caeco contra nouercam.

ENTIO Iudices pudori iuuenis, pro quo minimum est quod paricida non est, grauissimum uideri quod absoluendus est contra nouercam, & plurimum caeco de reuerentia deperire uirtutum, cum in patrocinio summam pietatis auferretur quicquid alium defenderet innocentem. Haec primum itaque publicis aliam legamus affectibus, quod pro se reus indignatur uti corporis probatione. Solus omnium non remittit sibi, ut incredibilior sit in paricidio caecus, quam fuit cum uideret. Homo omnium quos unquam miseros fecere uirtutes, innocentissimus paricidium negauit antequam pater occideretur: & ne quid hodiernae sollicitudini praestari putetis, fecit quod est summum in rebus humanis nefas, ne uel in alio crederetur. Ignoscite per fidem, quod indignatur se iuuenes in honorem tantum calamitatis absolui filium, qui patrem ex incendio sua caecitate seruauit. Facinus est hoc tantum innocentem uideri, quod illum non potuerit occidere. Nam quod ad mulierem iudices pertinet, quae defendi non potest, si patrem caecus occidit, tam impudentem delatoris necessitate malo, quam si tantum negaret. Viderit quis fiduciam ueritatis putat, quod caeco facinus obiectum est. Deprehensa mulieris audacia est, quae non potest nisi incredibilium comparatione defendi, & quisquis caecum inuicem accusat, solus est reus, aliam iudices esse debuerunt aduersus hanc debilitatem probationes. Caecus in paricidio non debet suspectus fieri, sed deprehendi. Quae so itaque iudices, ut haec prima propter causam iuuenis putetis, quae contra illum nimia sunt. Nihil magis debet esse pro caeco, quam quod aduersus illum sunt multa fingenda. Et constat de pietate de innocentia hominis, qui expugnandus fuit paricidii similitudine. Congesta sunt aduersus miseram debilitatem ferrum, cruor, uenenum, & quicquid non potest esse negligentiae, nisi nescientis. Nemo iudices, nemo diligentior debet esse ad facinus, quam qui paricidium potuit facere caecus. Iuuenis iste, de quo summa in rebus humanis monstra finguntur, eius fuit erga parentes semper affectus, quem nefas est optare de liberis. Cum domus ignium septa uiolentia rapuisset miseris senibus omne praesidium, illa festinatione qua fugimus, erumpimus, in medium cucurrit incendium. In quanto tunc periculo fuit rerum naturae pietas? Dum diu multumque attonitus haeret, dum ad utrumque respicit, ad utrumque discurret, penes infelicissimos parentes perdidit pietatis aequalitas. Ut deinde miserimos senes cluserat iam propior ignis (audiat licet inuicta pietas) patrem iuuenis elegit, & de pariter

riter ardentibus uices disposuit affectus. Vix dum posito sene, cum illi quoque miraremur explicitum, iterum flammam aperuit, & undique coeuntis incendii redditus globis arserat iuuenis, si tardius perdidisset oculos. Facinus est iudices, non hoc quoque maximis contigisse conatibus, ut seruaretur & mater. Minus tamen in utroque fecerat nisi perdidisset oculos. Viderint qui filium in eo magis parente mirantur, in cuius salutem faciem uultusque consumpsit. Patri praestitit caecitatem, qui amisit oculos, dum repetit quam reliquerat matrem. Non expectatis, certum habeo iudices, ut excussem quod pater induxit caeco nouercam. Factum est eo tempore, quo constabat patrem filio senem soluendo non esse. Contenderim quinimo iuuenis fuisse consilium, ut pater cui matrimonium filiumque abstulerat incendium, residua senectutis aliam solaretur uxore, & ut domus quae caecum tantum habebat & senem, acciperet ex coniugio ministeria custodita. Facinus est iudices quod bonos priuignos nouerca facilius decipiunt, nec leuius oderunt. Quam multis insidijs, quam multis artibus patet caecitas innocentis? Mulier cui spem inuadenda hereditatis praestabat debilitas priuignis, senectus marito, intellexit hoc solum deesse sceleris occasione, ut prius infamaretur paricidii caecus. Viso igitur hoc, quod sibi iuuenis non uidebatur esse priuignus, uenenum quod in miseri sinu abdiderat deprehensura, nunciauit patri, tanquam paricidium pararetur. Et quia mendacium poterat facile nudari, si quem conscium nominasset, totam delationem sic ordinauit, ut sibi crederetur promissam dimidiam partem bonorum, si uenenum seni uoluisset ipsa porrigere. Videtis iudices, quae praeparatione nouerca ad testamentum patris accesserit. Mulierem quam credit maritus noluisse partem bonorum accipere, pro scelere necesse est sic remuneret, ut faciat heredem. O quanto aliter probaretur paricidium, quod iam potest deprehendi. Mulier quae se dicebat in conscientiam sceleris admissam, non hoc primum exegit a patre, ut quaereret quis parasset caeco uenenum, quis dedisset, unde maximum sciebat posse fieri quaestione errorem, instituit ut innocentissimum iuuenis interrogaretur repente, subito infamatura uelut deprehensi trepidationem, seu tacuisset caecus, seu negasset. Adductus ad filium senex, dixit iuueni quicquid audierat. Nunquam iudices tam simplicis innocentiae fuit facinus negare. Non esset ausus iuuenis coram ea muliere mentiri, quae prodidit, & scit ubi esset uenenum. Ut uero sensit infelix instantem nouercam, postulanteque ut sinus iuuenis exquireretur, tunc uero attonitus, haerens, & tota malorum suorum cogitatione confusus, intellexit hoc argumentum eius esse, quae parasset, ut posset deprehendi. Igitur prope, festinanter omnia membra pertractans, & meris in sinum manibus, dum cuncta suspicionibus, dum tactu iuuenis explorat, uenenum prius inuenit. Laudo iudices innocentiam silentij, laudo fiduciam, quod interrogatus cui parasset, non putauit sibi defendendum uenenum. Rem quinimo fecit eius qui sciret patrem non crediturum, & (quae maxima est innocentiae contumacia) persuasionem senis nulla uoluit excusatione corrumpere. Non fuit illud trepidatio, non tacita confessio. Quisquis habet uenenum, habet & quod respondeat deprehensus. Fecit post haec senex rem hominis quem non mouisset quicquid inuenerat. Non torisit ministeria caeci, & de scelere in quo solus nocens esse paricida non poterat, non explicuit ordinem quaestione, sed quod plus est quam absoluere, remisit iuueni defensionem. Vtrum deinde intellectus deterrimae mulieris insidijs filium paulisper uoluerit exheredatione protegere, & diligentius de patrimonio suo deliberaturus interim captauerit, ut uideretur mulieris cupiditati iam non obstare priuignus, an facilis fuerit, ut exheredationem quoque impetraret nouerca caeci ab homine, cui tam multa persuaserat, cogitationibus uestris relinquo. Hoc tantum dixisse contentus sum: Testamentum continuo mutauit. Et ne quis miretur hanc festinationem, statim subsecutum est ut periret. An interfuerit iudices iuuenis huius ut uiueret pater, qui iam alio moriebatur haerede, uos aestimabitis, non interfuit ut occideretur. Facinus iudices quod illa nocte in cubiculo nouerca, quod in lectulo factum est, domus tota sensit, nemo non sibi uisus est iuxta fuisse. Excitari sola nouerca non potuit illo loco unde uenerat fragor. Cucurrit familia quo sollicitos atque trepidantes ducebat strepitus, quem sequebantur. Inuenerunt senem occisum, nouercam iuxta cadauer sic iacentem, ne statim possent interrogare quis occidisset. Nunciatum est deinde facinus & caeco. Inuentus est

(quod innocentiae sufficit) non à scelere rediens, stans in limine cubiculi sui animo quo discurrebant uidentes. Vt deinde ferrum iuuenis inquireretur, exegit eadem utique quae postulauerat de ueneno. Quod in lectulo gladius cruentatus inuentus est, non deprecor iudices quin contra caecitatem non minus argumentum putetis, quam quod inueniri potuit uenenum in paricidij suspitione. Gladius cruentatus nouissima probatio debet esse, non sola. Ignoscite malorum periculorum metus, ignoscite humana discrimina. Defensionem iuuenis primum lachrymis gemitibus prosequimur. Perdidit infelix patrem, perdidit & caecitas illum senem, cuius oscula, cuius amplexus imponebat uulneribus oculorum, cui praestabat caecus ut uiueret. Misera innocentia, misera debilitas, quod te nouerca non sic potius decipere maluit, ut biberes uenenum. Facinus est iudices comparationem fieri, ut incredibile sit paricidium. Idem uos putatis efficere nocturni merita, & affectus osculis blanditijsque quasitos, quod natalium pignorumque reuerentias. Nullas ego facilius perire crediderim, quam corporum claritates. Et licet matrimonijs paulatim reuerentia grauitatis accedat, possunt tamen distrahi facilitate qua coeunt. Vxor est, quam iungit, quam diducit utilitas, cuius haec sola reuerentia est, quod uidetur inuenta causa liberorum. Aspicimus matrimoniorum singula momenta rixantia, mutant quotidie domos, & per amplexus lectulosque discurrunt. Placet etiam post liberos alius maritus, & unde deprehendas omnium scelerum facilitatem, possunt non amare uiuentes. Quid si huic uxoriae utilitati nouercae nomen adiungas? Mulieri quae post liberos inducitur, matrimonij non contingit tota reuerentia. Quanto alios praestat affectus diligere uita, lucis autorem? Liberi ac parentis non alius mihi uidetur affectus, quam quo rerum natura, quo mundus ipse constrictus est. Quisquam ne mortalium confodiet illud sacrum, uenerandumque corpus, quod potest ex ignibus rapi, quo bene consumuntur oculi? Non inuenio iudices, quemadmodum posset esse contra liberos salua reuerentia. Non est difficile ut maritum uxor occidat, si non est difficilius ut filius patrem. Non est iudices quod putetis inter mulierem & uirum de scelere quaeri, neque est quod se nouercae sexus occasione tueatur. Maior est caecitatis infirmitas. Sunt & foeminis ad scelera uires, cum habent causas uirorum. Quinimo si interroges, facilius haec pectora metus, odium, ira corrumpunt, & quoniam non habent roboris tantum, unde uitia mentium uincant, plerumque facinus infirmitate fecerunt. Sanè tamen illis sceleribus sufficere non possint, quae discursum, quae exigunt laborem. Quod uero tam muliebri possis inuenire facinus, quam occidere hominem iuxta te iacentem, aggredi senem qui se tuis crediderit amplexibus, cuius somnos, ipsa disponas, ipsa custodias? Omnis alius percussor deprehendi potest antequam feriat, uxor non sentitur, nisi dum occidit. Non est iudices incredibile ut occiderit mulier hominem, quem dicitur potuisse caecus occidere. Facinus est iudices, si caecos habere non credimus, nisi necessitatis innocentiam. Prima est infirmitas caecitatis ut nolit. Fallitur quisquis hanc calamitatem non animorum putat esse, sed corporum. Totius hominis debilitas est oculos perdidisse. Et si diligenter actus intuearis humanos, ministeria luminum funus. Caecus non irascitur, non odit, non concupiscit. Et cum corpora nostra uigorem de luminibus accipiant, pereunt cum suis uitia causis. En ad quod erumpant manus, quae proxima quaeque tandiu quaerunt, manus quae sua quoque ministeria non explicant? Audebit quicquam corpus illud quod ad singulos sibi uidetur decidere motus, cui quicquid ante se est, donec exploretur, abruptum est? Facinus admittet in quo nihil ipse facturus est? Facinus, quod totum credat alij? Quid si caecitas sit quae fecerint ignes? nemo in incendio solos ex homine perdit oculos. Tunc facies sentit incendiū cum ambusti defecere gressus, cum opponi non possunt pro oculis manus, & ad lumina nostra flammis omnium membrorum uulneribus admittimus. Caecum uel hoc faciet innocentem, quod licet uiribus, licet sufficiat audacia, non habet persuasionem hominis, qui possit imponere. Nefas est iudices hunc iuuenem reliquarum debilitatum ratione defendi. Quam incredibile est ut occiderit patrem, qui pati non potuit ut perderet? Rogo quid opus gladio, quid ueneno paricidae? quantulum fuit potius seruare matrem? Rapiatur ex parentibus illa infirmior, illa peritura, paricidium sic facere potuisti, ut optimus filius uidereris. Quantum deinde impatientissimis affectibus putatus accessisse post caecitatem, charior est pater cum

ter cum in locum successit oculorum, & tunc est infinita pietas, cum in illa debeas amare quod feceris. Quid dicitis iudices? transferet in facinus hunc caecitatis iuuenis fauorem, ad quem quotidie laudatura ciuitas coit, cui assident omnes liberi, omnes parentes? faciet se pietatis pariter & sceleris exemplum. Facilius est ut occidas patrem à quo sis seruatus. Nullius unquam iudices paricidij magis debuistis excutere causas. Cupiditas, inquit, iuuenem egit in facinus. Hoc si credibile, si uerum est, debet uideri, mulier haeres maritum, an patrem caecus exhaeredatus occiderit. Habeant sanè iudices hanc nefariae cupiditatis festinationem, quos uitiorum ardor, quos quotidie luxuria praecipitat, quo caeco hereditatem uel innocentem? oculi sunt, oculi per quos paupertatem ferre non possumus, oculi tota nostra luxuria. Hi nos in omnia quotidie uitia praecipitant, mirantur, adamant, concupiscunt. Facilius impleas animi satietatem. Quo per fidem diuitias iuueni apud quem omnium rerum diuersitas perit? Circundes licet hanc debilitatem fulgore, diuitijs, caeco tamen tunc magis cuncta defunt, cum contigerunt, nec inuenias debilitatem cui magis cum paupertate conueniat. Homo in honore parentum excacatus, patrimonio sub patre melius utetur. Et quod per fidem paricidij genus iuuenis elegit? uenenum, inquit, iuuenis parauit. Cur per fidem, si sufficit ferro, facinus aggreditur, cui adhibere conscium, cui praestare debeat ministrum, cum maius habere possit in gladio paricida secretum? an postea iuueni succurrit, quid possent facere manus, & si circa uenenum deprehensa debilitas collegit inde uires? Nemo iudices, nemo nescit quemadmodum possit occidere. Intellexit iudices nouerca quam incredibile esset, ut uideretur caecus paralle uenenum. Igitur adiecit tentatam se, ut illud ipsa porrigeret. Date per fidem iudices operam, inuenite uerba, secreto priuignus & nouerca de paricidio loquuntur. Ita se non putat uterque tentari? Quid dicitis iudices? Nullum? ne in tota domo quod corruperet, aliud paricida pectus inuenit? Difficilius hoc credas nouercae, si te à nullo alio putes impetratum. Non ergo iuuenis credit haec omnes loqui cum patre? omnium blanditiarum primum esse sermonem? Nouercam timeas negantem. Non habet fidem ei credere paricidium, quem scias proditurum, nisi impetraueris. Per fidem iudices attendite criminis diuersitatem. Tentatam se in paricidij conscientia mulier affirmat. Quis uero dubitet nunquam hoc priuignum fuisse facturum, si habere conscium potuisset alium? Atqui uenenum iam parauit, emit. Et cum hoc ipse facere non potuerit caecus, quis est ille cui paricidij tantum instrumenta creduntur? cur non idem porrigit seni? uel si non potest decipi maritus nisi manibus uxoris, cur ante paricidium struitur, quam sciat an nouerca promittat? Nam quod uult uideri, promissam sibi partem honorum, non est argumentum, nisi & ipsum probetur. Mulier quae sollicitatur ad facinus, quemadmodum sibi consulit, ne illam paricida decipiat? Et probationes prospicere debuit, seu factura quod rogabatur, seu proditura. Adde quod neque odit nouercam caecus cui paricidium credit, neque hereditate corrumpitur, cuius contentus est parte dimidia. Nemo iudices paricidium faciet quo alius utatur. Exiguo igitur ut istud paricidium caeci tu socia, tu conscientia manifestius probes. Quid opus est ut iam uenenum iuuenis habeat? potius sermonibus nostris interponere testes, fac coram seruis loquatur, fac intersint amici, fac audiat pater. Facilimum est caeci decipere secretum. Utere mulier homine qui se commisit oculis tuis, Utere uerbis quae regis, manibus quae moues. Volo uenenum ipse proferat, ipse porrigat, uolo te rusus in facinus hortetur, uolo plura promittat. Paricidium caeci deprehendi potest, dum tibi fatetur. Sed, inquit, inuentus est tenens uenenum. Exiguum argumentum nouercae magna facilitate fecisti. Non accusas caecum, sed ostendis. Homo expositus ad omnem occasionem, ad omne ludibrium, quem tactus, quem proxima quaeque decipiunt, qui refert, quid in sinu habeat ille quem deprehendere possis, qualem relinquas? A quo modo nouerca digressa est, cuius ordinauit uestes, tetigit sinus, membra composuit, uenenum potest habere sic ut nesciat, potest sic ut aliud putet. Si mehercule uolueris, tenebit palam: si iusseris, accipiat coram seruulis, coram amicis, & si uenenum non diceret, hauriet, bibet. Nullo magis iudices argumento potest innocentia caecitatis intelligi, quam quod ui-

detur deprehensus iuuenis. Si paricida est, & exquiritur, hanc saltem sibi præstabit dissimulationem, ne teneat uenenum. Neminem iudices credo mirari, quod iuuenis interrogatus cui parasset, uerba non habuit. Non fuit illud patris indignatio, non fuit dolor, uenenum iuuenis expauit. Auferunt nobis uocem quæ fieri posse non credimus, & silentium est admiratio subita miserorum. Nescit tacere deprehensorum scelere trepidatio, & statim respondet illa cum suo sibi scelere parata defensio. Tacere facilius est deceptis, quam deprehensis. Quid per fidem facere uultis iuuenem, quem de paricidio consulit pater ille seruatus? miror hercule non dixisse, uolui, sum ueneficus, sum paricida, & inuidiam putarem si confessus esset. Bene quod nescit iuuenis quemadmodum paricidium neget, neque habet illa deprehensorum multa uerba. Venenum quod tenet cæcus, ipsius est si illud excuset. Sed, inquit, exheredatus à patre est. Poteram iudices secretum hoc senis profundumque uocare consilium, contra iuuenem tamen esse non debet, etiam ut de paricidio crediderit nouerca. Notum hoc iudices, ac uulgare facinus est, quod plerumque contra liberos amantur uxores, & sequentiū matrimoniorum non aliunde quam de damno pietatis affectus est. Genus infirmissimæ seruitutis est senex maritus, & uxoriæ charitatis ardorem flagrantius frigidis concipimus affectibus. Quid quod necesse est impatientius amet maritus uxorem, qui sibi uidetur filium iam perdidisse? Facilimum est de cæco paricidium credere, cum hucusque erraueris, ut inquireris. Volo scire iudices quid fecerit homo senex, qui paricidam filium sciat. Non culeum parat, non illud porrigit uenenum, non saltem abdicatione dimittit, testamentum tantummodo mutat, & paricida sola paupertate punitur. Rogo quis præcipiat, urget? adeo ne non potest fieri idem postero die? grauius hoc faciet pater si non præstiterit uxori. Quid quod hoc ipsum tam placide, tam quiete facit, quasi capter imponere? Quid dicitis miserorum parentum affectus? Exheredaturus pater filium, non aduocat propinquos, non contrahit amicos, nullis lachrymis tabularum, exheredas miserabilem paricidam. Non est iudices quod putetis, ideo nullum adiecit ad exheredationem iuuenis elogium, quia de scelere constaret. Nemo unquam ideo non obiecit filio paricidium, quia crederetur. Per fidem iudices duorum inter quos de scelere queritur, æstimemus mutato testamento proximam noctem. Iuuenis seu innocens, seu paricida est, adhuc in suo silentio stupet, nec facile dixerim unde maior trepidatio, si alienum tenuit, an suum uenenum. Nouerca rem inter manus habet anxiam, trepidam. Nihil est difficilius quam differre gaudium, quod scias te non mereri, & filio se esse prælatam non est longa persuasio. Expectat nunc ut iuuenis agat causam postero die, ut credulum senem propinqui, ut ciuitas uniuersa castiget, & se nouerca sensit unius tantum noctis heredem non creditur testamento hominis, qui eadem nocte qua filium exheredauit occiditur. Tractemus nunc iudices ipsius sceleris comparisonem. Cæcus ignorat ubi iaceat senex, an iam quiescat. Et quam difficile est ut credat illum qui modo de paricidio suspicatus est, dormire patrem? Tu sentis quando senem uicerit lassitudo curarum. Cæco quis renunciat quod dici noctis uel secretum? Scis pariter an una quiescentium fores uallauerit cura seruorum. Tu facere potes occasionem uxor & domina. Cæco fortassis ad aliud limen errandum est. Tibi hoc solum restat ut ferias. Cæcus necesse est quietem patris ipsa corporum electione confundat. Tu iugulum, tu potes pertractare pectus, dum amplecteris. Nobis iterum limen casus rursus reditus incerta tentanda sunt. Tibi restat ut statim membra componas, ut quiescas. Non sufficiunt facinus facturo solæ cogitationes, & uix tam multa pariter sciretis oculi. Per fidem iudices ab utro credibilius est occisum senem? à nouerca, quæ prospexit ut alius posset esse suspectus, an à iuueni, cuius inuidia periturus erat, etiam ut illum alius occidat? Intuemini per fidem iudices procedentem paricidam. Quos non ista uestigia frangant, rumpantque somnos? Vestigia plura semper errantium, quæ non ualent suspensis prætentatisque gressibus librare corpus, & quia diu incerta sunt nutantia, necesse est grauius premant solium cui crediderint. Quanto ex hoc plus accipiat, necesse est illa nocturni silentij quies, quod ambulantis cæci nec manus cessant, præmittuntur,

mittuntur, explorant, & adesse se nunciant? Illa per quæ complexus ueniunt, non sunt in potestate cæci, quibus toto se fateatur strepitu. Quicquid occurrit nequaquam potest euadere cæcitas nisi offensa, ut ambulare, ut ingredi nocte possimus, dies facit. Quam multa deinde supersunt postquam ad patrem peruentum est? Exploretur necesse est pariter iacentium prima diuersitas, uultus, ora tractentur, detrahantur uelamenta corporibus, quæ ratur uulnere locus. Ita ex duobus neutrum excitat? Grauior semper dextera tractatus errantis. Paulatim deinde admotendus est pectori mucro, & ne qua confundatur ignorantia nimium liber ictus, præcedat oportet gladium manus. Vnde tantum uirium cæco, ut in uno statim ictu mors tota peragatur? Incertum uulnus sit necesse est, cuius impetum non regitis oculi, nec possis custodire destinatum ferro locum, dum ad colligendum uulneris pondus, dextera redire permittitur. Vtrum deinde iuuenis post uulnus unum continuo fugit? Et quemadmodum scit, an facinus expleuerit? an potius expectat, ut de paricidio cadaveri credat? Ecce iterum per eadem incerta recundum est, omnia rursus periculose tentanda ueniunt. Fidem uestram iudices, ut nobis profit argumentum criminis nostri, cæcus si nec uenire, nec reuerti sine strepitu potest, neque sic occidere potuit, ut deciperet nouercam. Te te hoc loco mulier interrogo, quæ tam grauis quies, ut te mors tam uicina non excitet? Paruulis noctium turbamur offensis. Excitant nos exigui plerumque motus, uox incerta, longinqua, & aliquando ipsum silentium. Illorum sane iuxta te summa non sentias, quos senectus languoresque dissoluunt, hominis qui ferro occiditur tumultuatur exitus, & similis est repugnantia. Quid quod necesse est nulla mors inquietior sit, quam quæ statim tota est? Nam quod dormiens occisus est, non est quod sic æstimes, tanquam per illam quietem transierit in mortem, sit aliquid necesse est inter soporem mortemque medium, nec potest iungi tanta diuersitas, cum sit somnus ipse pars uitæ. Non multum interest, quietem nostram ratio uitæ rumpat, an mortis. Hominem qui dormiens occiditur ipsa mors excitat. Sanè non habuerit supremam uocem, habet utique palpitatio, habet motus, & quicquid totus lectulus sciat. Et quando mulier seni tuo blandius implicita iacuit? Sicine dormis, quæ modo turbasti totam domum, cuius priuignus paricida, miser est maritus? Ecce uitalibus ruptis in amplexus tuos effunditur cruor, & fugiens per uulnus anima agit ante se anhelitus, agit crebra suspiria. En iterum largus ille sanguis circa tuos duratur artus, stingeris deficientium rigore membrorum, non moueris, non expauescis, sed dormis per tot diuersitates? Non relinquitur quid aliud simulare possit mulier, cui necesse est iuxta eum inueniri quem occidit. Non est iudices quod incredibile putetis, ut quis perferat dormientis simulationem, nihil est quod facilius humana calliditas possit imitari. Sic quidam cadaverum expressere pallorem, & contra uerba, experimenta telorum, mortium pertulere patientiam. Quanto facilius simulare possit mulier rem cuius imitationi sufficit cluisse lumina, laxasse membra, dedisse suspirium modum, & anhelitus negligenter egisse? Inter dormientem simulantemque, non est nisi conscientia. Nam quod ad tot uestigia, tot manus, tot proclamationes in eodem tenore durauit, nolite mirari, facilius excites dormientem. Et hæc est omnium natura rerum, ne quid diutius perferas, quam quod imitaris. Simulare somnum habet & hanc facilitatem, quod uidetur similis excitato qui deprehensus est. Quid hoc esse uis mulier, quod te non excitet res qua domus tota turbatur? Illam seruilis negligentia quietem, illos sine curis, sine affectibus somnos, illos qui non statim primo timore profiliunt fragor noctis agitauit. Quantus deinde fremitus discurrentium tota domo? prima sunt euigilantium præsidia clamores, nec potest quieta res noctis esse auxilium. Minore strepitu commota es cum excitareris. Ecce cubiculi uestri fores trepide festinatoris effringuntur impulsu, en lumen super lectulum ingerunt multæ manus, & ad prostratorum corporum similitudinem usque resoluta es. Hoc tu quietem putas esse? Patientia est, uestræ iudices æstimandum relinquo prudentia, strepitum quem in cubiculo senis fuisse confessi sunt, qui illo potissimum concurrerunt, utrum putetis factum colluctatione morien-

tis, an peracta caede referentis gladium mulieris fuisse discursum? An hoc quoque inter ar-
tes nouercae, ut omnibus sceleris sui partibus sensim quieteque dispositis, ipsa ad excitanda
familiam fecerit strepitum, cui hoc solum supererat ut sic inueniretur? Frigor quo
familia excitata est, si redeuntis caeci fuit, deprehensus iuuenis esset antequam gladium re-
ferret, ut sciat iudices neminem fuisse in domo quem non fragor ille confuderit. Caecus
quoque inuentus in limine est, sicut solet ultrò citroque commeari. Iuuenis si intra suum pa-
trisque cubiculum facillime discurret, quid adhuc in limine facit? Euasit & fugit, gladium
iam reposuit. Et quanto facilius est caeco simulare somnos, uultum quietis imitari? Quod
per fidem maius subitae confusionis argumentum est, quam quod caecus exiliuit, & ste-
tit? Grauius necesse est expauescant, quibus de solitudine sua non renunciant oculi, &
conclusus animus non exit in uisus, non habet unde timori suo par sit. Deprehensus est
iuuenis ubi illum destituerat impetus timoris, potest negligere caecitas in cubiculo suo
ducem, in quo omnes dies, cunctasque noctes agit iter, quod iam multis offensis, multis edi-
dicit erroribus. Extra limen caecitas est, inde error, inde tenebrae. Nihil est innocens caeco,
co, qui nec in scelere deprehensus est, nec in dissimulatione. Proclamat hoc loco iuuenis:
Ut primum, inquit, me pater fragor domus, & uelut tui confudere gemitus, iterum tan-
quam te rapturus exilij. Tunc primum miser sensi facinus caecitatis, steti donec mihi re-
nunciareris occisus, & in illa discurrentium trepidatione tenui miser otium timoris. Osi
numen aliquod paulisper accommodasset oculos, primus in cubiculum intrassem patris,
inuenissem fortassis adhuc aliqua uerba morientis loqui, interrogare potuissem. Tarda &
trepida sunt officia seruorum. Ego te deprehendissem nouerca uigilantem. Sed, inquit,
gladius caeci cruentatus inuentus est. Non est iudices caecitatis audacia, de patricidio refer-
re gladium, & homo cuius paulo ante exquisiti sunt sinus, non referret in cubiculum suum
ferrum quod non tegere posset, non abscondere, & tamen cruentatum sciat. Quis hanc
iudices impudentiam ferat? Negat caeco surripisse potuisse gladium mulier, quae se quiete de-
fendit. Et quanto facilius est somnos decipere miserorum? Grauior est quies, quibus ex
lassitudine calamitatum uenit. Caeco uero facile est etiam uigilanti surripere gladium.
Quemadmodum paratur argumentum, quaedam facere non potest negligentia, & faci-
lius est, ut caecitatem imitentur oculi gladium cruentatum reponentes. Has tantum cau-
sas habet qui occidit alieno. Sentio iudices iam dudum indignari miserimum iuuenem,
quod argumentis, quod probatione defenditur, reddenda sunt maximo uirorum patro-
cinia tam pia caecitatis, & agenda reliqua pars causae admiratione. Intueri mihi iudices ui-
deor expeditionis illius incredibilem nouamque faciem. Vadit raptò patre iuuenis per ar-
dentes crescentesque flammis, dicturum me putatis, ut euadat, ut fugiat? Properat miser
ut reuertatur. En membra contactu stringuntur ignium. Pater tamen toto cooperitur am-
plexu, & ardentibus tunc quoque penè luminibus, texerunt manus alterius oculos. Hoc
nunc me putatis stupere, mirari, quod huic iuuenis oneri per medios ignium globos, &
ruentia tecta suffecit? Illud est cui uix habere possit mortalitas fide. Visus est sibi fecisse
rem facile. Quanta dii deaque pietatis audacia est ire rursus in flammis, illo ubi patre penè
perdideris? Iam non erat illud Penates, iam non erat domus, ubique tamè iuueni uidebat ar-
dere mater. Iam miser undique flagrantibus membris cum discurrente clausisset ignis (quod
solum supererat uirum genus) matrem quarebat oculis. Non fuit illud primum ignium,
perire lumina cadentia, non protexerunt flagrantem sua membra faciem, & oculi quaeren-
tibus matrem manibus arserunt. Rursus infelix totum tactu perlustrat incendium, & un-
de maximus est collabentium culminum fragor, illo debilitas tanquam inuentura reuocat. Solus
omnium seruatus est beneficio caecitatis. Protrahatur iudices si uidetur in medium reus, plu-
rimum probationibus adhaerere debent truces uultus, terribilis, minaxque facies. Hic est iudi-
ces qui dicitur tota nocte discursisse. Hic ille circumspectus, hic ille felix paricida. Recesse-
runt cuncta debilitatis officia, & hominis qui circa genua uestra ducendus est, non est qui diri-
gat gressus, non seruuli supersunt, non Penates. Respondete per fidem, respondete mortales, utrum
hic patrem occidit, an perdidit? Quid agis infelicissime iuuenis? rogandum est, neque habes
totas

totas preces, perit ille uester ambitus, uestra miseratio, sed nefas est ut reatus iste sentias
debilitatis aduersa. Nos aedem iuuenis duc, imò nostris humeris, nostris manibus in-
nitere, nos tibi preces, nos accommodamus oculos. Quid aduersaris infelix? Quid repu-
gnas? Scimus te non rogare pro uita, sed dura miser dura saltem, uiue dum uincas, decet
te hic quoque uirtutum tuarum cumulus, decet ut digneris moriturus absolui.

Argumentum Declamationis

III.

Bello Cimbrico miles Marianus tribunum stuprum sibi inferre conantem propinquum Marij occidit,
reus est caedis apud Imperatorem.

Pro milite contra tribunum.



ATIS dedecoris atque flagitij castra ceperunt, cum haec furenti tribuno mens
subiecta est, ut in medio belli Cimbrici strepitu ante signa (tuus honos sit ha-
bitus sanctissimis auribus) iuberet prostare gladio cinctum, & uim turpissi-
mam ac nefariam tentaret inferre (nequid aliud dicam) fortiori. Habet extre-
ma labe uiam, & in exemplum in quod facillime uitia proficiunt, noua cul-
pa pernotuit, & licet impunita sit reo uirtus sua, tamen in hoc ruentis in deteriora seculi
cursu affirmo, plures erunt qui tribunum imitentur, quam qui militem. Et si nihil minus
conuenire uidetur partibus aduocati summe imperator, quam reo capite periclitanti sub-
sidium miserationis auferre, memor tamen pro quo, & apud quem loquar, audacter atque
ut spero, tuto profiteor, militem tuum quicquid afferat casus hodie, sub ipso fortunae mi-
nantis ictu stare securum. Aut enim absolues tanquam innocentem, aut punies tanquam
uirum. Fas est uita periclitari, qui natum se meminit lege percundi. Neque in militiam gra-
uissimo asperrimoque bello ita uenit, ut nesciret sibi mortem in procinctu habendam, neque
tam imbellis, ut non forti pectore aduersa, dum non inhonesta, toleret. Affirmo tibi C.
Marij, non sic nuper repugnasset, si illum tribunus uoluisset occidere. Neque ignorauit quae
manerent eum pericula, cum obscenos furiosi corruptoris amplexus gladio deuelleret.
Nec habeo sane quid in milite praesertim tuo laudem, si pudicus est tantum, quia expe-
dit, nec si sit uita cupidissimus, poenitere eum facti sui potest. De interfectore corrupto-
ris fortasse dubites, illud utique scio de impudico milite non deliberasses. Hunc uero C. Ma-
ri (defendatur enim tam fortiter miles tuus, quam iudicatus est) nec si damnaueris poe-
nitebit. Si fors ita tulerit, ibit ad poenam pleno gradu, tam paratus mori pro pudicitia, quam
occidere, laudemque perpetuam fortissimi pudoris secum feret. Omnis licet delatorum uis
ingruat, nunquam tamen effici poterit ut miles tuus magis doleat quod accusatus, quam
quod appellatus est. Sed neque hoc Mars parens, nec signa militaria aquilaeque uictrices,
nec tua summe imperator diuina uirtus sinat, ut tua quoque sententia quisquam uir & Ro-
manus & miles nimium pudicus sit, apud quem ante principia gerendum est. Ecce cum
maxime hoc agitur, ut inter Romanorum legionum manipulos scorta deligere, & ad stu-
prum trahere sacramento rogatos posthac liceat ex decreto tuo, nec pudet accusatorem
apud C. Marium (quod exemplum diuinitus nobis datum uidetur, quid in homine uir-
tus possit) assidentibus legatis praefectisque, & istis illi prodigio dissimilimis tribunis, to-
to annorum iudicio, obicere militi quod uir sit, tantumque durum ac rusticum, & pa-
rum meretricijs artibus queritur educatum. At ego si qua est fides, pudicitiam in milite
etiam laudare erubesco. Foeminarum est ista uirtus. Aliter mihi laudandus est uir fortis,
idoneus bello, promptus ad pericula, praestantis animi, libere dicam, dignior quam tri-
bunus esset. Hoc enim propinquum Mari non erubesceres. Pater huic emeritis bello sti-
pendijs tunc cum tota subnixum Numidia fregimus Iugurtham exautoratas armis ma-
nus agresti labore subegit. Praedura priscis moribus mater, frigoribus ac solibus peru-
sta, & in plerisque ruris operibus marito particeps. Affirmo quam nemo appellasset im-
pune. His ortus ipse procul ab omni contactu recesserat, pueriles quoque annos aliquo
semper opere durando, sequi pecora primo, arcere gregibus feras, aliquid semper aude-
re maius annis. Ludus fuit rotare faxa, uibrare iactu sudes, saltus agitare uenatu, mox
uigentibus lacertis humum scindere, segnem futuris noualibus eruere syluam. Sic effectum

est, ut (quemadmodū aliqui putant) posset citò militare. Interim ex ultimo litore occa-
 ni, & dirempta frigoribus plaga, gens à rerum natura bene relegata, stolidi uiribus, in-
 domita feritate, insolens succellu, nec minus animorū immanitate quàm corporū beluis
 suis proxima, Italiā inundauit, nec tamen tantū in sua, quantū luxuria socordiaq; no-
 strorum ducū elata, dum nos in bello quoq; uitia pacis sequuntur, & delicati sumus etiā
 miserī, uastitatem agris, solitudinem iuuentutī, periculum imperio, ac propē exitiū at-
 tulit, apparuitq; nunquā populo Ro. ad propulsandā perniciē magis uiris opus fuisse.
 Itaq; cum appareret soluta militiæ disciplina, & non minor nobis pugna cum moribus
 esset, quàm cum hostibus, ad unicum Cai Mari, cum uirtutis tuæ, tum sanctitatis seue-
 ritatisq; praesidium confugimus, Et mehercule festinarunt parentes ad nomen liberos
 mittere, quāuis asperrimo bello, uelut occasionem cōplexi, ut sub te ponere rudimenta
 militiæ contingeret, cernere quotidie diuinæ uirtutis exemplū, te hortatorem operū ha-
 bere te testem. Et cum hæc cōmunis totius exercitus esset felicitas dux Marius, tamen
 (ō facinus indignum) plus reliquis consecuti uidebantur, quibus tribunus contigerat
 propinquus tuus. Quanta cura robora militū legeris imperator, ut hostibus propē hu-
 manas uires excedentibus opponeres parem delectū, uel ex eo manifestū est, quod cum
 scires non ex censu esse uirtutē, præterita facultatum cōtemplatione, uires tantum ani-
 mosq; spectasti, quid prodest? en quanta delectui tuo sit inuidia, diceris aduersus Cim-
 bros puerū probasse. Sed neq; te militaris ætas sefellit, cuius certissima mēsurā est, posse
 fortiter facere, neq; illa libido fuit saltem uitijs usitata, quæ ad obscœnos Veneris impe-
 tus formæ cupidine incenditur, sed quidā perditus cōtumeliæ amor, ac summa flagitio-
 rum uoluptas inquinare honesta. Hoc ipsum quod primus ante signa procurrit, quod
 ueteranos tyro præcedit, quod redit puluere, & cruore cōcretus, istud istud quod tam
 uir est. Vulgaria sunt irritamenta cupiditatis, forma, ætas; singularis res est fortis concu-
 binus. Illas cicatrices, illa uulnera, illa tot eximiae decora militiæ, quid exequar ultrā? Im-
 perator pudet me quod intelligis, transeo oblatā nolenti munerū uacationem, & blan-
 dius quàm militiæ disciplina postulat, adulatū militi tribunum, imperatas asperrimas ex-
 peditiones, ut remitterentur, sæpe ordinis, sæpe affinitatis tuæ iactatam gratiā. Confite-
 mur C. Mari, diutius uixit obscœnus corruptor, dum ista miles nō intelligit. Nō audeo
 dicere imperator, concipe animo temporis illum habitū, reforma cogitationes tuas, in
 alijs forsitan causis permittitur indignitatē rei oratione exaggerare, de iniuriā nostra la-
 tine queri nō possumus, parcendum uerbis est, in hisibenda magna ex parte ueritas, præ-
 uaricandū mihi est, si pudorem habeo. Collatis cum hoste grauissimo cōminis castris,
 cum totū bellum quodam genere ad pedē uenisset, & omniū mentes imminētis pugnae
 cogitatio impleisset, circumfremente undiq; barbaro ululatu, Romano militi pro uallo
 excubanti meretriciam obscœnæ libidinis patientiā aliquis imperat: Suū quisq; habeat
 fortasse iudicium, mea sententiā non satis pudicus est miles, qui armatus tantum negat.
 Hoc expositionis loco imperator malo accusatoribus credas. Illi narrarunt, rem uiro &
 Romano & milite tuo dignā, tantumq; nō ardorem luminū, horrorem capillorū, fremi-
 tum indignationis ante oculos dicendo posuerunt. Ad primū statim obscœnæ libidinis
 sermonem nō aliter quàm si in hostem classicū cecinisset, gladiū illum quem à te pro pu-
 dicitia nostrarū coniugum acceperat, per pectus infandi corruptoris exegit, & in latus
 ultra pedē. Si omnes milites tales habemus Mari, uicimus. Verebar equidē ne fugandū
 corruptoris causa ferrū strinxisset, & quod accidere interim solet, dum alter recessurum
 putat, alter percussurū nō putat, tam honestū opus casus fecisset. Neq; enim, ut opinor,
 hoc quoq; exigendum fuit, ut cum cæcus amentia corruptor, per uulnera ipsa rueret ad
 prendendos amplexus, miles etiam gladiū reduceret. Ego uero parū uiriliter istum in-
 dignatū puto, si in tanto dolore tribunum potuit agnoscere. Ipse nihil excusat. Percussū,
 inquit, C. Mari, seigniusq; occidi, hausi noxiū ultrice dextera sanguinem, siue licuit, siue
 non licuit. Atq; utinam plures mortes cepisset, ut impurū spiritum renascens poena tor-
 queret. Parum seuerē militarē redeuntibus supplicij disciplinam cōtinemus, si tribuno
 post hoc factū bene cessit quod occisus est. Reum ergo cædis non in sciacione defendā,
 uiro

uiro forti, præsertim & innocenti nihil facere cōuenit, quod negandum sit. Non abnuo
 crimen, imò si accusatores tacerent, ipse narraſsem. Obijcite igit, sed ut delatores decet,
 totum. Verecundissimū enim militē apud sanctissimas imperatoris aures minus pudet
 cōfiteri quàm queri. Parum ne dedecoris subimus, quod nō de honoribus fortissimi uiri
 quæritur, & ut longissime uota procedant, rem honestissimā militi fecisse impune erit?
 Damnetur etiā, & pudicitiam supplicio pendat. Cōuenite legiones, intendite animo san-
 cto tracta undiq; auxilia. Lex dicitur castris, nec pauci sunt qui hoc nolint licere, illud
 uelint. Nō mehercule possum tenere, quo minus in accusatorem dolor meus erumpat.
 Quid dicis? Tu si tribunus esses, hoc fecisses? Si miles esses, hoc tulisses? Date præcepta,
 cōponite disciplinam, Miles hac cōtumeliā percussus est, indignis uero uocibus conta-
 minatus, nihil amplius quàm reuert: Et quis nō illum inter prostitutos habeat, si cōmi-
 serit ut possit iterū appellari? Neget tamen, & ultionem iniuriæ suæ differat. Ita puto cū
 illuſerit tribunus, queretur: Inijcitur manus, & ab assignata statione miles abducitur, ut
 stuprum patiarur: Vos interrogo accusatores, quid faciet? feret libidinosas manus uul-
 nera sua tractantes: deponet arma, an reponet? Vir est enim, auctorē habet, hoc primi or-
 dines iubent, æquum est tribuno militem parere, in diem sperare etiā processus potest.
 Pro hoc merito accipiet fortasse uicem, ordines ducet, & sub illo alij militabunt. Si hæc
 cōditio causæ est, si defensio sui nō permittitur, indicate, prædicite, si corruptorē nō licet
 feriri, feret: non enī potest nuda manu repelli, mementote, corruptor armatus est. Impli-
 citus tamē infando nexu, cogitate quid sibi fecisset, utrum sit si plura despiciat, imò si ui-
 detur, quo iustius queri possit, patiarur, istud uero flagitium in conatu pereat: nam si libi-
 do ad uotū obscœni corruptoris processerit, duo occidendi erunt. Libere itaq; dixerim,
 C. Mari, quam de fortissimo milite sententiā feras, magis tua interest, huius quidem glo-
 riæ nihil plus adijci potest, quàm si pro re tam honesta moritur, hunc mirabitur sola uir-
 tutum incorrupta testis uetustas, hoc factū patres liberis uel post poenam præcipiet. Tu
 cogita quid te sensibile homines sciant. Hoc exemplum in neutram partem potest taceri.
 Cogitare certū est id quæcū iudicat, probare quid in re simili ipse fecisset. Omnibus
 enim ad uirile robur per pueritiā iter est, & iam cōtra libidinem maturuisse nō prodest.
 Recognosce incrementa tua, & honestam tantæ magnitudinī memoriā pristinae tenui-
 tatis. Sine dubio te ad tot cōsulatus, & actos aut destinatos triumphos diuina uirtus tua
 sustulit. Memento tamen, & tu sub tribuno militasti, nec ad hoc fastigium dignitatis
 tam breui tibi uenire cōtigisset, si sero cœpisses. Dicā nunc ego præcipuā semper curam
 Romanis moribus pudicitia fuisse. Referam Lucretiā, quæ condito in uiscera sua ferro
 poenam à se necessitatis exegit. Et ut quàm primū pudicus animus à polluto corpore se-
 pararetur, se ipsa percussit, quia corruptorem nō potuit occidere. Si nūc placet tibi mi-
 les, quid ego Verginium narrem, qui filia uirginitatē, qua sola poterat, morte defendit,
 raptumq; de proximo ferrū non recusanti puellæ immerſit: Diuisit illi solum Appium,
 quem tamen populus Romanus secessionē à patribus, & propē ciuili bello persecutus,
 in uincula duci cōegit, neq; ulla res tum magis indignationem plebis commouit, quàm
 quod pudicitia auferre tentauerat filia militis. Hæc sunt honesta, hæc narranda scemina-
 rum exempla. Nam uirorū quæ pudicitia est, nisi nō corrumpere? Non sit mihi forsitan
 querendū aduersis auribus, seculi in tantū uitia regnare, ut obscœnis cupiditatibus natu-
 ra cesserit, ut pollutis in scemineam usq; patientiā maribus, incurrat iam libido in sexum
 suum. Finem tamen aliquē sibi uitia ipsa exceperūt, ultimumq; ad hoc huius flagitij cri-
 men fuit, corrupisse futurū uirum. Hoc uero cuius dementia est? in cōcubinatū iuniores
 legunt, & in muliebrem patientiā uocatur fortasse iam maritus. Ego uero gratulor mili-
 tari disciplinæ, gratulor opinioni castrorū, si huius mentis tribunus in hunc primū inci-
 dit. Ita ne tandem (iuuat enim uelut præsentis insequi furorem) scorta tua stipendiū meren-
 tur, & sub signis exoletos trahis? Ideo meretrices ab exercitu submouentur, intrare ca-
 stra sceminis nō licet: Ita puto, non opus est. Militem, hoc est, plusquàm uirū, iamiamq;
 in acie staturum, cui pro uirili portione salutem suam patria cōmisit, appellas. Fortasse
 classico sonante, ideo stationes circuis, ideo uigilias ambis. En quem tribunum faceres,
 C

cum prætextati militabant? Nō hic profusus est furor? non manifesta dementia est? Vides munitū gladio latus, lorica ferro asperā, clausam galea faciem, & ad terrorem belli cristas minantes, inscriptum in scuto C. Marij nomen. totum deniq; uirū Martio habitu horrentem. Hic tibi cultus prostituti uidetur? Appellabis de stupro? uim afferes? Quid deinde expectas, ut ille tribunum putet, cum tu illum nō putes militem? Vacat em̄ uitij nostris, & ad omne uotū fluente fortuna lasciuit otium, aut in eo saltem statu respublica est, ut ad restituendā eam satis sit milites impudicos nō esse. Non de prolatando tibi imperio res est, nec transmarinas (ut nuper) prouincias petimus: de Italiæ possessione certatur, pro aris focisq; cōstitimus, an hæc omnia igni ferroq; uastent, an nobis caput barbarus hostis excidat, an cimbrice loquendū sit. Vita omnium nostrū & salutē pati nanq; aliud ne sub hoste quidem uiri timemus) in ultimū discrimen adducitur. Influxit Italiæ inaudita multitudo, quam ne ea quidem potuit sustinere terra quæ genuit, inusitata corporū magnitudo, mores etiā Germanis ferī. Strage nostrorū campi latent, iam fugatorum Carbonis atq; Syllani sub cōparatione felix militia est. Iacet post amissum Scaurus exercitū, Seruiliū Manlijq; bina cum tot legionibus castra perdidimus. Gens maiorem terrarū partē uictorij peruagata, tantū in Mario stetit. Libenter te imperator interrogo, in hoc rerū statu tales milites habere malis, an tales tribunos? In tanto belli discursu, ne cōcessā quidem ueneri dares ueniam. Nam quo ad altiorē quisq; honorū gradum extenditur, magis in exemplū spectantibus patet. Cum alij excubēt armati, alij claustra portarū tueantur, alij uallum fossasq; scutis innixi cingant, cibum ipsum stantes capiant, tribunus inter scorta uolubatur? & has solas uigiliasaget? ac ne ideo quidem breuem saltem frugalitatis perferet simulationem, ne hoc ipsum facere milites sciant? Age porro si uiueret tribunus, & hoc ad te factū imperator deferremus, circūstaret uniuersus exercitus, nec hanc militis contumeliā, sed militiæ putaret, quid ageres? quid constitueres? Beneficium accepisti Mari, beneficium, non habes necesse propinquū tuum occidere. Nam si uere æstimemus imperiū populi Ro. ad hanc diem militari disciplina stetit. Nō enim nobis aut multitudo maior est quā cæteris gentibus, aut uehementiora corpora, quā uel his ecce Cimbris, aut maiores opes quā locuplentissimis regnis, aut mortis contemptus facilior quā plerisq; barbaris causam uitæ nō habentibus. Principes nos facit seueritas institutorū, ordo militiæ, amor quidam laboris, & quotidiana exercitatio ne assidua belli meditatio. Itaq; plura penē moribus, quā uiribus uicimus, cū captiui quoq; sancte habebantur, & contumeliā etiā hosti aberat. Quæ omnia longa superbæ nobilitatis intermissa luxuria tui nobis mores retulerunt. Dij profecto magnitudinem tuā curant Imperator, ac dirigunt, qui tibi super cæteras laudes obtulerunt tam honestæ sententiæ occasionem, quod miles fortiter fecit, si absoluis, tuum exemplū est. Nisi forte hoc me perturbari putatis, quod tribunus fuit. Ideo hercule turpior, ideo morti omni dignior. Hæc em̄ conditio superiorū est, ut quisquid faciunt præcipere uideantur, & perniciosissimus est malæ rei maximus quisq; autor. Quis cōtinebit militiam? Quis castrensis disciplinæ præcipiet seueritatē? Quis te imperator maioribus curis districto, delicta militū cōrebit? Tribuni corpus & peccatū corriget? Ad quem cōfugiam? cui querar? Sic fit ut necesse habeamus ipsi nos uindicare. Tribunus fuit, & hic miles fuit. Tribuns, hoc dicis, cui parere caligatū lex iubet, qui non solū militibus, sed centurionibus præpositus, partem quandam imperatoriæ potestatis obtinet. Ita, opinor, contra iura castrorū fecerat miles, etiā si tantum negasset. Nescit quod istius honoris fastigium, quæ potestas ordinis tyro est. Age si ad te C. Mari aliquis impudicū militem detulisset, ferres dicentem, Tribunus me iussit? Quod si par in utraq; parte delictū est, hoc tamen crimen militem saltē decet, Tribunus fuit. Videor me hercule imperator oblitus mediocritatis meæ, cū uix unius defensionis sufficiam, quædā pro uniuerso dicturus exercitū. Omnes has quæ circūstete re legiones, florem Italiæ, ciuū sociorumq; robora una uoce proclamare apud tribunal celsissima. Nō ignominia Tribuni parere possumus, nemo nostrum recusat itinerū laborem, nec inuisum super arma fascem, non æstiuū solis ardorē, nec sub pellibus actam hyemem, ferienda sit fatigato fossa, pro uallo portisq; uigilandum, fortiter ancipites

ter ancipites inibimus pugnas, uulnera laude pensabimus, mors erit ignominia potior. Quicquid in pugna patimur uirosum est. Imperet asperas tribunos expeditiones, si quo uertice montis hostis pellendus est, si inter infestos armatis saltus speculandū, scruat de niq; in terga uerberibus, exigat seruilem plagarū patientiā, leno etiā seruis excipitur, fortasse hac lege captiuos uendes. Si meretricia imperatur necessitas, si aduersus obscenam uim corruptoris arma tantū contumeliæ causa habemus, potius castra capiant, & uim tribuni interpellet Cimber. Nihil tale nouere Germani, & sanctius uiuitur ad oceanum. Quid futurū est imperator si ad pudicitiam militum pertinet uincit? An ignoramus imperator quanta quondam Po. Ro. exarserit seditio, cum ex domo foeneratoris additus lacero uerberibus tergo prorupisset in publicū, & illas suppliciorum notas tulisse se quereretur, quod uim corruptoris pati nolisset? Et ille tamen quanquā hoc flagitium conatus in addicto, ac penē uix libero, uidebatur aliquatenus memor fuisse Romanæ sanctitatis, qui uim obscenissimam nō tentauerat nisi aduersus alligatas manus. Eo tamen usq; populus Ro. uindicta processit, ut ardentibus bello finibus ad delectū responderet, nisi & pœna corruptoris, & abrogatione legis satisfactū esset. Nolebant militare, quamuis hanc iniuriam non miles acceperat. Quid de Fabio Eburno loquar, qui filium impudicum cognita domi causa necauit? Iam iam cōmilito quicunq; casus manet, etiam si imperator te damnaturus est, habes solatium, satius est quā a patre occidi. At propinquus C. Marij fuit, Corruptis iudicē, & animo alioqui leui graue pondus imponitis. Propinquus tuus fuit. O rem omnibus narrandam, cum absolueris. Nam si quid tibi iudicandi fides tua causa facere permittit, cogites profecto, quantum tibi hoc ipsum apud æmulos, quos uirtutibus offendis, allaturum sit inuidiæ, cum uideberis aut corruptorem militis iudicasse innocentem, aut propinquū tuum etiā uindicare nocentem. Olim iam imperator inter fulgentes uirtutes tuas liuor locum querit, & natura quidem omnibus nouitatis incrementis aduersa nobilitas, tuis tamen laudibus pressa & obruta, rimatur occasionem criminū. Quod si bene inuidiā noui, hoc quoq; tibi obijcietur, quod saltem propinquus tuus peccauit. Quare abdicandus & eiurandus est non tuus sanguis. Certe nihil minus cōmittendū, quā ut ulciscaris hoc flagitium in eo præsertim, qui apud malignos poterit uideri te permittente fecisse. An ille si unquam cogitasset se esse propinquum tuū, non has uirtutes tuas, inter quas fortuna tua minima est, cum ei uelut propius contemplari licuisset, toto pectore haurire debuerat? Non huic affinitatis suæ felicitati referre gratiam? Milites te melius imitant. Quod si post hanc mentem uiueret tribunus, necessarium forsitan erat hac quoq; eum premi inuidia, quod ista fecisset Marij propinquus, quod ex ipsa stirpe uirtutum sustulisset flagitij soboles. Nam cum bene sit liberata probro familia, quid attinet illud subinde Mario obijcere? Optimū fuerat non habuisse talem proximū, aut libenter perdidisse. Perorata imperator, ut mediocritas ingenij mei tulit, causa, scio cōmendationis partes esse reliquas, sed has superuacuas facit sanctitas tua. Quid enim uerear ne noceat reo humilitas apud te, cui uel gratior potest esse nuda uirtus, apud quem maximū est ex se cœpisse? Cōmendem tibi ordinē caligati militis, quem uelut incrementorū tuorum natalem libenter ab alto respicis? Adhuc fortasse patritium ualuerit genus, sed ductum tuis longa serie dignitatis ordinem ipsa uirtutum conditione meliorem fecisti. Nondum potuit altius procedere uir adhuc huius ætatis: tamen cum uirū fortem, cum dignum tuis castris, tuis auspicijs probarim, cōmendo tibi quicquid melius miles fieri potest. Hoc quidem profecto non expectas, ut in extrema actione miserabili steru, & humili obtestatione uitam genu nixus petat, nec tu rogari ab innocente exigis, nec uiro forti opus est precari absolutionem. Vnum rogat, ut si quid de causa illius dubitas, des dilationem usq; ad proximū prælium, pone in prima acie, pone ante signa (fortiter dixerim) non inter tyrones, ubi plus periculi, quo maximus hostiū globus ingruet, specta pugnantem, affirmo tunc minus ignosces tribuno. Liceat ire in aciem, congedi cum hostibus. Si perire debet, rogat te imperator miles tuus, opera mortis suæ utaris feliciter.

Argumentum declamationis IIII.

Vir fortis optet premium quod uolet. Qui causas uoluntarie mortis in senatu non reddiderit, insepultus abiectus. Quidam de partu uxoris Mathematicum consuluit. Is respondit uirum fortem futurum qui nasceretur, deinde paritum. Cum adoleuisset, qui erat natus, bello patrie fortiter fecit, reddidit causas uoluntarie mortis. Pater contradicit.

Pro filio contra patrem.

POSITVS P.C. in ea conditione tristissimae sortis, ut nec morte dignus sim, nisi me paricidam putetis, nec praemio, nisi innocentem, adeoque ludibrijs miseram sim diuersitatis uel necessitatis implicatus, ut impetrandum a uobis habeam odij mei fauorem, quae ante hoc tempus circa nos ordo praedictae ueritatis explicuit, attulisse me credatis uigentium malorum probationem. De paricidio uenit, quod occidere me possum; de fato, quod mihi non licet mori. Non solum Mathematicum seculo temporibusque praedixit has manus, sed & ego me paricidium credo facturum, plusquam responsum quam sacrae artis triste praesagium est, quod mihi sic minatur animus meus. Non habeo infelix in cogitationibus meis unde non timeam, & facinus, quod sibi pro me pietas patris, quod singulorum innocentia rogat, sentio, patior, agnosco. Ne quis me tamen laborare putet miserae persuasionis errore, accipite cur non possim dubitare de fato. Paricidium credit, qui facturus est; non timet qui periturus est. Ante omnia igitur a grauitate publica peto, ne pro tota innocentia mea contenti sitis hoc, quod uolo mori. Nec quia uideor contendere cum mathematico, uincere necessitates, expugnare fatum, ideo mihi bene credi putetis & uitam. Aliud est facinus non esse facturum; aliud mori uelle ne facias. Quinimo, si qua est fides, hoc quod uos constantiam putatis, infirmitas est, quod ad suprema consilio, animum meum noui. Nouissima uictae mentis integritas est in mea potestate, breui non habeo nec mortem. Fidem uestram P.C. ne quid amplius de misera pietate speretis. Qui mori uolo ne paricidium admittam, non inuenio quemadmodum illud possim non facere uicturus. Nam quod ad patrem pertinet, qui me retinet uiuere nolentem, non miror quod adhuc recentis gloriae nostrae gaudio stupet, & in opera mea totus oculis animoque conuersus, paricidam non uidet per uirum fortem. Hic est animus, quo me quamuis denunciatum praedictumque seruaui, & cum incertis adhuc dubijsque uirtutibus praestiterit ut uiuerem, praestat meritis actisque ne moriar. Nunc ille, quod pietate, quod uideor istius perire reuerentia, uocat paricidium suum, & in orbitate quam sibi facere uidetur, non remedium meum, sed suum spectat affectum. Filius qui uult mori ne paricida sit, aliter sibi uidetur remunerari non posse, quam ut ipse moriatur. Merito prorsus, merito miserum senem, tristes sollicitudines, & praesentium metus ad mathematicum & responsa miserunt. Deui uir fortis nunciari, paricida praedici. Siue enim miserae coniugis prodigiosa fecunditas tumultuosis pulsibus maritales inquietauit amplexus seu per anxias noctes dirosque somnos feralibus senex imaginibus agitur ad notissimum sacrae artis antistitem, non spes, non uida uota, sed suspiria, metus, & praesagium magni nescio cuius incerti detulisse pallorem. Quid aliud hoc esse uultis P.C. quam primam fatalis instructus necessitatem? De partu uxoris non potuit non interrogare, deinde non credidit. Referam nunc P.C. cuius artis, cuius fuisse dicatur autoritatis, quem putauit ad eundem, qui sic timebat. Homo qui (quod certum habeo) plurimis meruerat experimentis, ut ad illum uelut ad oracula deorum, plenumque sacro spiritu peccatus, hominum sollicitudines metusque conuogeret, dicit inspecta totius ratione caeli, digestis sideribus in numeros, ad publici priuaticique fati stupuisse conspectum, & tanta prosperorum tristiumque congerie magis ipso consultore perterritus, diu non commisisse uerbis, quod uidebat. Sed o uirum grauitatis antiquae, dignumque cui se fatorum arcana nudarent. Cum partus de quo querebatur, multa praestaret propiora prospera, latos incipientes annos, non fuit contentus meliora praedicere, sed (quae certissima est uera proferentium fides) quicquid deprehenderat, protulit in medium, & proclamauit futurum uirum fortem, deinde paricidam. Quis unquam P.C. fiducia maiore respondit? Cum summum facinus denunciaret, ante se dixit probaturum. Fecerat profecto P.C. interrogando mathematicum pater, rem non educaturum, si quid tristius conperisset, nisi hoc

hoc primum de fato fuisset ut uiuerem. Sed nec mathematici fides circa momentum aliquem uel cellauit ordinem, non numerus sefellit, non sexus in partu, non iuuenta, non robur. Illa quoque quae uelut extrinsecus consentiebant, affuere responso, bellum, hostis, acies, ad illam ipsam qua fortiter facere poteramus, aetatem. Pater uero periculi sui denunciatione non territus, arma mihi, pro tristis necessitas, arma ipse circudedit, & suis ad pugnam manibus aptauit, tanquam mathematico id iam credidisset. Quis miretur quod responsum non contemplerit, dum sperabat ut fortiter facerem? Mori me non uult, & iam non superest nisi paricidium. O mors laudanda fortibus, expetenda miseris, non recusanda felicibus, quantum te quaesiuimus in bello. Tuli enim, deos testor, in aciem, tuli non uirium tactationem, non gloriae cupiditatem, sed ut patriae praestaret aliquid utilitas mei, ut hunc mihi deploratum spiritum, hoc destinatum damnatumque corpus, publicatum utilitatum uisus absumeret. Ibi miser primum didici, quam multa nescientes, quam multa faceremus inuiti. In medios hostium globos perditus pugnator exilij, cessit acies. Densissima quaeque certamina solus inuali, resistere nemo sustinuit. Obuijs ictibus membra nudauit, & ad incurrens ubique ferrum uitalia parata circumtulit, uacua circa me tela ceciderunt. Miserum me deceptae cogitationis euentu, fortiter feci dum mereor occidi. Recedite gratulationes, abite laudantes, non circumeo templa, non reddo uota numinibus, ad paricidium ueni. Quem ego paulo ante passus sum miseram conscientiae pudorem, ad patrem arma non retuli. Timui quinimo ne mihi dum reuertor, occurreret, ne in oscula mea plenasque adhuc uictricibus telis manus incauto rueret amplexu. Quam tunc inter ceteras exclamationes deducens exercitus uocem, quod circumstantis populi murmur excepi: Magnum felicemque iuuenem, si subito moreretur. Aduuate dii pariter atque homines, dum perire concupisco, dum uolo, miseremini, ne huc ardorem fugientis animae dilatione laxetis. Proclamo, testor, in nouissimo fati stamus abrupto, prope est ut occidat patrem paricida praedictus, cum est mori paratus. Quid me pater adhuc detinet? quid moraris abeuntem? Melius quidem fuerat hunc spiritum aut in ipsa maternorum uiscerum sede comprimere, aut ut primum contactu suo coelum terrasque polluerat, festinata morte dimittere. Sane tamen charitas patriae priuatos uicerit metus, & in honorem uirtutum scelera nutrita sint, quicquid est propter quod educari me tanti fuit, explicitum peractumque est. Restat una pars fati, ultimum solumque facinus. Frustra me consolaris aequanimitate patientiaeque tua. Non idem utriusque nostrum discrimen agitur. Tu mori periclitaris, ego patrem inuitus occidere. Hoc primum itaque excuso uobis P.C. quod praemium peto, satis sit haecenus uiri fortis nomen agnoscere, hucusque autoritate sacrae legis attingere, ut illam in aduocationem sacrae mortis adducam. Relaturum me putatis illa optionum uerba solennia, non capere magnorum pretia meritorum solas aequitates, tanta remunerandum benignitate, quod fortiter fecit aliquis, quanta sollicitaretis ut faceret? Nemini unquam minus soluendo ciuitas fuit, praestitum post quod mori continuo deberem. Sed securi estote de auiditate summam potestatis, illud infinitum, illud immodicum, quod nobis uoluerunt licere leges, intra se consumit ille qui meruit. Titulos, imagines, honores seruate uicturis, mihi praestate salutem patris, innocentiam meam, temporum pudorem. Quaeso ne mihi ideo praemium negetis, quia fortassis & hoc debeat odisse, quod fortiter feci. Extra inuidiam est optio, cum id exigam quod impetrare potuissem etiam antequam fortiter facerem. Nam quod obiter optionis reddo rationem, quaeso ne quis ideo me parum aut praemio fidere credat, aut caulis, quia utriusque iuris miscui preces. Ignoscite ardori perire cupientis, quod pariter imploro, quae singula sufficere potuissent. Fide quinimo uestram, si qua adhuc lex est, quae adiuuare possit mori uolentem, commodate, conferre, est utriusque iuris & autoritas, quod in mea morte tribuat. Praestate caulis ut moriar, praemio ut sepeliar. Sentio P.C. hoc primum ab effectibus publicis petendum, ne quis ideo mori me uelle non credat, quia potius ad causas ac uerba confugi, quia a uobis malui petere, quicquid ab his potui manibus accipere. Merui fateor, malignas interpretationes, uir fortis ut moreretur a bello reuersus arma posui, populi fauorem, gaudia ciuitatis intraui. Sed siue hoc est sepulturae suae magna reuerentia, pessimaque addita pectoribus humanis infirmitates, ut esset quod timeret, qui non timet mortem, siue decuit innocentiae amore peruenire

tranquillitas magna pereundi, ignoscite quæso cōtationi patientiæ, moræ. Si me cōtinuò occidissim, tanquā paricida moriebar. Neq; est P. C. quod excludi præmitti putetis contradictione patris. Eximus per magnorū operum reuerentiā de necessitate parendi, & aut interim nobis magna uenit cōtra nominis huius potentiā, de uirtutū favore libertas, aut obsequia peracta demū optione repetemus. Nō est quod nos resistentis moueat autoritas, neminem inuenias mori uolentē, qui nō habeat aliquē uetantē. Ille cui præsto nō sunt pignora charitatis, lachrymis tamen audientū, & cōsolationibus, & promptissima semper exhortatione retinetur. Parentibus uero circa liberos unus affectus est, fauere uitæ, timere mortem. Non habent patientiā, nec iustæ orbitatis, & inter supplicia nemo pœnasq; omnes tamen illis innocentes, omnes miseri sumus. Ego P. C. cōmunem hanc impatientiam senis accendo pietate, reuerentiā, fieri nō potest ut se mori debere persuadeat patri filius, propter quem se uidef occidere. Hactenus leges, hactenus merita uirtutū, ueniamus ad necessitates. Mori uolo, mori uolo ita, ut reddidi causas, ita nō ex hac destinatione sentitis quicquid dici non potest? Viderit quid nos bucusq; protulerit, hinc incipit ratio. Quod uolo, fingite unū ex populo turbāq; petere ius præmorū. Non debet hoc uetari, quoties habet causas, nō potest, quoties nō habet. Scilicet em uerendum est, ne ad hoc inconsulte, ne temere leuitas humana profiliat, & credibile est, ut quicquid apud hominem pro uita dici potest, ipsa libi uita non dixerit. Abite gratulationes, silete blanditiæ, quoties iam putatis noluisse me mori: Primū hoc maximū, quod pro incolumitate hominis natura cōmentata est, ut periremus inuiti, & cōtra tot aduersos casus, patientiæ nobis æquanimitate succurreret. Inde est quod inter luctus & desperationes fœda uiuacitate duramus. An uos me moueri non creditis quod iuuenis sum? quod modo uitæ uoluptates, modo gaudia lucis ingressus sum? Quantopere mihi blandit, quod publicis ex acie reportatus humeris latitiā ciuitatis impleuit: Quoties mehercule, hæc uulnera & rorantia hostili cruore arma cōplexus, animū supra necessitates erigo, supra fatum pono. Sed omnia mihi iam discussa, consumpta sunt, & honesta pereundi ratione uicta cesserunt. Quid mihi amplius cū corpore, quod oderūt oculi sui, cū quo quotidie properans anima rixatur? Non sunt mea membra quæ possim (uelut hostis alicuius) lacerare, cōfodere. Homini qui semel renuntiavit rebus humanis, non redditur uita, sed tempus, & ipsa cupiditas ratiq; pereundi hoc ipso quo uetamur, accrescit. Felicior mehercule qui moritur antequā debeat, antequā uelit. Penē sero renuntiat uitæ, quisquis sic ad exitū peruenit, ut hoc illum facere nemo miret. Ei tantū debet mors negari, de quo nō sufficit hoc pœnæ genus, ut ipse se potius occidat. Nam quod lex iussit, ut moriturus redderet causas, quod inscriptum uoluit abijci, si sic properasset erumpere, ut non nuntiaret, hoc prius nō fateretur, fallitur quisquis ideo factū putat, ut teneremur in uita. Illa uero nō timet pereundi temeritatem, nec secretū doloris alieni libenter inquirat. Sciebat illos non aliter aufuros proferre causas, quos sceleris cōscientiā, quos maioris cruciatus metus in suprema cōpelleret. Igitur ne supplicia properato lucrarentur obitu, rursus in pœnā nocentis inscripti corporis reuocauit iniuriā. Lex placida, mitis, causas mortis reddi uoluit non æstimari. Possum igitur P. C. publica quadā uoce generis humani respondere quærentibus causas mortis interrogatus, at ego difficilius redderem uitæ. Quid iuuat ō misera mortalitas animam per tot annos, etiam si natura patiatur, per infinita temporū spatia tristissimo corporis retinere complexu? Si cuncta gaudia nostra, si uoluptates, & quæcuncq; ex hac uniuersitate mundi uel sollicitant aspectu, uel blandiuntur usu, diligenter excutias, tota uita hominis unus est dies. Humiles prorsus abiectionesq; mentes, quas non implent hæc eadem, semperq; redeuntia. Ut quis honestis operatus artibus sciat quis finis honorū, quæ uera felicitas, nunquā sibi uidebitur præmatura morte periturus, & lucis causas ad animū mentemq; referentium neminem quotidiē uita nō fatiat. Relaturum me nunc putatis, quanto plura sint in hac æui breuitate fugienda, cōparaturum gaudijs proprijs metus, calamitates: Illa illa æstimemus propter quæ fatigamus uotis deos, propter quæ breue in querimur ætatem. Nempe sunt uanitas, cupido, luxuria, libido. Non pudet propter hæc ferre debilitates, luctus, spatia morborum, & cum liceat euadere,

malle

malle pati? Finge tibi uelut ipsam proclamare naturā. Receptus es in hoc pulcherrimū mundi rerumq; consortium, & per succedentiū uices in ordinem mortalitatis natus, bona nostra uidisti, admittite posteros, cede uenientibus. Nescis te quanto diutius uixeris, tanto magis impatientiam parere: Quantumlibet prorogentur tempora, iungantur ætates, quandoq; tamen nō potest nō exitu perire miseri, qui moritur inuitus. Miraris quod suprema mea ipse præcipitem. Nunquid em non hoc agunt singuli dies? Omnis nos hora per tacitos fallentesq; cursus applicat fato, & in hac turpissima perpetuitatis cogitatione districti, per exigua festinantis æui momenta præmorimur. Faciamus potius de fine remedium, de necessitate solatiū, exeamus sponte, cōsilio, pleni securitatis, gratias agentes. Solus uixit quoad uoluit, qui mori mauult. Indulgete quæso fœuæ tristesq; causas, indulgete uirtutes, ut mori tanquā magno animo uelim. Ita nō sufficit ad maturandos exitus quod fortiter feci: Infirma prorsus terrenaq; mentis est, ut numeretis annos, ego (quæ felicissima uel lassitudo, uel satietas est) uirtute cōsenui. Quid adhuc inter accidentia fragilesq; casus ago? Homo receptus in publicas gratulationes præsentia humilitate decreasco. Minores fiant necesse est diuturnitate, quorū initia confirmauere successus, cū iam nec operibus, nec felicitati possit accedere. Cum fortuna ruere dementia est, & ætatem trahere pereuntē. Nullos ego senes degere turpius puto quā qui fortissimi fuerūt. Vultis expectem, ut putres artus fœdet pudenda canities, ut sanguine membra uacuata uix nitantur ad gressus, ut hæc laudatæ manus, nec ad quotidianæ uitæ ministeria sufficiant? Quam miserū, quā deforme est, meminisse quod fueris, referre cicatricū tuarum redundationes, & frigidam præteritorū memoriā, cum iam fidem membra nō habeant, supra sua facta rideri? Festinato exire de seculo debeo, dum alacre corpus, dum spiritus uiget, dum teneor, dum desideror, & hoc uolo debere manibus meis, animo meo. Fauere dii pariter atq; homines, mortem uir fortis inueni. Est hæc cōmunis mihi cum multis fortasse causa, sed ueniamus ad meā. Si mihi mathematicus denunciaisset damna membrorum grauem corporis perpetuumq; languorē, ignosceres tanta mala uel incerta fugienti. Plus est quod expauesco, quod timeo. Minatus est mihi manus meas, meos animos, nullumq; uoluit esse momentū, quo securus intrepidusq; requiescerem. Iussus sum uitam per anhelitus, metusq; cōsumere. Quis inter hæc spei, quis cōsolationis est locus? Mori debeo tanquā nocens, si mathematicus uerū dixit: tanquam miser, si mentitus est. Quid, quod me futurū dixit, paricidam? En quem mittamus in experimentū, cui credamus. Placet post futurorū incertā tractare rationem, quid ad diuersas persuasiones, & ad loquacissima humanorum pectorū ingenia uariaris? Paricidium dictus sum facturum, si possum post hæc uiuere, nō sum innocens, etiā si non fecero. Interrogare mehercule hic libet uos omnes liberi, omnes parentes, quæ mihi post hanc denuntiationem assignetis animū. Homo sum cuius corpus iratū fortasse seculo numen, uelut aptissimā facinorū uia detur elegisse materiam, cui in primis cōtinuò natalibus assignata est, uirtus pariter & facinus, omnīū incredibilium diuersorumq; pariter capax, omnibus difficultatibus nouitatibusq; sufficiens, sceleribus miser, & sine morte sua nocens, in quo debeat is ipsas quoq; odisse uirtutes. Nescio quæ me prodigiosa feritas in patrē, uelut telū aliquod casurumq; pondus librat, impingit. Facinus me manet, quod cōtra fidem est, quod profuturū mihi negatur, & nolim, cuius nō tempus, non locus, nō causa prædicat. An mori debeam uos æstimabitis, non debui nasci. Sentit pater quanta sit prædicti sceleris immanitas, & ideo tentat efficere, ut mathematicā artem non putetis, ac modo contendit non esse fatum, & cuncta casu fortuitoq; de currere, modo etiam ut prouidentia regantur, non posse tamen humana scientia deprehendi. Dum utrunq; colligo, interim apud grauitatem uestram depono sensisse aliquid patrem, etiam cum metuit. Ego mathematicum probaui dixisse uerum, ille credit esse dicturū. Casu ne tibi pater hæc diuersitas uidetur in corpus unum dissentientibus solidata primordijs, ut summo uertice locatus igneus uigor cuncta leuia calidi spiritus ardore suspenderet, profundus humor ad ima demersus, unde quotidie superpositi calor is alimenta traherentur, terrenū pondus in medio, quāto superne spiritu, tanta penitus inanitate subnixum librata mole consideret, ut seculorū infinita series, per

assiduas temporum uices sua lege festinet? Quid hæc fulgentiū siderum ueneranda facies? quod quædam uelut infixa ac coherentia perpetua semelq; capta sede collucet, alia toto sparsa cælo uagos cursus certis emetiuntur erroribus? Ista credis passim fortuitoq; disposita? Rogo quid melius ratio fecisset? Deus hæc, deus fabricator operis uniuersi ex illa rudi primaq; caligine protractum posuit in uultu, digessit in partes. Postquam dederat uniuersitati parem dignamq; faciem, spiritū desuper quo pariter animarentur, immisit. Inde est quod quicquid nascitur consociata numini proprietate signatur, & in totam æui sui breuitatem cōpositum firmatumq; sic accipit futurū, quasi uitam. Hæc credo pater terrori primis fuisse mortalibus, mox admirationem consumpta nouitate meruisse. Paulatim deinde hoc quod stupemus, animus ausus diligenter attendere. in arcana naturæ sacrū misit ingenium, & ex assiduis obseruationibus notisq; redeuntibus latentū ratione collecta, peruenit ad causas. Miraris fatum hominis posse prædici. Defectiones siderum laboresq; narrantur, nuntiatur origo tempestatū, lassitudo uentorum, quod sidus immodicos solis ardores, quod seueras minetur hyemes, quid significant sparsi longius crines, quid ardentius solito iubar, quid excussa flamma sideribus. Non inuenio quid possit esse certius ueræ artis ingenio, quam dicere quid futurū sit, fieri deinde quod dixerit. Quod si esse artem Mathematicā probant natura, ratio, experimenta, pater quoq; qui credidit consulendū, superest ut ostendamus uerum dixisse de futuris, quæ de præteritis non possumus probare mentitū. Accipite primā certissimæ scientiæ probationem. Homo qui de partu consulebatur, nō confundit turbauitq; responsum, nec per uarias ambages indeprehensibilem sparsit errorem, nihil ita locutus est, ut illud audentium interpretatio traheret dirigeretq; quod mallet. Atqui in eo tota ratio fallendi est, nō dare consulentibus quod deposcant, sed caligine magnaq; promissorū uarietate suspensos sic dimittere, ut quicquid casus attulerit, putent esse prædictum. An scilicet hæc fuerit ratio fingendi, quod dicebat usitata, communia, quæ futurus pater facile crederet, libenter audiret? Fortiter inquit, faciet filius tuus, rogo ubi magis desinit, qui mentitur? Sed quibus ille, dii deaq; signis, quibus impletus est notis, qui de paricida dissimulare non potuit, cum quæreret pater? Artē tantū mirari me pater putas? Ego miror animū, stupeo cōstantiā. Erit, inquit, uir fortis & paricida. Rogo quæ ratio fallēdi est ea dicere, propter quæ nec prioribus debeat credi? In paricidio, quod prospiciebat mathematicus, hæc sola ratio fuit mendaciū, ne prædiceretur. Fero tamē, ut quis in alijs cōsultationibus decipi possit, aut errare, de futuro paricida non magis mathematicus potest, quam pater interrogare. Omnes, sicuti apud sacræ artis antistes satis constat, animæ proprietates, & futuras mentium corporumq; formas ex illorū siderū qualitate, quibus in ortu suo cuncta gignuntur, accipiunt. Aliquis uagi numinis errore perfrictus est, uitā transigit, ille discursibus. Paricida cōceptum stella signauit, erit modesta lenitate cōspiciuus. Ardens nascentis horam sidus accendit, uiribus pariter moribusq; flagrabit. Languido iam uergentis in procliuem mundi, hebescentibus tardior membris, similis senectæ iuuenta pigrescit. Iam si cui principalium deorū fulgor illuxerit, in populi consurget imperiū. Credo me hercule in illum natalem monstri mei diem, iratorum numinum cōspirasse uiolentiā, sedemq; prodigiosi spiritus collato, pariter igne pressisse. Si uerum est post uetusta secula, & innumerabiles annos reddi rursus alijs corporibus animas, fortassis in me renatus sit aliquis ex illis, quorum scelere uiolatus dies mundū subitō mutauit, quos maria terrasq; fugientes, furiales faces, & ultricum dearū terror agitauit. Neesse est & maiores notas uentura promittat, quæ nō temere nascuntur. Sic futuras tempestates, pelagi fragor, & cōscium nemorum murmur enuntiat, sic periturorū fata populorum ardentis cælo faces, & crinita siderum flamma præcurrit. Prædicebar bello, monstrabar armis, agebat ante se uentura feritas publicas calamitates, & omnium malorū consummatione paricida ponebar. At si nūc ista putet aliquis fortuito, nō arte sentiri, possit fortasse casu euenire quod futurū sit, non potest casu fieri quod prædictū est. Et quando unquā pater explicuit manifestius illius fati necessitatē? totus ordo responsi: Vir, inquit, nascetur, euenit. Educabitur, quamuis prædictū sit, accidit. Perueniet ad iuuentæ robur, adolcui. Viribus erit cōspiciuus, & nimis.

Aderunt

Aderunt bella, uenerunt. Ibit in aciem te uolente, missusq;. Fortiter faciet, feci. Erit paricida, si uixero. Si pater, tam secretæ profundæq; artis ratio reddenda est, nōne habere tibi grande cōsortium prædicti uidetur ipsa diuersitas? Virum fortem dixit, & paricidam. Vicina sunt hæc, etiam ut dissimilia, paria uiribus, etiam ut mente dissentiant. Quid enim me aliud notabilem fecit in bello, quam quod non parco cadibus, cruore non iatior, exultans super stratorū corporum strages, palpitantibus adhuc cadaueribus alacer insisto? Virtutis sunt ista cum hostis contigit. Pax est quæ nos deprehendit, & cū iusta grillandi materia consumpta est, in facinus neesse est otiosus ardor erumpat. Ecce iam Reip. præbita est quies. mihi tamen plurimū est cum gladio meo, totis diebus tracto terrum, ad arma respicio, tela mea laudo, admiror, alloquor. Crede pater, & paricidum tam facile est, quam tortiter facere, cū utruq; de fato est, sed quousq; ratione colligam, quod exitu iam probatum est? quod nullis mathematicus dixit ambagibus, nullis dissimulari artibus potest? Partem responsi futuram in alio opere iam uidisti, & quod præcipue torquet animū, fides sceleris uirtus fuit. Explicata est autoritas responsi, cū de duobus prædictis unū factum est. Nec possis de ueritate dubitare, quoties cum incertis experimenta consentiūt. In responso cui cuncta cesserunt, fieri nō potest ut hoc solum falsum sit, quod nouissimū est. Non potest, inquit, fieri paricidum. Vis mirer pater, si non creditur futurum, quod etiam cum factū est, uix creditur? Falleris si aduersus prædictas necessitates sufficere credis, quod ego bonus filius sum, quod tu optimus pater. Tu nō mereris scire. Credo, ego utiq; nollem me scire. Quid est ergo fatum nisi quod sit, & non habet causas? Quemadmodum ergo, inquit, uitū uitari potest, si fieri neesse est? Scilicet hac sola ratione, ut mors inter tacinus hominemq; ponatur. Vincitur pater, fatū si resistas, uincit si cōtempseris. Ago quinimo gratias hoc solo nomine crudelissimis fati, quod maximū facinus non in prima aui mei parte posuerunt, quod præmissæ sunt ante uirtutes, magnorumq; operum prior ordo defluxit. Potest puto caueri paricidū, quod & prædicitur, & nouissimū est. Fingamus pater mathematicum de hac sola uitæ meæ parte mentitum, quid tanti est, ut credam ista & uiuam? Occidi pater non potest. Sed quid refert si difficultas ista nō est salua animo meo? Excedit omnem calamitatem, innocentia suæ non credere, diebus ac noctibus timere, suspectum habere animum suum, calumniari manus, inculcare uisus, & paricidalem agere cogitationem. Maior mihi ratio moriendi est, si paricidū fieri non potest, & ego me credo facturū. Quem tu mihi pater imperas laborē, quam asperam exigis patientiam? Horreo oscula tua, ne seniles artus nimium grauis amplexus elidat. Non ultimo eisdem expetere cōuictus, ne quos porrexerim cibos, uenena fiant. Timeo eiusdem peregrinationis adire comitatum, omne fugio secretum, ne quid fortuna, ne quid afferat casus. Quousq; timebitur animus? Mors mihi præstare potest, ne paricidū faciam, mors ut uidear nec fuisse facturū. Sed me infelicem, quam multa sunt quæ timere debeam, etiā contra animum meum. Vnde scio, an expulsus me repente sensibus meis aliqua magni discriminis imago raptura sit? Prosilibo tortasse tanquam sequar classici uocantis instinctum, tanquam me ruentis patriæ fragor, & uociferatio captæ ciuitatis exciuerint. Me sane custodire possum, sed unde scio quid afferat nox, casus, error? Mathematicus hoc non futurum dixit ut uellem, sed ut occiderem. Tu quoq; pater quanto grauioribus passurus es ex ipsa dissimulatione cruciatus? Felicius profus est palam occidisse quem timeas. Cum bene in osculis meis amplexibusq; requiescas, subeat neesse est tacitas cogitationes prædicti periculi metus & licet cōponatur ad fortem superbamq; constantiam, naturalis tamen hominis infirmitas potest tam percussorem timere quam mortem. Explica nos pater tam misero tristiq; complexu, & longissimas sollicitudines breui recide patientia. Minus indignū est ut moriar, si innocens tuturus sum, quam ut uiuam, si paricida. Denuncio tibi pater, & de suprema necessitate confiteor. Iam nō sunt meæ potestatis hæc manus, non regere dexteram, non retinere sufficio. Venit ille nescio quis ardor, nō sentio, nō intuentur oculi. Tunc omnia incipio scire cum gesta sunt. Quid, tu me laceratorum uirūq; beneficio strauisse nuper hostes putas? Quantum dicuntur narasse captiui, nescio quem in me monstri uultus horruere conspectū, non tela iaciebam, non iaculabar ictus, tu

D

albus miser facibus ardebam, & pectus istud non lorica, non ferrū, sed diri serpentum clauserat nexus. Non fuit illud pugna, nō acies, in bello paricida uincebam, excesserunt opera mea humanarum uirum mediocritatem, quicquid factum est, rabies, infania fuit. Prædico, testor, non ego paricidium faciam, nō ego fortiter feci. Quod si ulla ratione casu te effici potest, ut prædicta non fiant, fidem uestram P. C. ut mihi potius innocentia, quam fato debeat, ego dicar expugnasse constitutionem, fregisse uincula necessitatis, mea pietas, mea laudetur integritas. Dij non sinant, ut inter me responsumq; decernat exitus. Mathematicum uincere malo, quam reprehendere. Quid nunc agam P. C. quemadmodum me uir fortis ad preces, quemadmodum paricida componam? Dicam miseremini? dicam succurrite? Sic rogari contra mortem solet. Nouo mihi inauditū opus est ambitu malorū, nisi morior, periclitor. Ideo uideor causas reddidisse ut contradiceret pater, & si bene noui malignas interpretationes, non exitum captasse dicar, sed excusationem. Explicate per fidem miseri pudoris aestum, nunquam uidebitur mori uoluisse paricida, si uixerit. At tua nunc genua porrigo optime pater has si uis tantum fortes manus, per ego si fas est quicquid feci, per hanc ipsam mei charitatem, qua me nondū timere cœpisti, miserere, filium pietate pereuntem ne uelis exitum facere paricidæ. Præsta mihi patientiam qua me bello credidisti. Finge nos in ipso prosperi Martis cecidisse cōplexu, cōfectū que magnis uulneribus cadauer efferrī. Relinquo tibi pro me omnes parentes, hunc quo nos retinere uoluisses, in suprema mea transfer affectum, tuis manibus cōpone corpus, extrue rogos, funeri iusta perfolue. Deinde cum iam nouissimis osculis, supremoq; discedens satiatus fueris amplexu, tunc te fas est sublati ad cœlum manibus proclamare; Mathematicè mentitus es. Reddidimus causas, peregrimus preces, reliqua uos manus, uos adiuuate ciues, non ut liceat mihi mori, licet istud etiam ut negetis. Vir fortis commendo uobis exitum meū, si non continuo letale uulnus impressero, si non cum sanguine totam animam properans ictus egerit, adiuuate dexteram, deprimite telū, & ante omnia detinete patrem. Nescio quam longe manū sparsurus sit fugientis animæ dolor, quod cadat extractus mucro ut sceribus, in quem se collabentis corporis ruina præcipitet. Vultis scire quantum debeam timere uicturus? Metuto ne patrem, dum morior, occidam.

Argumentum Declamationis v.

Liberi parentes in egestate aut alant, aut uinciantur. Quidam duos filios habebat, fugi, & luxuriosum. Peregre profecti sunt, capti à piratis, luxuriosus languere cœpit. Ambo de redemptione scripserunt. Pater uniuersis bonis in unū redactis profectus est. Dixerunt illi prædones, nō attulisse illum nisi unius pretiū, & eligeret utrum uellet, ægrū redemit. Qui dum reuertitur, mortuus est. Alter ruptis uinculis fugit. Alimenta poscit pater, contradicit filius.

Pro patre contra filium.

VAMVIS iudices in tanta malorū continuatione iam poteram nihil ex accidentium meorum nouitate mirari, nullumq; mihi reliquerint impatientiæ genus aduersa, quæ de solatijs remedijsq; creuerunt, consiteor tamen hoc solum me prospicere, nullo metu, nulla tristium recordatione potuisse, ut post piratas, orbitatē, famem, hinc queq; calamitatibus nostris pondus accederet, quod reuersus est filius meus. Viuebam miser, ut hunc uiderem, solāq; superstitis expectatione suspensus, auidissimam moriendū cupiditatē cōtentiosa mendicitate fallebam. Pudet persuasionis, reddisse se iuuenis affirmat, ut uindicaret morte fratris, ut patris orbitate gauderet, nec intelligit maiorem se factis meis autoritatem hac indignatione conferre. Nunc magis sentio quantum facinus fuerit ægrum non redimere, queritur se relictū, qui potuit euadere. Vt cumq; igitur iudices poteram redemptionis illius reddere de præsentis iuuenis impietate rationē, & mihi crudelitas ista præstabat, ut filiū uiderer elegisse meliorem. Nō utor tamen occasionis huius inuidia, nec quicquid miseræ pietatis impatientia feci, querela malo defendere. Ego uero tunc nō mores liberorū, mentesq; tractaui, nec mihi in illa tristissima cōditione succurrit de cōparatione consiliū. Sola quid facerē necessitas, sola iuuenū meorū aduersa fraferunt. Ex duobus liberis neutrum magis amat, qui redimit ægrū. Illud planē iudices ultra omnē malorū meorū fateor esse tristitiā, quod hac asperitate iuuenis, hoc inopiæ squalorisq; despectu famam optimi fratris incessit. **Hominem**

Minimem qui piraticum carcerē, qui prædonū uincula discusserat, decuerat ne uolisset aliter reuerti, ex quo se nobis tanto uiriū labore restituit, poterat quoq; eius admirationem mereri, qui pretio paulo ante cessisset. Dij immortales, quā laudē, quē gloriæ fauorem impleuerat, si pasceret patrem, redemerat fratrem. Relaturus uobis iudices ordine malorū meorū euentū, quē nemo tam crudelis, nemo tam sæuus audiet, ut me nō pascat, hūc ante omnia, qui se querit in fratris cōparatione damnatū, secreti doloris indignatione cōuenio. Quid agis impotens superbe? Tu nescis utrum fuerim redempturus ex duobus sanis, ex duobus ægris. Habui enim iudices, filios diuersissima mentium corporumq; qualitate cōpositos, & sicut mox probauit sæua captiuitas, in totam dissimilitudinem uitæ quoq; genere diductos. Hic nanq; robustus ac patiens, non moliri prosperis facile, non accidentibus frangi, & quem de uoluptatum gaudiorumq; contemptu scires parem, quicq; de fortibus traxerat ex firmitate mentis magnam protinus & in membra constantiam. Ille uero pariter in lætitiā metusq; resolutus, alienus à curis, solitudinibus impar, delicatus, impatientis, & iam similis ægro. Sed apud patris affectus, hæc ipsa liberis dissimilitudo iungebat, & erat quædam in æqualitate charitatis æqualitas, quod hunc serie laudatūq; semper, illum iam quadam miseratione diligerem. Quid profuit indiuidua pietas? Erat etiā me nolente manifestum utrius magis colloquijs, magis lætaret aspectu. Velit nolit iudices ipsa quoq; querela iuuenis, quid de patris lateatur animo, probat. Irasci quod non sit fratri prælatus ægro, impatientia est hominis, qui magis ametur. Accipite iudices maiorem pietatis æquæ probationem, filiū nec peregre dimissurus elegi, iunxi fratrem, arcta uicq; comitatum, & utroq; patris latere nudato, uisus sum mihi magis habiturus utrunque mecum, si pariter essent. Hanc apud me iuuenū æqualitatem etiam in calamitatibus fortuna seruauit. Vterq; captus est, ambo de redemptione scripserunt, dissimiles licet. Iterū tamen & inter aduersa persuasionem charioris inuenio. In captiuitate communi puto minus sperauit ille de patre, qui languere cœpit. Tu mihi nunc impotentissime iuuenis, tu quæso responde: Quid aliud facere debuerit pater duos redempturus? Cunctas facultates in pretia collegi, rus, seruos, penates, & omnia utiliora properanti festinatione perdentis addixi, & ultra quā nō potest excogitare summus affectus, nihil senectuti meæ, nihil dubijs casibus (proh inconsulta pietas) nihil neq; illi reseruauī, quem redemissem. Quantum iudices ad piratas tulerim scire potestis ex hac fame. Fuerit pretium licet exiguum paruumq; dum totū, fingite quemlibet diuitem, quemlibet pauperem patrem, nemo unquā plus pro liberis dedit, quā qui sibi nihil reliquit. Vtrum ne igitur iudices nemo mortalium habet pretium plurimum liberorū? An piraticæ feritatis ingenium est, in captiuorum taxatione solos aestimare redimētes? Dij immortales quā arrogans me pirata, quā superbus excepit; Parum, inquit, attulisti senex. Languet alter. Quid ego à dijs hominibusq; merui, quod mihi non redditorum utroq; non ipse potius elegit? Sæuus & humani doloris artifex negauit à me duos posse redimi. Deinde ut hoc tristius, ut difficilius esset, redditorum se dixit utrum maluissem. Vides iuuenis quantum pietati meæ testimonium reddiderit ipsa crudelitas. Conditio nō ponitur nisi duos redempturo. Expectatis, certum habeo iudices, ut in tristissima necessitatis positus abrupto, ad ægrum continuo properauerim. Quis non putet audita conditione uincula me statim detraxisse languenti? Oderitis licet confessionē meam, deliberaui. Tenuit inter illos inexplicabiles doloris æstus, perquam longum pietas misera consilium. & quod nunquam tatis manibus filij, nunquam satis excusabo conscientia meæ, non statim mihi ille deficiens unicus fuit. Dissimiles licet orbitas, ego mihi plurimum mortis, plurimū uideor adiecisse languoris cunctationis mora, & senlit infelix quid in electionis huius necessitate fuerim neutro languente facturus. Tandem quod solum habebat ambitus genus, desperatione præualuit. Accepi fateor illum qui solutus quoq; non sequebatur, quem non gaudū redemptionis, nō lætitiā prælati, nō hortantis erexit patris amplexus. Si esset in rebus humanis ulla clementia, merueram etiam de piratis, ut mihi duo redderentur. Vtinā iudices iuuenis illius uita præstaret ut uideretur non periculi miseratione, sed charitate prælatus. Me infelicē, quod bonam habeo causam. Explicuit iustitiam cōparationis qui decellit etiam re-

demptus, & in perituro filio nihil aliud electum est in quo fui miser fame, periculo. Filius meus languore defunctus est, tamen pater occiderat agrum si reliquisset. Videram continuo iudices in carcere illo quantum promitteret constantia hominis, quem non captiuitas, non expectatio patris, non fratris fregisset infirmitas. Nec immerito de fortissimo iuvene cum cetera speraui, si fuisset ad omnes conatus explicato languente liberior. Tandem miseros fortuna respexit, & puto contra praedonum comenta feritatem, ipsa consensit, ut nobis quem negauerant non abstulissent. Non quidem mihi iudices arrego temporis illius prouidentiam, nihil me fateor fecisse consilio, potest tamen utriusque iuuenis exitus necessitatibus meis assignare rationem. Perijt quem redemi, reuersus est quem reliqui. Inuenisse te putas iuuenis patrem cibos & alimenta poscentem? Quarebam pretium tuum, testor clementiam mitissimae ciuitatis, haec preces, hic rogantis ambitus fuit: Misere mini, date stipendia, indulgete, conferte, repetendus est ille, qui redimi maluit fratrem. Sed & hac te decebat reuersum proclamare uoce; Erige uultus pater, attolle tristitia uindictam, de saeuissimis praedonibus unus duos redemisti. Alimenta posco, poteram non adire filium pater, sed mendicus hominem, sed iuuenem senex. Quis enim magis ex ipsis rerum naturae sacris uenerandisque primordijs descendit affectus? Quid etiam inter liberos ac parentes tam commune, tam publicum, quam alicui famem proximus quisque depellat? Voluit nos ille mortalitatis artifex deus in commune succurrere, & per mutuas auxiliorum uices in alterum quemque quod pro se timeret asserere. Nondum haec charitas est, nec personis impensa reuerentia, sed similitudinem accidentium prouidi metus, & communium fortuitorum religiosus horror. In aliena fame quisque sui miseretur. Sic cibos obsidio partitur. Sic inopiam pariter nauigantium frequenter unius alimenta pauperunt. Hinc & ille uenit affectus, quod ignotis cadaueribus humum gerimus, & insepultum quodlibet corpus nulla festinatio tam rapida transcurrit, ut non quantolocunque ueneretur aggestu. Parentibus uero liberi non praestatis alimenta, sed redditus. Quanto, dii deaque, breuiora, quanto minora pro tot infantiae, tot pueritiae sumptibus, tam uarijs uel abstinentissimae iuuentutis impendijs. Si mehercule hoc quoque officij genus natura permitteret, bene pro deficientibus aliquid et uita uestra perderet, iterumque ex illa quam traxistis anima, portio breuis in suum rediret autorem. Vultis scire quantum nomini nostro debeatur affectus? quanta ueneratio? Non est beneficium quod pascitis, sed est facinus, quod negatis. Liberi parentes alant. Pudet sacrorum nominum, pudet religionis humanae. Haec ergo lex erit? quid imprecer homini qui primus fecit ut pietate iuuaremur? Liberi parentes alant. O crudele factum. O nunquam tristior fames, ita pascit ille qui cogitur? Non meruisti, inquit, accipere. Discede pietas, quiesce paulisper, infirmitas remuneranda sit. Primum lex seuerissima est, ut fortius alimenta poscantur. Perdidit pulchritudinem sanctitatemque naturae, qui putant illis parentibus iura succurrere, quibus apud liberos salutanda est de mutua charitate reuerentia, collisis prospexere piagnoribus, & inter tam uenerabiles affectus hoc quoque dignum prouidentia fuit, ut aliquid ad odia praestarent. Querere, irasceris, & ideo iuberis. Expectandum est uidelicet ut liberorum parentumque concordiam perferant totius merita uitae, & ut pietas, natura, sanguis, accipiant quotidie tanquam amicitiae nexum, & nisi nos promeruerimus obsequijs, adulatione, patientia, natales, ortus, & pignora prima perierunt. Si uultis iudices, & huic nominis salua sit in omni personarum diuersitate ueneratio. Bonum patrem filius alat, lex malum. Non faciam hanc rerum naturae, non faciam contumeliam legi, ut excusum uel pessimum patrem, ut sacro nomini tentem gratiam petere de uenia. Sim licet crudelis ac saeuus, filium tamen diutius amauit. Clauserim paternos penates, de testamento, de spe successione expulerim, onerauerim uinculis manus, foedauerim membra uerberibus, perfolui gratia non potest nec malo patri. Arrogans, impotens sum, nolo quotidie mereri quicquam, quid mihi deberi coepit primo die. Facilis, mitis, indulgens, uocabula sunt ista minoris affectus, propter haec aleretur amicus, pascere extraneus. Nostrum quinimo crimen, quod interdum aliud sumus, & unde manifestum est diuersitatem nostram uenire de moribus liberorum, non inuenias asperum patrem, nisi iam peccantis aetatis. Quid agis? rigidus, immitis sum, ideo pascere, tantum pascere, non ultra malo pro reuerentia nominis nostri. Quicquid praestatis

praestatis inuiti, & cum alitur pater quem querere indignum, accipere mihi uidentur omnes parentes. Si uis, affectum debes; sin minus, necessitate seruitutem, patientiam. Non tanquam pater alitur, qui tanquam bonus amatur. Sepone iuuenis, differ querelas, tunc irasceris, tunc obijcies mihi, cum prosperitatum, cum seculorum officia deposcam. Non talis ad tua genera prouoluo, ut extimendus sim. Nulli malus est pater cum esse coepit infelix. Aspicias colapsum, & ex omni calamitatum genere miserum & ultra quod accidentium mensura non exit, in orbitate mendicum. Riget squalidi capitis concreta canities, uigor pristini uultus uacuis luminibus intabuit, & per obstantium crinium illuuiem tenuis arentium iactus oculorum. Haeret astricta nudatis ossibus cutis, & in fame sua homine consumpto iam membra sine corpore. Iterum bonus sum, in pristinam religionem de calamitatum horrore restitutor, adeo ne non habent haec ipsa supplicia poenas, quod posco, quod rogo, quod mendicus sum filij mei. Et quam multa, dii deaque non possunt pro nobis impetrare leges? Quanto plura sunt quae negantur cum praestatis inuiti? Non exigo ut tuis manibus porrigas cibos, ut consolere, ut foueas, proijce quod rapiam, abijce quod colligam. Genus ultionis est pascere, nec misereri. Si tamen iudices fas est impietatis huius ulla accipere causas, & filium qui non alit, putatis reddere posse rationem. Aestimate per fidem, quod sit facinus illud, cuius uultionem debeat exigere aliquis de fame patris. Captum me, inquit, non redemisti. Quis non putet queri de filio patre? Quenquam ne dicentem feras, nihil tibi debeo, quia mihi uitae lucisque beneficium semel praestitisti, quia hunc spiritum, hoc corpus non ex indulgentia tua rursus accipit? Iniquissima magnorum conditio meritorum est, si quicquid non fuerit adiectum de prioribus perit, & pessimo exemplo gratiam praeteritis auferunt reliqua cessantia. Non redemi, non tamen ideo minus est, quod in hunc te diuinorum humanorumque conspectum de nostra protulimus anima. Maria terras, & infatigabiles siderum cursus, & cuncta sacro fulgore lucentia nos ut fruereris ostendimus. Has quas subtrahis manus, haec uerba quae negant, de meo spiritu, de meis uisceribus hausisti. Gaude potius, exulta quod tibi patris asperitas praestat boni filij iactationem. Solus habet quod imputet patri, qui queritur & pascit. Quam multa iudices huic querelae respondere poteram, propter quae filium salua pietate non redemissem. Quis non acciperet excusationem, si dicerem? Impedit quamuis properantem senectus, inopia, languor, pretium non tam festinanter inueni. Explicare non potui nauigationem, iuuenibus quoque, fratribusque difficilem. Solus ac senex non illa qua speraueram prosperitate direxi. Per quos metus, per quae peregrinationis incerta properaui. Remoue iuuenis indignationem, nihil plus pro filio factum est quam recepi. Non fortunam tibi debeo, sed affectum, non exitum, sed uoluntatem. Pro duobus pretia cotraxi, pro duobus maria conscendi, pro duobus genera tenui. Rogo uter magis amaret si mihi piratae duos reddidissent? Age tu nunc iuuenis ad faciendam inopiam patris inuidiam uidetur exclama. Famem obtendis, ad quam luxuria, prodigarumque uoluptatum continuatione uenisti, exhausti senex census in pretia meretricum, quamque & huic iubetur necessitati pietas uestra succurrere, & lex quae inopem, quae patrem nominare contenta est, filium non remisit ad causas. Quid uero si in educationem, in discursus, in pretia uacuatus sum? Excedit omnem scelerum comparationem patrem mendicum facere, nec pascere, tentat iudices hoc, quod non est redemptus, ampliari alia iuuenis inuidia. Fratrem, inquit, mihi praetulisti, fateamur paulisper hoc crimine, agnoscamus hoc nefas. Impudentissime generis humani, tu non feres ut frater tuus uel magis ametur? Vides enim, praelatus est tibi nescio quis affectus, possident charitatis tuae locum pignora de minoribus sumpta nominibus. Illi nempe cuius aequae spiritus de uisceribus his trahebat ortum, quod panem uel solus implet. Pessimus est mortaliu qui amari fratrem suum sine sui charitate putat. Tu custodies, utrum frequetius osculet, utrum stringam magis arctiore complexu? Non est hoc impatiencia, nec circa patris affectus sacra de pietatis contentione rixa. Eum tantum fratrem putas amari magis, quam non ames? Falleris iuuenis, loque te ab intellectu rerum naturae seposuit praua persuasio, quod putas ex paternis affectibus, filio perire, quicquid in altero de necessitate ponderat. Par est in omnes liberos, eademque pietas, sed habet in aliquo plerumque proprias indulgentiae causas, & salua charitatis aequalitate est quiddam, pro quo tacito metis instinctu singulos rursus tanquam unicos amemus. Huc primus nascendi locus, illi

gratiorem prior fecit infantia, alit̄ latior uultus, & blandior osculis amplexibusq; facies quosdam magis seueritas q; cōmendat, in quibusdam diligentur impatientius calamitates, & damna corporum debilitatesq; membrorum notabilis miseratione complectimur. Salua est tamen uniuersitas, cū quicquid in alio cessare creditur, in altero restituit alter affectus. Securis sis, non intercidunt ista, non pereunt, sed inuicem uincunt, praeualent, cedunt. Filio nō potest praeferrī nisi filius. Blandiar iudices paulisper calamitatibus meis, & sic agam tanquā apud piratas inuenerim utrunq; sanum. Attuli sine dubio pretium duorum, sed utrunq; praedo non reddit. Offert electionem, suadete quid faciam. Quid dicis? Ista pietas est, abire, discedere, irasci scilicet, queri, & inuidiam facere piratis? Vos interrogo liberi, uos parentes, nō ergo facinus est, ideo neutrum redimere, quia utrunq; non possis. Egregia pietas aequare liberos iustitia desperationis, & ex hoc quod succurrere non cōtingit duobus, orbitatem facere totam. Tu uero senectus accipe quicquid datur, accipe quicquid offertur, dum hoc saltem feritati libet, antequam in patientiam tam saeva decrecat immanitas. Interim multa possunt asserere casus, sperare licet, repetere, sperare pater, fortassis euadat. Quaecunq; explicari coactione nō possunt, per partes uicesq; seruantur, & facilius est diuisa subtrahere, quorū magnitudo laborat in solido. Quantum intelligo iudices, filius cui profuturū non erat ut eligerem, hoc solum ferre nō potest, quod redemptus est frater. Quis hanc iudices impudentiam ferat? Obijcit mihi quod ullū de liberis meis potuerim facere discrimen. Deinde queritur non se potius electum, & cum fratri praeter eiusdem nominis par, ac simile consortium, reuerentia quoq; languoris accesserit, indignatur apud affectus patris, non eam praeualuisse partem, in qua tantū filius erat. Non inuenio iudices quemadmodū effugere potuerim criminis huius inuidiam, si huic potius recepissem. Patri, cui utrunq; pirata reddere uolebat, redimendus fuit, aut aeger, aut neuter. Quid quod, inquit, etiam luxuriosum praetulisti? Parce iuuenis maledictis, parce cōiicijs. Reliquistis haec nomina, domi erūt ista uirtutes, domi erunt istae uirtutes, sed cū fueritis reuersi, Interim nihil aliud estis quam fratres, quam liberi mei, duo captiui, ambo miseri, & diuersitas uestra de calamitatum societate cōsumpta est. Vides quam nefas sit alterū ex uobis mihi esse uiliorem? piratarū nō inter est uter eligatur. Dignū hunc dereliquisti, luxuriosum redemisti. Comparatione uestra iuuenis circa patrimoniū, honores ue cōtenderes, & ego proclamabo, uicissēs. Sed uentum est illuc, ubi nō probitas, nō mores aestimant, & de corporibus sola taxatio est. Vnde tristes tolerat casus, ferret sordes uinculorū, piraticam famem iuuenis, quē torquere solebat nostra frugalitas? Vnde ut in illa solitudine carceris daret animus cōiuctibus semper, comitatibusq; latatus? Expecta tu, quē decet honesta patientia, laudabilis labor qui tibi difficultatū reddis ipse rationē. Tu differis, luxuriosus redimisti. Quid uis? Praetulisti illū de quo soli tibi querebar, quem cū uellem castigare, reprehendere, te solebā laudare, mirari. Exaggera quantū uoles uitia fratris luxuriosum, perditū uoca, dum scias te sic magis probare nō animū fuisse patris, sed de calamitate rationē ille eligit, qui recipit ante meliorem. Sed parce quāso iuuenis aduersorū interpretationi. Nō est electio alterū recipere, cū pretiū attuleris duorū, discrimē illud nō ego, sed pirata cōmentus est. Quicquid inter uos in alterutro fecero, affectus est, quo duos amo. Et homo apud quem filius sola praeualuit gratia calamitatis, nō fratrē tibi praetulisti, sed quod in te fratri praetulisses: consilium hoc putas fuisse patris? Fortunae est qua capti pariter estis, qua decubuit alter, qua nō cōualuit redemptus. Cū propter duos uenerim, quod in altero mihi pirata cessit, idem est ac si mihi neutrum reddidisset. Sed quousq; facti mei dissimulabo rationē? Aeger electus est, respondete nunc si uideat. Luxuriosus perditus fuit. Parmas quāso memoriam, reuereamur suprema cineris, poeniteret me fortasse si uiueret. Iterū ac sapius (quod necesse est) ipsa criminis mei uoce defendar, agrum redemi. Non habent profecto, non habent discrimen liberi, nisi de calamitate, & inter homines quos natura pietatis aequauit, differentiam, nisi de dolore non explices. Non cum usu nunc uestro, non cum moribus loquor, ille anhelat, illius sunt lassā suspiria, ad illum serius ueni. Excogitasti rursus fortuna quod supercresceret charitati, quod posset sacris nominibus accedere. Hic

solus

solus maior affectus est, quam filios amare, filij misereri. Me quidem iudices, si quis interroget, conditio illa non fuit uera, non simplex, habuitq; piraticae feritatis ingenium. Aeger mihi nō licuit relinquere, licuit eligere. An fas fuisse credis, ut iuxta moriturum tu redderis & homines eius immanitatis, ut possent liberos cum patre partiri, paterentur eum sibi relinqui quem periturum ex hoc probabant, quod illum pater nō eligebat? Tentata est misera pietas, & placuit hoc quoq; addi calamitatibus nostris, ut onerarer pudore conditionis partes non habentis. Cum in comparatione sani aeger offertur, ideo ponitur ut eligatur. Superest nisi fallor iudices, ut cum sibi praelatum fratrem queratur, aestimetis utri tunc magis debuerit pietas nostra succurrere. Est quidē iudices humanae infirmitatis ista natura, ut ex omnibus accidentibus grauissimū putet quisq; quod patitur, & cū aliena cogitationibus, nostra dolore tractentur, necesse est apud impatientiam suam uel minora praeualeant. Languor est tamen, languor, cui merito cesserint cūctae calamitates, in cuius comparatione consolari se potest genus omne miserorum. Stringat licet manus saeva captiuitas, profunda carceris nocte membra claudantur, datur tamen colludere catenis, artus extrahere nexibus, & habet aliquid aequanimitatis, cū poena sua posse rixari. Sauiunt regna tormentis, bella uulneribus, sed leuius afficit quicquid uiribus feras, & cum in plenum adhuc sanguinem aduersa ceciderūt, repugnantis roboris colluctatione uincuntur. Quos cruciatus compares, quem dolorem, cum penitus uisceribus immissa tabes, quotidiē aliquid ex homine praemittit in mortem, cū cibos, haustus, & omnia blandimenta uitae fames fastidit, & poscit, desiderare assidentium officia, de hinc ferre non posse, grauari quos appetieris affectus, per totū cubile corpus uelut super ardentem exagitare flammam? Lux fatigatis luminibus grauis, uox sola de gemitu. Cum ex duobus captiuis languet alter, una est inaequalitas patris eligere sanū. Retuli iudices usq; adhuc in penatibus suis iuxta parentes propinquosq; languentem. O carcer, o morbi, quem uos non facitis agrū? Est non ille carcer quem saeueritas legum, quem potestatum iustitia commenta est. Non possunt humani metus humanarum cogitationum ingenia satis abunde cōcipere quae uidi. Iacet sub immensa rupis abrupto tristis, & ultra naturalem profundae caliginis noctem merfus piraticis artibus specus, quem tota circūfusi vastitas maris, & undiq; minantibus scopulis illisa tempestas terrore ruiturā molis euerberat. Horrent cuncta crucibus, squalent circumiecta naufragijs, nullus nisi in supplicia mortesq; prospectus, & ad infelicitium captiuorum metū praemissus de simili exitu dolor. Spiritus solus intus quem uictorum trahunt redduntq; gemitus, quem tot contulere languentes. Hoc erat ubi iacebat aeger, illud tot annorum ex quo coepit pirata grassari idem cubile. Corpus quod grauarat assidentium sedulas manus, iacet inter uincula, quibus insti uixerat adhuc recentem pirata captiuum, & quamuis tenuata de nexibus membra labantur, rursus in modū stringentium tenent, quae nullo suspensa nixu uelut uicto homine sederūt. Qualis erat ille sub ferro, cuius exangues manus uix leuia uelamenta transferrent? Quis inter complorationes gemitusq; somnus, quem uix silentia sollicita praestarent? Ad quae colloquia tristitia respiraret? Vndiq; pares similesq; miseri, & ueteribus captiuis adiectus quotidie notuus aliquis impatiens. Compara, si uidetur, huic agro captiuitatem tantū tuam. Tu queris quod cibos pirata non praestet, ille remittit oblatos. Te nuda humus, nudum cubile frangit, ille ad singulos ardentis corporis motus in sua uincula uersatur, & quocūq; membra lassata dolore transfulerit, in supplicium redit renouata patientia. Breuiter saeuissimi languoris definienda mensura est. Non potest ex illo sanari, nec quem redemerit pater. Instanunc si uidetur, ac subinde iuuenis interroga, cur agrū potius elegerim. Reddi a me posse rationē cur hoc fecerim putas? Ego uero nō possem nec si te redemissem. Quid em si respondere iubeas orbitate, cur in exequias totos egerat census? Quid sibi uelit ille funebrium longus ordo pomparum? Cur super flagrantem iaceant rogos? Cur ardenti nō diuellantur amplexu? Et ego dico, proclamo, fateor, erroris aut dementiae furor est cum feceris. Hoc est ergo, inquit, quod de te praecipue queror, moriturū mihi praetulisti. Quāso iuuenis, ne nobis putes tantum inesse feritatis, ut illum potuerimus aestimare moriturum. Vis non sperem uicturum filium, quem tunc primum aspicio, complector agrum,

quem pirata non recusat sibi relinqui? Si persuasionem patris interrogas, quicquid est quod miser torquetur, afficitur, non languorem credo, sed impatientiam, desiderium, dolorem. Hominis qui apud piratas languet, unum remedium putes, ut redimatur. Sed non est quæso iuuenis, quod hoc patrociniū de tam calamitosa pietate concipiam, ut dicam; uicturum putauit. Exaggero quinimo inuidiam criminis mei. Redemi fateor illum, qui dilationes, qui moras ferre non poterat, in quo mihi pirata uendebat, breuia oscula paucos dies. Si mehercule uterque fuisset æger, illum redemissem, qui prior languere cœpisset. Si duos pariter naufragia raperent, illi porrigerem manū, quem iam membrorum contentione lassatū fluctus hauriret. Si uulneribus confectos remisisset acies, properantius ei clauderem plagas, per quæ animam largior sanguis egeret. Ignoscite dii pariter atque homines, non possum de liberis, possum eligere de miseris. Gratias quinimo Fortunæ, gratias ago, quod adhuc æger sentit, intelligit. Alioquin cadauer acceperā, & pretia duorum pro funere tantū, supremisque persolueram. Nescis quantū pudori, quantū adiciat affectibus meis inter tam impares æquata conditio. Ager qui tantundem est piratis, plus est patri. Velis tamen nolis, infelix senectus fatendū est quod meritō, quod summa pietate factū est, quā difficile fecerimus. Quæ tunc mihi cogitationes, quis temporis illius animus fuit, cū inter duos liberos incerta miser electione discurrerem? Hunc diutius oscularbar, illū putabam desperatione moriturū, lachrymas ad languentem gemitusque transtulerā, & tu mihi uidebaris futurus æger, quoties catenas tuas soluturus inuasi, sed mihi cōmendabat relictum, quod te prætulissem. Quā frequenter iam laxata misero uincula rursus imposui, dum mihi tua potius sanitas placet. Dissimulare non possum conditionis illius secretas difficultates. Redimi debebat æger, ego te uolebam. Ponere uos iudices uelut in illa necessitatis meæ præsentia uolo. Ecce infelix ad primū aspectū patris conatus assurgere, illas pallentes sordibus manus paululū tanquā amplexus daturus erexit, ne usque in ceruices meas spiritu iam deficiente perlatas, in suū miser iterū cubile defecit. Totus ille circa nos carceris populus obticuit, & ne colloquijs nostris terribilis catenarum stridor obstreperet, lassatos artus in sua tenuere patientia. Ego serius grauis hinc, si uidetur, incipiam. Luxuriose meruisti. Ignorat profecto paterni doloris æstus quisquis solatiū putat, ut de languente filio queratur, ut moribus menti que maledicat. Abite uirtutes, ignosce probitas, charior est ex liberis ille qui morit. Mihi uero fateor hinc aliqua languente filio uenisse solatia, quod uixit infelix quemadmodum uoluit, quod fuit hilaris ac læta breuis ætas. Crede iuuenis, & pro te iam maluissem, ut luxuriosus esses. Cui tu temporis, cui dolori rigorem ultionis, frontem castigantis iniungis? Impatientissima res est perdere filiū cui uidearis irasci. Corruptū me precibus putatis ambitūque lachrymarū, hoc uicē æger quod non rogabat. Assidebam misero, demittebat oculos, interroganti responsū de lachrymis tantū, gemitusque reddebat, agebat me deliberante iam uictū, cum repente miser manus uelut recedentis amplexus posuit in sinu meo, & cū lassā suspīria per arduos anhelitus egestis sæpe uisceribus, cum diu collatis uterque singultibus miscuissem lassas sine uoce lachrymas, tandē spiritu uix in paucissima uerba collecto: Tibi quidē, inquit, gratias ago pater quod redempturus utrumque uenisti. Non adē tamen sensus meos languor hebetauit, ut exitū conditionis huius ignorem, ego luxuriosus, ego perditus, nunc uero super infamiā nominis huius immorior. Utinā hoc saltem mihi serō fata præstaret, ut residuū laborantis animæ in tuo poneremus amplexu. Sed si mora est longior properantibus expectare pereuntem, ite superstitēs, ite felices, has tantū reliquias cōmendate piratis, ne mersus profundo, proiectus in fluctus, exitū faciā hominis ad quē non uenerit pater. Vnde enim sperare possum, ut reuertaris, ut facias? Tunc super abrupta uerba tota defectiōne cōticuit, strictisque uitalibus circa dolorem suū membra rigrerunt. Exclamaui fateor: quid agis infelix: cur desperatione collaberis? Attolle paulisper oculos, confirma, dura, te frater elegit. Visa est post hanc uocem meā peracta cōditio, continuo pirata detraxit catenas, uincula laxauit. Vultis elegisse me negem? uultis in lucem diemque productus carceri suo reddatur æger? Ego uero non habui uerba quibus me deliberare, quibus nolle cōtenderem. Vultis scire quid pater, quid pirata præstiterit? Ego duos redemi,

demi, sed alterum accipi. Ut scias, inquit, ægrum redimi non debuisse, defunctus est. Crudelissime generis humani, qui nos putas pretium tuū perdidisse, audi quā multa nobis in morituro filio pirata reddiderit. Frater ille tuus inter uincula, catenasque deficiens, respici rauit aliquid in toro, tandemque liberat uinculis manus per totius lectuli spatia iactauit, post impias carceris sordes illum cum ferali ueste squalorem exiit, paulisper æger uidit propinquos, allocutus est amicos, mādauit, exegit, & quamuis suprema sorte collabens, prius tamen luce cœli libera satiatus est. Cōtulit mihi grande uelit nolit fortuna in orbitate solatium, filium qui relictus mea fuit moriturus inuidia, non occidi, sed perdi. Quid ais iuuenis? Ita si moriturum filium redimere non debui, non sufficit hæc tibi de me pœna, quod ille decessit? Irasci patri tantum fortasse fas esset, si uiueret frater, tunc alimenta quaerenti respondere posses, posce prælatum. Quantum intelligo, qui de mendicitate patris uindictis, ægri es redempti iuuenis inimicus. Nescis quid sit inuidiam facere patri? Melior erat tua causa, si mei misereris. At quanto, dii deæque, alius fuit ille infelicissimi iuuenis affectus, Nuntio em, & audiente, & tota ciuitate teste proclamo, tibi gratias agebat ille dum moreretur. Crede mehercule hoc miserū dolore consumptum, quod sibi uidebatur pretium suū mihi perdidisse. Non aliter igitur quā si te præsentē deficeret, per illud, inquit, frater optime natalium nostrorum sacrum uenerandumque consortiū, per socias peregrinationes, per aduersa cōmunia, per hoc quod & tu languere potuisti, si te uel tua quandoque uirtus, uel satietas secura prædonum piratico carcere emiserit, commendo tibi senem quem facimus uterque mendicum. Testor immortalia numina & infernarū sedium deos, pascere patrem si te redemisset. Ego tamen, inquit, mihi debeo quod reuersus sum. Non quidem quicquam uelim iuuenis de uirtutum tuarum admiratione detractum, audias tamen necesse est in hac pietate uerū. Euasisse te putas ingratus? Dimissus es. Mea pietas istud, mea fecit electio. Vnde em̄ euenit quicquid ante captiuitas tua præstare non potuit? Iacta quantū uoles effractū carcerē, ruptas catenas, uis scire quid negligentes fecerit securosque piratas? Acceperant pretium duorum, intelligit iudices & ipse iuuenis, non esse se calamitatum nostrarum iustitiæ parem, & sic agit, tanquam alere non debeat. Itaque transfert in hoc defensionem, ut posse se neget. Quid dicitis iudices? Fertis hoc dicentem iuuenem corpore atque ætate robustum? Non habes opes, sed membra, sed uires. Nam neque ego laborem, nec difficiles posco conatus, contentus sum iuuenis ut uelis. Cibos me poscere putas? Humeros posco quibus incumbam, manus quas eliso periculi apponam, sinus in quos egeram exhaustarum reliquias lachrymarū, ut sepelias, ut hæc cum miseri illius membris ossa componas. Non alimenta quaero, sed filium. Quid, quod nec graue longumque supremae pietatis exigimus officium? Non diu uiuerem etiam si me duo pasceretis. Securus sis, breui te gemitus mei liberabūt, assiduis planctibus euerberata uitalia. Quid me remittis ad turbam? Quid facis rursus omnibus graue? consumpsi fletus, clementiā ciuitatis exhausti. Non alit populus hominē quem pascere filius debet. Quid sibi uult hæc aliena calamitatibus nostris, aliena uirtutibus tuis, iuuenis asperitas? Abstulisti mihi malorum quoque meorum uerecundiā. Quicquid faciebam mendicitas est, ex quo reuersus es. Durat in suscepto rigore iuuenis, & ad misericordiā, non memoria fratris, non patris cōtemplatione deflectitur. Exclamaret alius hoc loco: ex tua fide dignus quidē eras impotentissime generis humani, quem in tormenta mea doloremque redeuntem uincula rursus ac pœna carceris exciperet, & insultes huic confessioni, licet allegare non possum. Quid mihi miseris ultiones, quid triste monstratis auxiliū? Faceret hoc pater qui redimere noluisset. Age nunc uitiacissima senectus redeamus ad preces, quod solum uis paternæ pietatis agnoscat, hic quoque rogemus. Per ego te iuuenis illos meos de quibus nunc quereris, an nos, per expertos tibi notosque humanorum accidentium casus, per infelicis illius manes, cui nec hoc saltem contigit, ut te reuerso, te præsentē moreretur, pascere nunc quod te redimere uolui, pascere quod fratrem tuū redemi. Non ego lassitudinē tuam posco. Nunquam otium meum, nec ut ipse securus quietusque transigam diem, tuas operibus manus, tuum laboribus assigno sudorem. Iungamus mutuae pietatis officia, parabile, par omnibus ætatibus nominibusque reuerendum est nobis negotium cum ciuitate

mitissima. Quanto libentius dabunt, cum uiderint pariter unaqueque miseris mutua sustentatione connexos? Et ego quidem rogabo qui soleo, sed in tuos sinus populus congerat stipites. Quicquid preces, quicquid impetrauerint lachrymæ meæ accipe, tuere, dispensa, pro tua fama, pro tua sum pietate sollicitus. Ego mendicabo, tu pasces.

Argumentum Declamationis VI.

Qui in calamitate parentes deseruerit, insepultus abijciatur. Qui habebat uxorem & filium captus à piratis scripsit domum de redemptione. Uxor flendo oculos amisit, filius retinente matre profectus, uicarijs manibus redemit patrem. Idem in uinculis decessit. Abiectus in mare, & appulsus ad litus patrium, est eiecctus, uult illum sepelire pater, mater prohibet.

Pro patre contra matrem.

H T I A M S I Iudices in hac asperrima conditione fragilitatis humanæ, in qua nemo propè mortalium impune uiuit, hæc omnibus natura est, ut sua cuique calamitas præcipue misera atque intoleranda uideatur, inter omnes tamē hoc constet necesse est, infelicitatem meam tantū cæteras supergressam, ut prorsus hæc sit quæ fieri debeat usque ad cæcitatem. Quid enim passus sum tam leue, ut non comparatio mei felices aliorum etiam miseras faciat? Graue est à piratis alligari, magis dicat hoc qui sciat quam cito capti moriantur. Alligatus sum, sed tamē miser magis queror quod solutus sum. Indigna est impietas in suos, quæ quanta uerteretur in hoc iudicio uidetis. Sed mihi hoc quoque querendum est, quod me & uxor nimium dilexit & filius. Quid ergo putarem in rerum natura posse reperiri quod orbitate acerbius uideret? Non contingit mihi, quod cæteris miserrimum est, filium efferre. Parum est quod iuueni singularis exempli, causa mortis sui, & tam pretiosa redemptus anima, senex odiosus morte filij mei uiuo. Parum est quod mihi luctum meū fluctus nunciarunt, & aliud agenti patri subito ad litus orbitas appulsa est, quod miserrimum iuuenem toto iactatum mari, etiam si nemo interpellasset, sero sepelirem, adhuc supremo prohibeor officio, & ne quid solatiij contingat, perdo etiam matris misericordiam. Inijcit errantem corpori manū mulier, & piratis, & tempestate crudelior, atque ut accedat dolori meo cumulus, quæ hoc facit, uxor mea est. Ne quis tamen erret ignotus, non est filij mei nouerca, sed mater. O facinus, o cladibus nostris mutata natura. Mater ignem ultimum filio negat, & mulier, quæ maritum quoque suum debilitata desiderat. Quis hoc de ista credat? Filium non flet, funditus euerla, fulmen hoc gladiumque non sentit. Comparet dolorem, quanto minore causa excæcata est. Huius iudices poenæ ab ipsa morte repetite crimem. Ego sum, ego & alligauit filium meum, & infamaui, & ne non accedat grauissimi doloris comes poenitentia, in illum mortiferum carcerem merui. Quo fato parentes miser sortitus est, ut illi uitam pater, sepulturam mater auferret? Nam ut pietatem filij mei semel indicē, patrem redemit, si quod ego redierim, uxor irascitur, reddat rationem cur acceptis literis meis fleuerit. Atqui miserimus iuuenis quomodo magis temperare potuit officia? Lex parentibus in calamitate ferre opem iubebat, uterque parens erat calamitate deuinctus, unus autem succurrere utrique non poterat, inuenit tamen ingeniosa pietas, & utrique subuenit dispendio sui. Ipse uenit ad patrem, me remisit ad matrem. Hoc si defendendum est, agnosco partes meas, causam placentibus agam, flere enim certe per legem licet. Alioqui diu laudare non expedit, diligenter defendere contrarium est actioni nostræ, ut impetremus, funus moramur, dum nos litigamus, dum circa cadauer nostrū orbi rixamur, dum agitur causa defuncti, dum sepulchro lege præscribitur, dum dantur legitima dicentibus tempora, putrescit interim corpus, nec totum in seculo iacet. Cadauer ab incursum ferarumque tantum miserantiū corona custodit. Conuenerunt etiam alieni parentes, totus in spectaculum populus effusus est, & ingnoto quoque corpori publica humanitas quasi quasdam fecit excusias. Descent omnes homines, dolent, plurimorum tamen illa uox est, iuuenis insepultus iacet. Miser, nec patrem habet fortasse nec matrē. Iam hominis figuram uetustas penè cōsumpsit. Iam lenta tabes in terram defluxit. Iam soluta cute ossa nudantur. Quamlibet duraueris animo, non ferres tamen ista si uideres. Sed audire certe potes, ille est filius

noſter

noſter, cuius spes ipsas amauimus, quem apud omnia templa, & surdos uotis deos susperſitem precati sumus, à quo sepeliri optauimus. Ille amabilis infans, ille blandus puer, ille iuuenis etiam ante hoc crimen piſſimus, ille dum par fortuna parentum fuit propensus in amorem tui. Mentior, nisi cum peregrinatio mea nos deduceret, maluit esse cū matre. Me per omnia maria uolitantem, ut plus filio relinquerem, circumuenit fauuis ipſo mari latrocinium. Describam nunc ego pendentem fluctibus carcerem, & catenas macie mea laxatas, & detritam lateribus meis cōsciam malorum carinam, & obrutam perennibus tenebris feralis loci cruentā cæcitatem. Ista uero, si quid pudoris habeo, tacenda sunt. Alioqui quis mihi ignoscet quod uicarium acceperit? Etiam scripsisse poenitet. O literæ fleatibus tremulæ. O parum alligatæ manus. O delenda uxoris oculis epistola. Cur indicauit, cur scripsi, quod uxor ac filius ultimum legerent? Ut incertum sit utrum me carius redimant, an lugeant, cognita clade rarissimi uxor exempli, & prorsus talis filij mater, totos effleuit oculos, fontemque illum perennium lachrymarum tantum cæcitas cluſit. Si non tenuisset, filium uicerat. Continuis inde planctus, incredibilis mœſtitia, assidua lamentatio fuit. Iuuenem nescio in me magis, an in te futurum impium si non redemisset, quem tu sic desiderabas. Ergo profectorem apparat, ut quoniam reddere matri non poterat oculos, redderet uirum oculis chariorem. Sed uidelicet est quædam ultima calamitatum rabies, & nouissime in furorem uota ipsa uertuntur. Retinuit iuuenem, & epistolis meis legem opposuit. O uanæ figurationes, & pectora hominū alto errore confusa. Nemo illam non putabit timere de filio. Itaque iuuenis quod ad solatiū pertinere credidit, cōmendauit amicis custodiam matris, substituit uici curæ suæ propinquos. Neque enim aliter usque ad reditū meum cæca uixisset. Quicquid humana ratio ualeat, cōtulit. Si potuisset redimere oculos matris, qua pietate fuit, uicarios suos dedisset. Ipse profectus est solo comitatus animo, nec se putauit ire sine pretio, quamuis ad piratas ferret inanes manus. Dicat aliquis, adeo domi nihil reliqueras, adeo longa ætate sic uixeris, ut ne pretium quidem tui paraueris? Si hoc ita esset, testor deos, de redemptione literas non misissem, fuit unde redimi possem iudices, fuit, sed illud totum filium matri reliquit. Nauigat ergo per horridos fluctus & gentia littora & spumantes scopulos, & quacunque miser relatus est, non auspiciatum mentiens iter, prorsus ominose retentus peruersis etiam uotis, qui optaret alligari à piratis, quos uitare quoque miserum est. Querit hæc omnia impius ille filius propter parentes, quod non præstitisset frater fratri, non uxor uiro. Quid differimus ultra? non pater filio. Dij immortales cœli, maris, inferorū præſides, uni mihi adhuc omnes male experti, uos tamen solos habeo testes, quam inuitus redemptus sum. Miserum me, perijt qui sciebat. Nam ut primum peruenit iuuenis ad piratas afferens redemptionis meæ se pretium, è ferali nauicula auidus exiijt, uicarias oblaturus manus, strauit se ad genua singulorum, & ut cupiditas fecerat blandum obsecrauit omnibus precibus, miserabili planctu, & lachrymis penè maternis, nemo unquam sic ut solueretur, rogauit. Nec sanè difficile fuit impetrare à piratis captiuitatem, maior illi pugna mecum fuit. Non dignum illud spectaculum latronibus erat, cum pater filiusque de uinculis contenderent, & sibi quisque carcerem uindicaret. Ego iam usu defendebam meum, & in his annis iam maturam mortem assereram. At ille contra, ego te in calamitate deseram? Ego alligatum relinquam? Et quomodo ad matrem redibo, quæ misera desiderio tui dies noctesque fletibus iungit, quæ uiuere sine te non potest? Non dicebat tamen omnia, & cū assiduos planctus & irrequietas diceret lachrymas, adijciebat, iam penè cæca est, fortasse si redieris uidebit. In summa, non recedo. Fas est mihi etiam inuitis parentibus pie facere. Non recedo, si perseveras demus piratis lucrum. Aut uicarius ero, aut comes. Quantum inter hæc fleuit? quandiu cecidit oculos suos? Si perseverassem, duos excæcaueram. Obstupuerunt pietate tanta etiam latrones, & per immobiles ante uultus fletus cucurrerunt. Non tenuissent fortasse iuuenem, nisi redempturos parentes talem filium credidissent. Ipse in se transtulit ferreos nexus, & hilarior alligatus est filius, quam solutus est pater. Supremum tamen & nefas in æternū, me iam catenatis manibus amplexus, postquam mei cura discesserat, matrem, inquit, tibi per hæc merita commendo. Tu illam tuere, defende, ama, ne relinque, sic paria faciemus. Illic

E 2

ueris uicarius meus, si hæc feceris, non irascetur mihi fortasse mater quod ab illa recessit. Sic in nauem filij mei male permutatus uector imponor, & qua uisum oculi dederunt, ad piratas è puppe prospecto, curua, littora, & immensum sideribus fretum, & iurritos turcium scopulos retrò lego. Miserum me quandiu à piratis etiam nauigatur. Mandata tamen tua fili perago, assideo, sustento. Imò mehercule tu assides fili, tui sustines, propter quem mihi etiam huius propensior cura est. Dum recedere ab uxore nolo, filium nò redemi. At illum interim quotidie situs carceris strangulat, insidunt ossibus catenæ, exemplum seculi in Myoparone moritur. Mater iam satis est, habes pœnas super legem, sepelissent talem uirum etiam ipsi piratæ, nisi eos conscientia scelerum metusq; pœnarum ab omni littore arceret. Quod unū poterant secundis proiecere uentis, Excepit mitior matre tempestas, & (si qua dici potest calamitatū felicitas) prospero cursu cadauer tantū nò ad ipsa maiorū sepulchra depositū est. Narretur res seculo nostro diuersa, & nescio utra parte mirabilior. Filij corpus matris maria retulerunt, mater mari. Magnam quidem partem agnosco culpæ meæ. Ego uxorem adduxi, & ne miserā dolore fraudarem, ipse meis humeris aduersaria meam usq; ad littora tuli. Et sanè aduersus prima uerba orbitatis animo æstimantem fefellerunt. Quis autem non dolentis affectum putasset, cum diceret de functo filio mater: Quid em nauigasti? quid maria ingressus es? quid piratas petisti? Nam illa quidem uulgatissima orbitatis uox est: Fili cui me reliquisti? Etiam cum tota supra corpus incubuit, amplexam putauit. Etiam cum iniecit tollentibus manum. Et hoc in quā solent facere matres, ut funus morentur. At ista legē recitat, & in cadauer filij perorat: Tace, tace misera, ita tu istud oprasti? Sola scilicet calamitatibus nostris adhuc defuit culpa, ut cum sæuitia nimix quoq; felicitatis turpis sit, procedat inauditū antea monstrū, misera crudelis, si quid irati dii reliquerunt, si quid infelicitas oblita est, suis manibus perdere cupiat. Detracta est fortunæ inuidia, quando suo quoq; iudicio mater post amissum filium parum misera est. Lachrymas ipsas nouissime perdo, inanis domi libitina plangitur, derisus designator redit, refertur rogos. Inter hæc omnia nò gemitus ullus matris, nò lachrymæ nò questus. Putes appulsum ad littus aliquē esse piratæ. Vnde hūc illi animū? Si mala sua ideo non sentit, quia non uidet, & hoc boni cæcitas habet, eruat aliquis oculos meos. Sed tenebræ corporis affectibus non obstant, Est ne hæc uxor mea? est ne ille filius noster? Liceat dubitare si fieri potest, & sanè uix iam dinoscendam speciem uetustas reliquit, sed attrita manus, & tumida uestigia uinculorum, & testis longæ captiuitatis macies, infelicia argumenta consentiunt: Miserum me, certus luctus est. Filium agnosco, uxorem nò agnosco. Ergo quoniam de iure longior pugna est, & nobis festinandum, sint primæ precum partes. Adeste uniuersi utriusq; sexus parentes, dum matrem in exequias filij rogo. Per matrimonium te uetus, & per mutuam charitatem, quæ utriq; nostrum magno constat, adiicio, per commune pignus, per annos pariter actos, & beneficio filij plures, per meum in te obsequium, iam mei miserere cuius soles. Crede mihi, hoc quod patior carere peius est, captiuitate crudelius. Mea ista pœna est. Quid tibi tantum mali feci? Quid offendi? certe ego te non reliqui. Iam si totum affectum in hunc consumpsisti uirum, & omnis per oculos misericordia effluxit, tulerit sanè filius noster meritò pœnas, dederit spiritum supplicio, nihil de præteritis loquamur, quod postulauit Cicerò etiam ab illo crudelissimo Siciliæ tyranno, mors sit extrema malorum. Quod quidem cum permissum nò esset, pernoctabant ante ostium carceris, pretio redimentes sepeliendi potestatem. Quid tandem hoc M. Tullius patres matrèsque promeruit? Tu uende saltem, quod sub Vere crudelissimum fuit. Certe ego filium redimam, nec mihi pretium diu quærendum est, habeo manus. Nihil moueris nunc, & debilitatem tuam iactas. Singulare foeminis exemplum ostendi, narrariq; desideras, sepulturam filij maritus à te impetrare non potuit. Vnde hercule si libet, & corpus in fluctus repelle. Aut si parū celebri loco uidetur abiectū, iniice manum, & ne minus te fatiet alienum ministerium, ipsa potissimum trahe, alteram manum cadaueri impone, altera duc qua frequentissimum rotis iter est, & nigra limo uia. Proterat miserum onustum uehiculum, & sanctissimum pectus unguis rumpant. Ipsa quoniam defeceris oculis, elisum caput, & oppressa ponderibus præcordia manibus tuis

petræcta,

petræcta, si quidem audeas, istis etiam lacera dentibus. Ligamus, consistimus, in diuersum abimus, Nempe cum uiceris, omnia paria habebimus præter animum. Non sepelies? uide quæso, uide ne dum litigas, arenam fluctus ageret, iniiciat humum misericors populus. Obitas? si cuius clementia tumultum fecerit, effode, & cum talis sis mater, aude indignari, & exclama, magis amauit patrem. Cruces succiduntur, percussos sepeliri carnifex non uetat. Ipsi piratæ nihil amplius quàm proiciunt. Mater (quanquam profanari hoc nomen nefas est) si perseuerat esse filij sui nouerca, ut hac crudelitate uideatur digna, quæ orbitatem suam non intelligit, si ultra hostium affectum, qui casos acie sæpe tumularunt, ultra tyrannos, ultra latrones parum habet non sepelire, nisi aliorū quoque officia præciderit, & tantum quod non petita ex fluctibus aqua restinguit ignem, si aded non genuit filium, sed effudit, & ex illo infelici partu ingratum uteri pondus exposuit, licet imputet nobis ut uolet, quod tueri non potest, singulare mariti desiderium, diuicam tamen quod sentio, excusatus odisset uirum quàm filium. Quanquam in hoc mutua charitatis affectu paria fecimus, illa oculos propter matrimonium neglexit, ego filium, uicem cæcitatibus orbitate perfolui. Tamen quod inter hæc quoque mala priuatim doleam necesse est. Omnem illam quam contraxerat, perdit opinionem. Iam inimici mel triumphant, iam passim loquuntur, illa exempli mulier, illa seculi decus, uirum redimi noluit, nec filium sepeliri. Equidem iudices ut sentio, neminem non mortalium fauere hominis sepulturæ conuenit, quia hæc una res est, cuius exemplum ad omnes pertineat. Ideoque non nisi ab ultimo paricidio exigitur pœna trans hominem. Etiam si qua sunt iura quæ obstant, si tamen angustus saltem detur accessus, per quem intrare humanitas possit, uera clementia occasione contenta est. Siue omnis in defunctis sensus perit, & ad operendam fœditatem subtrahendamque dolori materiam, mortui uiuentium causa sepeliuntur, seu cum ad infernas sedes anima migrauit, unus hic luce uideus honos, & supra premaxilla face (ut uates ferunt) petitam ulterioris ripæ stationem contingunt, quæ uera esse & credo miser, & opto, citò iturus ad filium. Certe rerum natura ut in generandis alienisq; hominibus, quæ necessaria erant ex seipsa prospexit: ita cum rursus opus suum resoluit, corpora nostra quamprimum reducere ad principia festinat, ut desertis etiam locis circa cadauer tracta imbribus terra concreuit, aggerant puluerem uenti, & liquefacta multa die membra paulatim humus bibit, etiam si nullus operit. At ipsa longo tempore in terram ossa desidunt. Nobis uero aduersus exanimem genuit non solum miserationem, quæ cogitationi nostræ subit, sed etiam religionem. Inde ignotis quoq; corporibus transeuntium uiatorum collatitia sepultura, inde iniecta ab alienis humus. Facinus indignum, cum hæc ita sint, sepultus esset filius meus, nisi incidisset in matrem. Et hæc iudices non ideo ego dico, ut affectu iura corrumpam, neque uobis præcipio, sed aduersaria exprobro. Legem quidem istam quid inhorream, cum id unum miserrimo iuueni sit obiectum, quod in calamitate non deseruerit patrem? Sed quatenus luctus nostri in ius uocantur, & flenti disputandum est, & orbitati suæ mater irascitur, superemus quam exorare non possumus. Et quando duorum hominum miseriora uota uidistis, ut de his pater si uicerit filium suum, efferat, mater si uicerit abiiciat? Quæ tamen lex est? Qui parentes in calamitate deseruerit, insepultus abiiciatur. Omnis nobis in hac prius causa iudices de scripto & intellectu legis contentio est, utrum uerborum ambiguitate, an uoluntatis fide staturum sit. Pars enim aduersa id nititur, parentem fuisse in calamitate eam, quæ deserta sit. Cuius rei pœna est abiici insepultum. Quid tum fuerit in causa, quid sit postea consecutum, quomodo legem intelligere conueniat, subterfugit dicere, neque à uestigio scripti recedit, sed nuda recitatione contenta est. Nos neque omnibus personis, neque omnibus cæcis scriptam esse legem, & iuueni iustas ac necessarias recedendi causas, & cui rei semper ius satis plenum est, bonum animum fuisse: postremo non hoc esse deserere contendimus, atque eò causam dimittimus, ut non sit absoluendus adolescens, nisi etiam laudandus. Qui autem dubitat an scripti uoluntatem sequi conueniat, is mihi uidetur quæstionem tentare incertus quæ de re. Ideo pauciora adijciam, quod nobis quoque (si ita pergitis) asseret quandam cauillationem ista sermonis ambiguitas

E 3

ac uideri poterit omnem actionem partis aduersæ prima statim recitatione subuertere. Nam lex cum dicit, qui parentes in calamitate deseruerit: rursusque cum dicit, insepultum abijciatur, non utique id significat, ut non liceat eum sepeliri, postquam proiectus est. Quare aut mihi quoque permittite sic agere quomodo uolo, aut quod magis uestram religionem decet, indignam sanctissimis auribus uerborum captionem, ex utraque parte præcidite, & cum filium singularis exempli probaui, fortiter sentite nullam unquam à maioribus nostris poenam scriptam esse pietati. Atque in eo quod primum posueram, non ad hanc rem pertinere legem, non diu uersabor, neque dubitatione quam non habet, afferam moram. Neque enim puto si ætas impediet infantiam, ualctudo agrum R. P. legatum, dux militum, nihilominus obstricta crudelitas non accipiet rationem necessitatis; & cum semel apparuerit patere in eiusmodi causis defensionem, potero plane esse securus, nec timebo ne teneri uideatur filius meus, si non potuit omnibus succurrere, dum in ipsa lege occupatus est. Pater alligatus est, mater caeca est, unus utriusque filius, magna locorum distantia. Habet lex in medio debitorem. Duc ad utrum uauis, ad utrumque non potes, nisi hanc conditionem misero imponimus, ut quicquid fecerit proijciendus sit. Si exierit, mater sepeliri uetabit: si remanserit, pater. Non dubito fore dubitum quin ius in hac lege fuerit & mihi, nisi forte (ut omnia iniuste inique conquiritis) hic quoque unius occasione uerbi aliud putatis iuuare parentes, aliud non deserere: Id est de hoc dubitare uultis, utrum parentibus ubique ferri oporteat auxilia, ut ego æstimo, an uero non mereatur adiutorium, nisi qui præsentem filio miser est. Nam si deserere in calamitate, nil aliud putamus esse quam à misero discedere, duo simul scelera permittimus. Primum illud, ut etiam qui aderit possit impune nihil præstare, siquidem absolutus est hac lege, qui secundum miserum stetit. Quo quidem modo non adiutores calamitosi parentibus filios damus, sed spectatores. Dehinc accidit illud uel grauius, quod cum rerum necessitas quotidie nos diuidat, si quaedam fortuna parentes nos deprehenderit, quamuis exiguo diuiso spatio impune opem non ferret, non succurreret, ut hac saltem se calumnia defendat. Non reliqui, non abscelli, neque pede quod aiunt, uno à parente discessi, solutus erit omni auxiliandi necessitate, quando uestra interpretatione absentia impietatis occasio est. Hoc uoluisse legum latorem putamus, ut natus ex nobis in rebus aduersis præsidium parenti labore atque præstantia solueret, lucis usuram ubicunque, nisi forte non sumus parentes nisi palam. Quid est ergo non deserere? Opem ferre, non deesse. Omnia hæc enim eò spectant, ut auxilio liberorum tuti sint parentes. Quod cum ita sit, tam ad me lex ista pertinuit quam ad matrem. Duo unum uocabamus, uideamus quò ire debuerit. Poteram quidem fortiter dicere, pater iussit. Hoc nomen omni lege maius est. Tribunos deducimus, candidatos ferimus. Ius nobis uitæ necisque concessum est. Si non fecerit quod iubeo, non deseram illum ad sepulturam. Necesse habuit parere, non deseruit, sed abductus est. Crede non contemptu tui uenit in carcerem, si sint sanè iura paria, sedeatque medius inter duos filios iudex, non comparabo personas apud omnes gentes plus iuris habeat pater, sit sanè natura communis, non imputabo quod nomen dedi, quod familiam, quod impensas, quod dum illi acquiri, captus sum. Non indulgentiæ discrimen excutiam, de qua iam lite concessum est. Fuerint quidem ista facienda, sed ego ius meum reprimo, inter duos parentes cæcus affectus est. Exorabit qui prior rogauerit. Tempore certe uinco, ante miser esse cœpi. Tu adhuc integra es, ego iam alligatus sum. Tu sana in domo, ego iam penè defunctus in carcere. Tibi adhuc non opus est filio, ego iam rogo: nempe calamitas tua nata est post epistolam meam, uisi te sentem consolari filius uoluisset, ante cæcitatem tuam exisset. Noli mirari si te gratia uinco, ante exorauit filium quam tu rogares. Si quisquã figuratiōe quadam in hac malorum conditione iudicem ponat, fortuna quæso absit, cuius tanta calamitas fuit. Abstulerat quidem tibi oculos nimis affectus, & de quinque rerum sensibus pars una cessabat, & tenebras etiam saluis luminibus alternas continua nox duxerat. Maius est tamen malum quod sic fletur. Nam ut merito queri possit ablatas uidentis uoluptates, impeditos rerum actus, tamē si non iniqui iudices sumus, nec ambitioe miserum sunt qui mederi possint, referā, non solum quia uincenda mihi, sed magis etiā quia consolanda est. Nam quādo omne tormentum corporis abest, dolorque membrorum,

membrorum, qui totam cogitationem in se rapit, feliciter cessat, superest ut crucietur nimium otium & assidua quies, res si non sint necessitate iucundæ. Nam uisus, damnum faciunt reliquæ uoluptates, odor, gustus, tactus, auditus, quibus tamen deesse summam fatendum est, non est tamen maxime calamitatis loco numeranda parum plena felicitas. Domus certe propria, lectusque genialis, conuentus propinquorum, sermo amicorum, ipsa (quod raro contingit) honesta calamitas, & in quacunque fortuna beata libertas, tot uoluptates obruere possunt unum dolorem. Nam lucis desiderium si malis meis compares, etiam delicatum est. Non enim aliquid rerum natura genitura est spectaculo nostro nouum, ac non quicquid speciosissimum pulcherrimumque uisuri sumus, uidimus. Nempe quotidie nox oritur, & æquam temporum portionem inuoluit obscuritas, & ex parte sui ipsa quodammo- do cæca natura est. Cui alienis oculis uti licet, audire, impetrare, cuius ministris officia non desunt (non enim defuerunt) nisi se erigit, & fortunæ suæ rationem reddit, & præsertim in tam bona cæcitatibus conscientia, animi uitio miser est. Non debet dolere quippiam qui potest gloriari, quanquam cuiuslibet & quacunque causa hunc incursum passæ, leuius est tamen malum scemina. Non enim nauigatis, non legationem obitis, non frequenti peregrinatione uariatis aspectus, non militaris uos, non forensis ratio deducit. Alioquin semper estis intra domum, uno plurimum in loco, leuibus officiis affixæ. Tuum quidem affectum si bene noui, nulla magis causa cæcitatem doluisti, quam quod ad redimendum maritum ire non posses. Hæc tua calamitas erat, æstimemus meam. Nulli quidem grauior uita est quam tibi, audi tamen quam multa in illis epistolis non scripserim. O fili, in quibus te malis reliqui. Iam illa principalis ac maxima deum dono concessa libertas, nec hominum solum, sed ferarum uolucrumque sensibus fixa & ingenua, primum spoliata fuit. Me ipse perdidit, teneor uenale mancipium, & cuius Romanus merces fio, & libertatem senex dedisco, & natus ingenuus uenire opto. Minimum est, habitamus in fluctibus, hyberni nos feriunt uenti, non statio, non sedes, non quies, sed quod malorum meorum maxima portio est, tam miseri sunt etiam domini mei, cito prætereunda est memoria, propter me uxori grauius, mihi propter filium. Transeo hirsutos hostium uultus, & immanium barbarorum feros fremitus, tantumque mihi quotidie esse metuendum, quantum pati captus, audere per rata potuisset. Nihil est desiderio suorum grauius, timui ne quem ex meis uiderem. Nihil tempestate minacius, quotidie naufragium optaui: nam mortem, confitebor senili inertia una causa minus cupiebam, ne defunctum nemo sepeliret. Quam uestem relictam captiuo putas, nisi quæ præda non erat: quales epulas cibosque præbent, qui ipsi rapto uiuunt. Nam illa quidem satis digna quis dixerit, uelud carcerem, & inundatam sentina nauiculam, & impositum nuda trabe irrequietum latus, reuinctas post tergum manus alligatas tanquam esset qua fugeremus pedes? Solæ in carcere tenebræ iuuabant. Sæpe de auribus questus sum, quæ sonitum flegellorum, gemitumque caesorum, quamuis impexis obruta comis, acciperent, dura metus sui exempla. Miserum me fili, nempe morbo peristi. Compara terram mari, domum nauis, lectulum carceri, libertatem seruituti, desiderium oculorum totius corporis damno. Quid nos longius ducit calamitatum nostrarum misera contentio? Cæci etiam litigare possunt, captiuo ne uiuere. Verum hæc etiam in æquo ponerentur, multum tamen in alteram partem debuisse habere momenti, quod plus mihi poterant prodesse quam tibi. Et labori oportet incumbere, ubi affectus promittitur. Stulta cura est, quæ spem non habet. Ego redimi poteram, tu sanari non poteras. Qualiscunque ista calamitas inemendabilis cæcitas, non remedium accipere, non uicarium potest. Assidisset scilicet lectulo inefficax sedulitas, & acceptis epistolis meis iuuenis filius nihil aliud quam cum matre fleuisset. Quia profectus est, alterius tamen parentis calamitas emendata est. Si remansisset, & matrem cæcam haberet, & patrem captiuum. Adijcio quod tibi non necessaria filii præsentia fuit. Assidere enim, cibos ministrare, manum porrigere quilibet poterat. Mentior nisi factum est, me ab illis captum, tam dura conditione uenalem, quod utique in confessione est, nemo alius redemisset quam filius meus. Ego sic ago tanquam hæc tantum filius propter me fecerit, quanquam in hoc litigatu quodammo- lo tibi ipsa excidisti, & quanquam id agas, ut merita tua iniuria uincas. Et quanquam nouum induisti rigorē, non prohibeo tamen testimo-

nium, ad redemptionem meam filium ipsa misisti, cum sic plangeres, cum mortem precareris, cum te omni uiduatam uoluptate clamares, cum sapius gemeres captiuitatem meam quam cæcitatem tuam. Non erat illi ferreum pectus, nec cor silice cõcretum, ut hæc pati posset a quo animo. Tu filium prima docuisti sibi nõ parcere, potius quam plus flere, potius quam ipsam rescindere cæcitatem. Profectus est, maritum tibi reddidit. O crimen graue. Si hoc ante fecisset uideres. At retinere non potuisti. Non dicam tibi, habet pietas impetum suum, nec ullum dominum nouit affectus, nec ille te potuit retinere ne fleres. Audi quod est uerius, aliud putauit. Non erat credibile obstare te redemptioni meæ, interpretatus est maternum metum, & maris domui nostræ male experti periculum credidit, timens ne si tibi non paruisset, nemo non uos putasset colludere. Cæterum me poterat non redimere, cum tu clamares: cæca sum, oculos desiderio uiri perdidisti, solitudinem ferre non possum. Ita ille ad redemptionem meam excusatus profectus esset, si me minus desiderasses. Dubitabitur an tua causa fecerit? & filium & uirum habere nõ poterat, reddidit tibi quem magis amabas. Sis te iam lachrymas, maritum reducem & incolumem accipe. Quid irascersis? quæ tanta mutatio est? quis hoc crederet? Queris discessisse quem odisti, cum eum redisse nolis quem diligis. Atqui si (ut supra probauimus) is parentes in calamitate deserit qui opem non fert, & (ut nunc ostendemus) optimus filius corpore suo adiutoria matri redemit, profecto opem tulit, id est nõ deseruit. Nam si, ut ante dixi, ne uestigio quidem abijisset a miseris licet, ne ipsorum quidem causa qui adiuuantur, discedere fas erit, nec cibos saltem petere, aut alia uisibus necessaria parare cõtinget. Si uero dum adiuuatur parens, nihil refert ubi sit ille, qui adiuuat, quia præsens cura exhibet, quicquid tibi ego præstiti, ad autorem muneris, id est ad redemptorem meum transferendum est. Non affedi, non consolatus sum, non ministraui, non tuli, non denique totus tibi rediui. Verum fatendum est, si desertam te putas, mea culpa est. Sed iam tempus est, ista quæ non excusata debent uideri, uerum pulchra atque magnifica, animo maiore defendere, & cum iudicium agatur exempli, tandem causam suam intelligere. Hoc saltim habebis miserrime fili, quod honoratis cõtingere funeribus solet, defunctus laudaberis. Omnia licet huc reuocemus præterita, & ad canendas unius laudes uniuersorum uatum, scriptorumque ora consentiant, uincet tamē res ista mille linguas, ipsamque si sit aliqua corpore uno, facundiam materia superabit, etiam si nihil dixerō nisi quod obiectum est. Lucē libertatemque patri filius reddidit, & (quod ante inauditum est) magis me amauit quam uellem. Ingressus est maria, in quibus iam minimum periculi tempestas habet, & quod inter ista difficilimum est, amore mei uicit etiam matrem suam. Tace nefaria lingua, ergo tu ista laudas? Obtulit se captiuitati, quia sciebat graue esse aligari, malis patris successit. Subit libens poenam pietas, etiam sceleribus grauem, tu melius uxor, quæ facturum retinebas. Comparet nunc, si quis patrem per hostes solus tulit, qui cum uenientia in patrem tela excepisset, simplici tamen morte defunctus est. Vnum legimus, qui uicarias pro patre non quidem piratis aut mari manus obtulerit, sed ubi redimi posset. Me miserum, dicendum est, quod hoc ipso admoneor exemplo, in honorem pietatis etiam damnati sepeliuntur. Hæc alij laudant, ego queror. Te quidem iuuenis omnia secula loquentur, & admirabile exemplum tenaci memoriæ traditum, in ipsa astra sublimem pennata uirtus feret. Sed mihi ista laus tua chare cõstat. Nõ erat satis lectulo matris iucumbere, & in huius ministerijs deditum secura otia impendere? Soli tibi contigerat ut posses patrem excusare, non redimere. Me interim, ut cõpeterat, tabes lenta consumeret, me, quæ debebat sola, senem mors redemisset, & cum exanimē corpus in fluctus esset abiectum, si contigisset similis tempestas, quod æquius erat, tu me filii sepelisses. Fefellit te ingenitus honestis animis gloriæ amor, spes tibi perpetuæ laudis imposuit. Vbi uirtus? ubi pietas? peristi miser, & male audis. Non morienti pater affedi, non ægri caput molliori sede composui, non fatigatum latus mutauit, nõ spiritum excepi. Absens, extinctus, euerfus, mortem tuam inueni. Nemo ægro uincula laxauit, nemo manus ferro sordidas ad accipiendos remisit cibos. Tantum catenarum causa solutus est, neglectus, despectus. Quidni uilis senis uicarius? inter tot ardentissima febrium desideria, non habuisti quem posceres, quomodo te uincula cõposuerant iacuisi, matrem, patrem

patrem, propinquos, tantum cogitasti. Numquid indulgeo mihi, quod te puto inspirasse in carcere meo? Non dum matri satisfactum est. Quonia poenas a cadaueribus exiges, audi sequentia tempora, mors ipsa filij tui naufragium fecit, per tot fluctus uolutatum corpus intumuit, tot illius sui scopulis, tam spatiosis tractibus arenis, nunquam tam infelicis filij mei. Viuo omnibus dijs hominibusque, sed ante omnes mihi, & inuisus, & infestus, & uxoris quoque pietatem perdo. In funere filij diuortium fecit. Video hæc rerum naturam bonam, quæ filio abstuli. Omnis me ætas mei admonet luctus, senectus, ad quam non peruenit misera pueritia, quam nunc transiuit, adolescentia, in qua perijt. Super sum, ut si felicissime cesserit, rogam meum uideam, & edaces circa corpus filij mei flammæ. Si hoc non contingerit, nigrum cadauer & deforme etiam ignotis spectaculum. Inter hæc mala credetis puto si dixerō, uellem oculos non habere. Quid nunc amplius? Ad te uxor preces conuertam irritas, male tentatas? tu uero perge, & bono tuo utere, felicem te quod in hac fortuna tua irascersis. Ad hos confugiendum est. Per cõmunes casus, per calamitatem meam, humanam calamitatis exemplar, ita uos coniuges uestræ amant, non sic desiderent, ita hoc orbitatis meæ ultimū exemplum sit, ita uobis habere tam pios filios non necesse sit, miseremini. Si uicarium accipitis, me proijcite. Non inuidiosæ preces sunt, nihilominus impero. Nõ læta sententiam uestram sequetur gratulatio, non ad templa deducar, sed ad sepulchra. Etiam cum uicero flendum est; Si uero uincimur, ibo in littus miser, planctibus aues abigam, aut me corpori filij mei uelut tumulus imponam. Iacebimus duo in sepulta cadauera, me feris obijciam, aut circa singulorum domus ad genua prætereuntium ibo, & recepto tam miseris more supplex non cibos petam, non stipem, mendicabo terram, & collatas miserantium manu glebas, aut (quod certe licet) filium in mare proijciam. Iam crudeles aquæ & uenti male secundum reddo uobis uestrum beneficium. Ferte quolibet licet ad barbaros, licet ad hostes, licet ad piratas. Fortasse aliquis iubebit sepeliri, certe (quod sciam) nemo prohibebit.

Argumentum Declamationis VII.

Libertum hominem torqueri ne liceat. Pauper & diues inimici. Pauperi erat filius. Nocte quadam pauper cum filio reuerteretur. Interfectus est adolescens. Offerret se pauper in tormenta, dicens a diuite eum interemptum. Diues contradicit ex lege.

Pro paupere contra diuitem.



SENTIO Iudices plurimum detrahi calamitatibus meis miserationis, quod ad uos detulisse uideor nimium fortem dolorem, & tristissimam orbitatis inde quoque accessisse nouitatem, quod cum aduersus me tam grauiæ & crudelia deposcam, patior inuidiam hominis exigentis aliena tormenta. Nõ possum tamen uel in nobis approbare quid patiar, quod mihi non est relicta miseri patris infirmitas. Percussorem filij mei uidi, & miserior sum quam si nescirem quis occidisset. Fateor igitur iudices, ipse miror unde ad hoc probationis genus repente cofugerim. Veneram tanquam nunciaturus indubia, manifesta, nec alium expectaueram publicarum suspicionum de filij mei morte consensum, quam si percussorem uideretis omnes. Hic hic ut torquerer inueni. Postquam satis non uidebantur explicare uerba quod uideam, confugi ad sidem doloris. Quid faciam, si temeritates quoque nostras conscientia reorum nõ potest pati? Intellexi miseratione factum qui ut torquerer exegeram, ex quo me diues non putat aliud in quaestione dicturum. Neque ego iudices quenquam uestrum dubitare crediderim, ex qua cõscientia, qua trepidatione descendat, ut quis torqueri nolit inimicum. Quos nunc putatis cruciatus diuitem pati, quem dolorem, quod hoc mihi negat? quam uellet ideo tantum filium meum non occidisse, ut mihi posset indulgere tormenta. At hoc creditis iudices diuitem facere legum libertatisque respectu, & reum pro exemplo esse sollicitum? Ille uero nunc laceratur, & sic magis nostro dolore fruitur. Operæpretium est inimico negare tormenta, cum feceris ut uelit ipse torqueri. Illud igitur a uobis iudices infelicissimus omnium mortalium peto, ne cum inaudita, incredibilia passus sum, misereri uelitis corporis mei, crudelius, & indignius est quam torqueri, nõ impetrare tormenta. Est aduersorum meorum & ista nouitas, quod necesse habetis ea mihi ratione succurrere quod odissetis alium, nec quicquam est homine infelicis, pro quo tormenta sunt. Percussorem

à me filij mei uisum esse contendo, facinus est hoc uos nō deprehendere si mendacis est; Facinus hoc me non probare, si uerum est. Quod ad me quidem iudices pertinet, orbitatis meae repeto praesentiam, & noctem illam rursus ante oculos meos cogitationes reponunt. Iam mihi uideor & in tormentis esse confessus. Filium iudices habui sicut erecti ac sublimis animi, ita qui nondum suos haberet inimicos, & quem nemo adhuc nisi causa tantum mei doloris occideret. O parentum misera conditio, quam nouis inusitatisque patemus insidijs. Nos exasperamus, nos offendimus, inimici tamen liberos nostros oderunt. Quis hoc unquam iudices simulatum timuisset ingenium, ut eodem aliquis excogitaret animo, & quod parit, & quod occidit? Reliqua iudices nō debebam nisi in quaestione narrare. Felices illos in mei comparatione patres, qui perijisse liberos suos nuncijs credunt. Ego sum inaudita malorum nouitate percussus, cuius unicus ideo tantum occisus est, ut uiderem. Reuertebamur nocte pariter, sicut omnia nos uitae ministeria iungebant, & homines quibus nō seruos praestabat fortuna custodes, tuebamur pauperem mutua pietate comitatum, inuicem sustinentes, inuicem innixi, nec nisi magna percussoris diligentia separandi, cum diues medio noctis horrore stricto mucrone profilijs, & stupentibus attonitisque miseris confodit illum fortiosem, illum qui fortassis aliquid in mea morte fecisset. Confiteor iudices, nihil tunc oculorum meorum diligentia, nihil egit cura miseris patris. Percussor noluit agnosci. Vos nunc ciues, uos omnes humani generis affectus, miserimus interrogo pater. Suadete quid faciam. Hunc quem uidetis circa me sanguinem, de filij mei uulnibus accepi. His manibus labentis unicus membra sustinui. In oculis adhuc uultus illius morientis, haeret auribus, uerba super cadaver habita inimici exultantis. Fidem tormentorum quousque percussoris filij mei conscius ero? Aperite pectus istud, & totum de uisceribus meis latronis egerite secretum. Vidi, & mihi nō creditur. Vidi, ita possim & in tormentis idem dicere. Aut si compono, si fingo, urar, lacerer, & non probem. Si uidetur, torquendus sum iudices, ut hoc desinam dicere. Nec me iudices fallit quantam mole accusa-tionis, etiam in manifesta ueritate suscepimus. Diuitum detuli reum pauper inimicus, occisi pater, & postulo ut mihi credat testimonium in mea orbitate dicenti. Itaque nō deprecor quo minus mihi uelitis irasci donec probem, torquete tanquam mentientem. Lex inquit, liberum hominem torqueri uetat. Per fidem iudices, quis nō hoc eum respondere credat, cuius tormenta poscantur? Nemini iudices credo dubium, legem quae torqueri liberum hominem uetat, hoc prospexisse tantum, ne quis torqueretur inuitus, & iura quae nos à seruitium corporum conditione fecerunt, impatientiae tantum succurrisse nolentium. Omnium beneficiorum ista natura est, ut nō sit necessitas, sed potestas. Quicquid in honore alicuius inuentum est, desinet priuilegium uocari posse, si cogas. Cuncta si uidetur iura percurre, nusquam adeo pro nobis sollicita lex est, ut quod praestat extorqueat. Dedit caeco talionis actionem, nō manus recusantis impellit. iniuriarum, caedis agere permisit, sed nō cogit inuitos. Adeo penè leuius est ultionem perire quam potestate. Genus seruitutis est coacta libertas, & eadem iniquitas quicquid de inuito homine facias. Vis scire quid lex ista prospexerit? Non exigo ut torquearis, quam multa deum deaeque nō minus sunt iusta quam lex exigit, quarundam inuidia rerum, ut uinci se magnitudo patiat, & quicquid accidisse miseris, tantum de postea in ultione nouitatis. Filius in conspectu patris occisus est, torquete securi, nihil iniquius fieri potest. Ignoscant persuasiones, si facinus istud omnium illicitarum rerum consumpsit inuidiam. Et unde tormentis salua iustitia est, plus est de quo quaeritur, quam quomodo quaerendum est. Nullum debet inimicum uideri genus probationis esse quod solum est. Et quicquid potuit prodesse seueritati, nunquam nocuit exemplo. Sufficit libertatis reuerentiae, quod torquetis inuiti, quod contra me nō alius inuenit. Liberum torqueri nō licet. Hoc est iudices propter quod filium meum diues coram me non timuit occidere. Filium igitur meum in conspectu meo occisum esse contendo. Quid dicitis? Ita non erat contra proclamationis huius fidem, si nunc agere possem quietum modestumque miserum? Uultis cum hoc uiderim tantum testimonium dicam? Mirum hercle, si scindo uestes, nudo corpus, ignes, flagella depono. Infamiat necesse est pater, cum solus hoc sciat. Fallitur iudices quisquis hoc quod postulo, contemptum, quisquis audaciam uocat,

uocat. Filius urit, excogitat, & inter tormenta fugio dolorem. Si mentientis est uelle torqueri, inuenite quid facere debeat, qui uerum dicit & nō probat. Mentiris inquit. Bene quod & tu fateris nō esse mihi sine quaestione credendum. Et quas, per fidem, mendacio meo causas diues assignas? Ignoro percussorem. Deinde te potissimum de quo quererem elegi. An scio, & simultatibus nostris occasionem orbitatis indulgeo? Decipi me nō potuisse manifestum est. Filius meus cum pariter rediremus occisus est. An dignoscere percussorem nocte non potui, cum percussor potuerit eligere, fugere? Quid ais? Iuuenem meum alius occidit, & tu mihi solatiū ultionis implet? Te accuso scilicet, ut interim nescio quis ille fugiat, euadat. Quod tu mihi genus furoris assignas, ut maximi sceleris ultio pereat falsa accusationis incerto? Homo qui me uidiisse contendo, cum occideres filium meum, nisi de te uindicor, nō reliqui mihi ut hoc de alijs probarem. O te extra omnes humanorum pectorum affectus inimice sepositum, nunc qui me putas posse mentiri. Perdidisti infelix illum chariorem pauperibus affectum. Succurrere mihi putas, quod aliquando didicimus? Falleris, deciperis. Homini cuius occisus est filius, unus inimicus est. Sanè possit aliquis hanc doloris dissimulationem mendacio perferre uerborum, torqueri uolo. Nihil est tanti nisi uerum, uidelicet inter ignes ac flagella sufficit mihi si dixeris, hic est inimicus animae, qui nobis subinde maledixit, hic ille contumeliosus, ille impotens. Ego nescio an mihi possit in quaestione sufficere quod uidi, & quod inimicus me contendit, ideo uelle torqueri. Tormenta postulo. En ad quod confugiat homo, qui se sciat posse mentiri. Nulla est ratio quaestionum relicta mortalibus, si adiuuant contra ueritatem, & sublata est de rebus humanis necessitatis huius utilitas, si iam tuetur ultrò, explicatque lingentibus. Hucusque durant artis ingenia mortalium, & licet sit aliquis secreti firmitate compositus, hominem tamen ultra nō sequitur animus. Nō uacat asserere quae finxeris, tunc cum uix prodest & uerum fateri. Et nemo nō contra id torquetur, quod dixit ante tormenta. Non refert cuius ad equuleum nominis persuasionem, quas silentij afferas causas. In quaestione tantum corpora sumus, & nemo nō contra aliquem torquetur affectum, exigam quaestione, an recusem? Quid interest tormentorum breui futurus similis homini qui fateatur inuitus? Nouum iudices inauditumque rebus humanis aperitur exemplum. Nemo unquam ideo torqueri nō debuit, quia mentiretur. Sed si fas est iudices dubitare de fide quaestionum, alius debet esse suspectus, ille scilicet in quo seruitium pectorum recessus, in quo ueriles excutuntur artus. Quoties tortori est rixa cum membris, tum cruciatus agnoscit, quod scissa lacerataque ueste primū ferre nō potest pudorem, quod nescit ad flagellorum uices membra componere, nec ullo uerba frangit occursum. Nos inquam sumus quos leges superuacuum putauerunt torqueri. Unde nobis inter ista secretum? In tormentis libero homini opus est patientia, ut uerum dicat. Sed inquit, ideo torqueri non debes, quia exigis ut torquearis. Aliud sunt inimice tormenta, aliud uelle torqueri. Felices illos qui recusare uoluerunt. Meretur clementiam & fauorem quisquis ad illa tremens exanimisque perducitur, quem uix à genibus tortor abducit, cui iam scissas quoque difficile possis eripere uestes. Ego quemadmodum uultis deprecari, qui uideor prouocasse tortorem? Ille, ille sine ulla miseratione laceratur, cui ad singulos ictus dicitur, ipse uoluisti, quem nō deest rogare, qui creditur fingere proclamationes, simulare gemitus, de quo primū uidentur uindicanda tormenta. Nō inuenio iudices quid sperare possit qui mentitur, & exigat quaestionem. Homini qui uult torqueri, diu non creditur, nec uerum dicenti. Nec est iudices quod putetis adeo mihi tristissimam orbitatem omnes humanorum pectorum rapuisse sensus, ut non intelligam petere me quod diues possit euadere, & penè magis pro percussore torqueri. Sed quid me facere uultis? Nō debeo posse mentiri homo, qui cum filius meus occideretur interfui. Veritati tantum praesto patientiam, exigo quaestionem in qua quid dicturus sim nescio, quid debeam dicere uidi. Scio, uultis post hoc argumentis, suspicionibus agam. Breuiora tormenta sunt. Non inuenio iudices cur renuat tantopere diues quaestionem, postquam supersunt adhuc incerta ac dubia. Facinus est tamen me non torqueri, si mihi torto utique credendum est. Quousque me crudelissime mortalium

metus simulatione deludis: Ego magis qui postulo tormēta, timeo, ego qui nihil facere potui cū uiderem. Suspecta tibi est nostra patientia. Vides enim hortatur nos contra dolorem primæ robur ætatis, solidū plenumq; corpus, quàm facilis, quàm expedita res est torqueri miserū. Affero ad quæstionē iam placentibus membra liuentia, quantū animæ, quantū sanguinis orbitas traxit. Quanto imbecilliora sunt hæc quotidianis lamentationibus euerberata uitalia. Quicquā ergo fingere potest hic pallor, hæc macies, & iam torto similis infirmitas? Adijce quod nihil minus in quæstioe diu possis dicere si mentiaris, quàm quod oculis scias, & breuissimū cōfessionis est genus dixisse quod uideris. Felices diues quos tortor interrogat, qui non habent in sua potestate credentes, Impatentissima res est posse cū uelis desinere torqueri. Quin potius, inquit, probas fiduciam hominis, qui scias hoc me uidisse solū. Sine dubio diues multa te poterant argumenta conuincere, si deferret alius, & eras manifestissimus reus, si mihi percussor quærendus esset. Quis enim credibilior in cæde pauperis, quàm diues inimicus; aut de quo facilius constare posset scelere, quod non habet nisi de sola ultione? Non inuenit multa uerba uidisse. Nec mihi debet perire probatio ista, quia poteras & accusari, exigis probationes cū facinus sic dispouerit, ne possit probari. Quæ mihi nox testem, quos præstare potuit oculos nuda semper, incomitata paupertas: Tibi seruus à cōscientia sceleris submouendus fuit, & ista ratione quis interesset, quem putares posse torqueri? Et totū facinus in has angustias redegit, ut illud soli scirent, qui faciebat, & cui non crederet. Nunquid dubitaretis quærare si alius sciret hoc scelus? Facinus est ideo filij mei perire uindictam, quia pater uidi. Ego uero iudices & ex hoc quod recusat diues quæstionem, partē probationis impleui. Accusatoris tormenta nunquam timebit reus, nisi de quo credi potest & ante tormenta. Cur, inquit, si mihi causæ sceleris similitudo nostræ erant, non te potius occidisset? Vere crudelis, ego te hoc maxime argumēto percussorem probo, quod mihi pepercisti. Tuū fuit hoc inimice cōmentū, occiso filio seruare patrem. Parcendi tamen mihi uel hæc fuit ratio, quod defendi non poteras, si duo perissemus. Audire mehercle mihi uel illas cogitationes, illa scelerū secreta consilia. Quid mihi cum uulneribus? quid cum cruore cōsumptæ & iam penè abeuntis animæ? Occidatur potius ille iam iuuenis, iam inimicus, de sene uindictabitur me patris oculi. Vis mirer quod me nolueris occidere? Queris mehercule te puto, quod in senectute magni doloris uita breuis est. Pepercisti mihi, quomodo excogitat artes detinere supplicia, & de pereuntibus magis scruitia eruitur dolore suspenso. Agnosco noctis illius inimicæ clementiam, quod me torqueri non uis, ex hoc uenit, quod neq; occidisti. Tentat iudices efficere diues, ut incredibile uideatur quod occisum ab eo contendo filium. Dicturum nunc putatis, magis interesse securitatis, ut quis facinus sibi tantummodo credat, & id tutius esse inimico patre, quàm conscio. Plus est quod affirmo. Filium in cōspectu patris occidere, sic operæpretiū est, si illud ipse facias. Perdit plurimū de sceleribus uoluptatem qui mandat, & minus gratiæ rebus ex nuncio uenit. Occidet alius te iubente, sed uulneribus illis non fruuntur oculi, sed plus est ut singulibus abeuntis animæ, ut cruore satieris, ut collapsum palpitantemq; uideas, ut me uidentem. Conuenit iudices quod ipse diues hoc fecit, & quod ego uidi, ratio scruitiæ est, ut aliquis coram me occidatur, propter quæ occiditur. Fidem uestram iudices, ne me ideo non putetis uidisse quia nihil feci. Seruulorū iste libertorumq; dolor est, occiso homine statim scire quid facias, exclamare, procurrere, fidem deorum hominumq; testari, postea cum lachrymis uenire. Vultis percussorem inuadam: Vultis fugientem sequar: Interim deficientem quis excipiet: cui se morietis imponer infirmitas? Scis profecto percussor facinus ordinare, disponere, filiū occidere coram patre secretum est. Miseremini iudices. Igitur ut hinc quoq; uelitis æstimare diuitis cōscientiam, quod contentus est ne de scelere quærratur, non habet fiduciam hominis, qui me sciat mentiri, & quod non minus debetis attendere, quàm si fateretur, non putat sibi saluum, ut iterū neget. Dissimules licet, non est innocentia metus cum timentur aliena tormenta. Quid ait diues? Orbitatem meam in tale genus usumq; cōuertet, si paterni doloris autoritas facinus impingit alienum? Deinde non ipse affers equuleos, non ipse disponis ignes. Diceris mehercule te uelle torqueri, ego scin do uestes,

do uestes, tu intremiscis: ego ad flagella nudo corpus, te facit pallor exanimē: ego equuleos, ego posco flammās, tu non habes in meo dolore patientiam. Rogo quid aliud faceret qui occidisset: Quid nunc agam miser? gratiam cōfessionis ante tormenta cōsumpsi. Scio quanto credibilius fuisset, si hoc statim inter ignes, inter flagella dixissem, & multū de autoritate primæ proclamationis amisi. Non est tamen quod superuacua putetis esse tormenta, quanquā dixerim quicquid sciebam. Habeo adhuc ex illo multa referre secreto, quæ argumenta faciet dolor. Non refert an me uidisse dixerim, tormentis hoc probaturus sum, debuisse mihi credi ante tormēta. O quāto pere nunc inimice torqueris, quod te coram iudicibus interrogo, quod hoc non potes mihi fateri. Sed si bene gaudij tui perspicio secretū, non putas te negare quia uidi. Arrogantissime percussorum euasisse te putas, quod illud duo tantū sciebamus: Meis, meis hoc ignibus nega, & dum me per singulos artus tortor interrogat, perfer saltem non credendi patientiam, cum ego me uidisse proclamem, tu nullam afferas innocentia probationem. Non potes aliter absolui, quàm ut illud ego negem. Nec tamen iudices putetis solo me calamitatū ambitu petere quæstionem: dabo propter quod torqueatis irati. Filiū meum illū singulis uobis uniuersisq; laudandū, iuxta quæ felix, iuxta quæ arrogans eram, occidit. Mea nimia libertas, ita ego te non equuleo efferam, non super ardentem exuam flammās: Nunc me uindictas, nunc tueturis. Modo, modo coram me filiū meū diues occidit fiducia tui. Cōcurrite omnes liberi, omnes parentes, urite, lacerate hos primū patris oculos, distrahite has manus, quæ nihil pro pereunte fecerunt, hoc corpus, hæc membra, quæ de cōplexu latronis uulnera nulla retulerunt. Siue hoc poenā, siue uultis esse clementiam, debeo tam miser esse dum probo, quàm cum uiderem. Miserū me, si fas est in quæstione mentiri. Sine dubio diues hoc captauit recusando quæstionem, ne crederetur. Sed dura parumper anime uidisti. Nunc infelix ad nos misera pietas redi, quod fieri in ipsa orbitate non potuit, & uires quas improuisus abstulit dolor, probatio restituet. Cum flammis urentur nuda uitalia, nox illa occurrat, cum membra fiducialæ flagella laxauerint, rursus ante oculos sit morientis unci uultus, hæreant uerba percussoris, mandata pereuntis, filium spectasse morientem longa præsentia est. Nescis infelix senectus quanta tibi opus sit ueritatis contentione, ut poeniteat diuitem quod non duos occidit. Iam nunc tamen uobis iudices infirmitatem meam allego, commendo. Si me forte fiducialæ flagella mutauerint, ego tamen uidi. Si uocem in equuleis, ignibusq; perdidero, ego tamen uidi. Si totus undiq; dolor pariter ad motus occiderit, ego tamen uidi. Alioqui nisi hoc animo meo, nisi licuerit oculis, morerer hoc dolore, quo puto me posse torqueri.

Argumentum declamationis VIII.

Gemini quibus erat pater & mater, ægrotare cœperunt. Consulti medici dixerunt eundem esse languorem. Desperantibus reliquis promisit unus se alterū sanaturum, si alterius uitalia inspexisset. Permittente patre executi infan-tem, & uitalia inspexit. Sanato uno accusatur pater ab uxore male tractationis.

Pro matre contra patrem.



VAMVIS Iudices plurimū infelicissimæ matris aduersis miserationis abstulerit, quod ex duobus liberis pari desperatione languētibus alter euasit, & plerisq; maximum dolorem prima fronte tractantibus uideatur auiditas gaudiorū, ut modo ad totius orbitatis redacta patientiam, iam non sit unius salute contenta, non possumus tamen affectibus uestris, non hac primam tristissimæ calamitatis allegare mensurā, quæ ex ipsa quoq; solatiij sui conditione descendit. Minus misera quereretur de marito, si sanari nec ille potuisset, pro quo est frater occisus. Nunc infelix par non est dolori, nunc non inuenit ulla solatia, ex quo sibi uidet filiū perdidisse uicturū. Super impatientiam tristissimæ orbitatis increfcit, quod intelligit illū non sine sanitate fuisse languorē, nec persuaderi misera potest perituro laborasse fato, in quo inuentū est quod sanaret aliū. Captet licet crudelissimus senex paricidij immanitatē metu maiore protegere, non inuenio unde colligi possit utrunq; fuisse moriturū. Ex duobus agris non perijt nisi qui occisus est. Ante omnia igitur illud à uobis infelicissima mater pctis

ne maximi sceleris ideo decreseat inuidia, quia pati uideat, & reus ex orbitate tantundem. Non perdidit filium quisquis occidit, explicat a dolore patrem, quod sibi uideat fecisse rem maximam, & in locum iuuenis amissi substituit de uanitate solatium. Alia est, alia conditio matris, quae medico non creditur, apud quam saeuissimae conditionis immanitas fidem non potuit impetrare tentandi. Pro utroque timuit, pro utroque sperauit. Facinus est eum maioris pietatis uideri, qui de morte filij putauit alterius uel certa salute transigere. Sic debetis odisse patrem, tanquam duos occiderit, cuius non interfuit uter occideret. Est tamen sanctissimi iudices quod de crudelissimo paricida queri possit non sola mater. Adiecit humanis calamitatibus ipsam sanitatem, & morborum languorisque uolentiam medicinae concessit. Filium occidit (si ipsi creditis) fortasse moriturum, & hominem cuius charitas debuerat ipsa desperatione creuisse, in hoc solum impendit, ut tantundem superesset incerti. Non exonerat iudices immanitatem saeuissimi patris, quod hac ratione credidit de languente filio rem inauditam rem facere crudelem. Vnam rationem habet, si ipse sanetur. O tristior indigniorque semper mensura calamitatum magna felicitas. Hunc cunctis fecit exitum illa modo ciuitate tota conspicua mater? Ille indiscretus ab utroque latere comitatus? ille gaudentium dulcis error oculorum? Quid mihi mortem nunciatis unius? Perdidit misera geminos. Passi sunt enim languorem miserissimi iuuenes, sine dubio pariter unaque, non fraternitate, non animae corporumque consortio, sed conditione fragilitatis humanae, qua sic extranei quoque duo languere potuissent. Non negauerim terribilem, grauem, & parentibus utique metuendum, de cuius tamen adhuc, ut parcissime dixerim, remedio quaereretur. Quid refert an medici consenserint utrumque periturum, cum eundem dixerint esse languorem? Manifestum est de duobus non dixisse uerum, quos de altero constat esse mentitos. Iam tamen iudices de tam perditata pronuntiatione non querimus, quod aegros quos sibi uidebantur explicare non posse, parentibus crediderunt. Innocentior est simpliciter desperare si remedia non noueris, & hanc ignorantiae malo probitatem, ut languorem quem nescias, tantum neges posse sanari. Maximi tamen uirorum, & quibus artis suae soluendo non sit humanitas, si sciebant hoc genus curationis, & illud non indicare uoluerunt. Vultis & illos mentitos breuiter probemus? Desperauerunt de languore, cuius remedium, si patri creditis, alius inuenit. Siue enim iudices uanissimus nescientium uidit hanc patris in periculo liberorum rigidam nimiamque patientiam, & hominem in filiorum languore sollicitum de remedio generis humani, siue captauit ex hoc uultu quandam artis mutationem imitari, quando sanare non poterat, & ignorantiae pudorem tegere magno tentauit incerto, siue ut aliud uideretur dixisse quam reliqui, uerba desperationis incredibili uanitate uariauit, magnaque miseros parentes ambage suspendens tutissimum putauit promittere, quod deberet nemo experiri, causas quidem se dixit ignorare morborum, sed salutem spondit unius, si licuisset alterum occidere, laetare, perspicere. En cui pietas patris, cui credere sollicitudo debuerit, dixit se scire remedium quod nesciebat. Vultis intelligere iudices nihil impatienciae charitatis fecisse patrem? Non retulit ad matrem, adacta est a morte filij uel sanitate discedere. Non propinquos consuluuit, non amicos, sed sua tantum persuasione medicumque contentus, quod nocentius est, quam si ipse occidisset, alterum potuit eligere. Dicat nunc paricida, quid fecerit illud quod etiam de similibus tam paribus aegris in alterum desperatio illa praualuit? Si medici non interfuit utrum occideret, constabit uiuere utrumque potuisse: si interfuit, constabit non eundem fuisse languorem. Qualis fuit illa curatio, quod passus sit iuuenis in morte qua medicus parabat, omnium cogitationibus liquere crediderim. Ideoque parcimus auribus matris. Breuiter tamen longa crudelitatis explicanda saeuitia est, ex omnibus quae potuit leuissimum fuit quod occisus est. Non est quod ueniam tristissimae curationis pareat, quod uideat in alio fratre explicata promissio. An alterum medicus sanauerit fortuna uiderit, quod negari non potest, alterum medicus occidit. Erumpit hoc loco mulier infelix, & tota libertate proclamat: Redde mihi, inquit, marite filium quem tibi pariter medicoque commisi. Hic est ille uester insanabilis, recipe quem mihi credidisti, ille moriturus, hic quem permiseras medico, si maluisset occidere. Vides quod profecerint anxia uota pietatis, sollicitae preces. Dum iam frigidi pectoris calorem superpositis reuocamus uberibus, dum frigiditatem membra continuis osculis & spiritu trepidae matris animamus,

animamus, dum labentes oculi ad nostras exclamaciones nostrorumque planctus admittit pauulatim luce laxantur, dum multa mentior, multa promitto, & fratrem dico sanatum, respexit ad uitam, conualuit, euasit. Non tamen iacto pietatem, non arrogo mihi prosperae curationis euentum. Quid hunc sanauerit, uis scire breuiter? quod potuit utrumque sanare. Pudeat uos de iura legesque, quod miserissimi sexus dolorem his clulistis angustijs. Ita maritum quod occisus est filius, malae tractationis uxor accusat. Perdiderunt legis huius auctoritatem, quae ad illas uxorias querelas matrimoniorum solent deferre delicias, ego illam datam miseris tantum matribus puto potestatem, ab iniquo coniuge explicare diuortium, & contra maritales tueri iniurias, ut nolis praestare patientiam. Illis succurrit quas nefas est abire, discedere, quas in pessimi coniugij durum perpetuumque complexum, communium pignorum nexus arctauit, quae malos maritos pariter & patres nec relinquere, nec ferre lufficiunt. Facinus est ideo euadere maritum, quia damnaretur si de illo minore dolore quereretur. Itaque impudenter facit, quod pro detracto matrona cultu, negatque comitatu, factis ditis noctibus, pulsataque facie, filium conplorat occisum. Sileo adhuc illa per quam paricidij creuit immanitas, Occisum filium obijcio, puta luxuriosum, perditum, nocentem, fingite hoc patrem ira, indignatione fecisse. Quantum facinus sit filium occidere nemo magis fateat, quam qui uult uideri se illud fecisse pro filio. Ecquid iudices, uel ex hoc totus animus mariti, tota tristissima coniugis calamitas perspicitur potest, quod se negat matri communium liberorum debere rationem? Placet ergo mortales, ut de hominibus in quos plus ex harum sanguine, ex harum transit anima, non habeant partem nisi tantum doloris? Solos ergo communis cabit misera planctus, & ab omnibus consilijs, quibus ordinatur iuuenta, uita disponitur, extranea uilitate seposita, circa mcerores tantum lachrymarumque consortium orbitate iungitur? Si mehercle fas est aestimare utri plus parenti debeat ex liberis, non improbe totam potestatem sibi uindicabit affectus, qui decem mensibus ante uestram incipit diligere notitiam, & cum uos patres gaudium primum faciat oculorum, ante sunt conscientia matres. Facinus est ideo tantum illis minus licere, quia minus facere sufficiunt. Vos estis qui crescentes adhuc in peregrinationes, qui iam adultos in castra magnorum parentum uanitate dimittitis. Erubescitis desiderijs tanquam infirmitate, & unde uelocissimus transitus est in rigorem, liberos uultis amare patientia. Quam multa ideo tantum de filijs facitis, quia licet, & frequentius potestatis uestrae iactatione, tanquam aliquo grauitatis genere delinquitis. Non habet orbitas uestra lachrymas, super ardentis rogos tenetis incouulsam rigidamque faciem, itis obuiam consolationibus, & quod omnem modum feritatis excedit, captatis in magna calamitate laudari. Quicquam ergo erit quod de communibus pignoribus, non pari mente, pari impatiencia, uel si necessitas postulet, pari rigore faciatis? Mali tantum patris inter est, ut matri minus liceat. Sanem credat uobis circa regendas communium pignorum mentes sexus infirmior, uos mores, uos uita genus, uos matrimonia, ceterosque actus uestra persuasione firmetis, nunquid arrogans consortium, nunquid impotens societas est, liberos communes esse languentes? Si quis immoderatus pudor est, cede nunc tota potestate matri, illius sit in aegri toro proximus locus, haec adhibeat fomenta, porrigat cibos, si quid impatiencia, si quid flagrantium uiscerum possit infirmitas, mater neget, mater indulgeat. Illas quas immo dicus ardor discuit uestes, haec super fatigatos reponat artus, illa iactatas toto lectulo manus sedulo contineat affectu. Frustra captas uideri ultionem magnae charitatis, ab omni curae ratione sepositus. Cum circa curationes liberorum non consentiunt parentes, curationis est culpa, non matris. Quid quod filium occidit innocentem, cui nihil obijcere, nihil poterat irasci? Filium, si ipsi creditis, pro fratre mori paratum, cuius suprema ferre non poterat. Nouit iudices & incognitum rebus humanis audite facinus. Iam paricidij pietas, charitas, & impatiencia orbitatis admittit. Malo odium, querelas, execrationes, quam ut quis liberos affectu quo seruant occidat. Quid refert an per hoc alterius filij anima redimatur? Si paricidium fas est ullas accipere causas, filius propter se tantum debet occidi. Adijcite iudices immanitatis, quod occidit aegrum, Omnibus equidem mortalibus maiorem crediderim de languore uenire reuerentiam, & illorum quoque quos inter supplicia pereuntes auido spectamus assensu, iuxta ualitudines tamen morborumque uolentiam quodam innocentiae lauore miseremur.

In carceribus, & in illa profunda nocte pœnarum irreligiosus ille anhelus pectoris pallor inspicitur, non sic confundunt obuios grauibz catenis colla stridentia, & diutino squalore concreta facies, ut ille quem ad singulos conatus, gressusq; labentem uix trahit impellitq; longus ordo uinctorum, & inter tot destinatos, totq; perituros, omnium tamen in se retorquet oculos unus æger. Quid ais? tu illum quem nunc nefas est castigare, reprehendere, cuius auribus parcere debuerit sæuiora uerba, si quid negares, uidereris occidere, ferro, uulneribus aggredieris? Nō potest hinc tibi uenire defensio, ut hoc sis pro alterius salute commentus. Inter duos liberos pari desperatione languentes da bonum patrem, non præponderabit alterutrum, non eliget, sed ut incertum orbitatis euadat, ipse morietur. Tentat hoc loco iudices crudelissimus senex exculationē temeritatis suæ de medicorum trahere cōsensu. Desperauerant, inquit, de duobus. Sed ut incertum orbitatis euadat, sepono paulisper immanitatem patris, qui credidit, & de arrogantissimæ persuasione hominibus queri, de totius generis humani nomine uolo. Quam multas artes misera mortalium sollicitudo fecisti. Fato uiuimus, languemus, cōualescimus, morimur, medicina quid præstas, nisi ut iuxta te nemo desperet? Diciturū me putas, nō credo renunciantibus, non accedo cū deserunt, relinquuntq; languentes. Ego uero medicis nō credo sperantibus. Aspicite maiorem partem generis humani, & si me interrogas, illam robustiorem, illam adhuc in prima rerū naturæ ueritate uiuentem, nullos artis huius nouit antistites, nec minus tamen bellorum uulneribus, morborumq; medetur incurisibus, nō disputationum uanitate solerti, sed experimentis, & inuicem per similes dissimilesq; casus obseruatione ducente, tradita ratione succurrit. Non medicina sanat, sed quicquid uidetur sanasse, medicina est. Quo uultis animo feram, quod ars quantum dicitis inuenta pro uita, si dijs placet, autoritate formamq; captat, ut longè uentura suprema prospiciat, ut adesse fata denunciaret, quæ nec timentur, & maxima scientiæ pars esse cœpit sanare non posse? Quisquam ne ab homine, qui adhuc loquitur, spirat, intelligit, sic recedit, quemadmodum relinquitur exanime corpus, & ibi finem uitæ putabit, ubicunq; scientiæ substitit in firmis? Si fragilitatem mortalitatis, incertosq; uelimus æstimare casus, tantundem periculi habet omnis æger. Iniquissimum est desperationes uocari, quoties remedium medicina nō inuenit, & angustias siue artis, siue mentis humanæ, ad inuidiam referre fatorū. Nihil magis interesse omnium puto, quam ut spes pro homine tam longa quam uita sit. Vnde putatis inuentos tardos funerū apparatus? Vnde quod exequias planctibus, plangore, magnōq; semper inquietamus ululatu, quam quod facinus uideretur credere tam facile uel morti? Vidimus igitur frequenter ad uitam post cōclamata suprema redeuntes. Pleriq; cōualuerūt negligentia bono, quosdam explicuit quicquid alios fortassis occideret. Hos indulgentiæ temeritas, illos adiuuit desperationis audacia. Datur fortassis huic arti perspicere morbos, profutura meditari, sed unde sciet quantum inter uiscera, latentesq; pectoris sinus, unicuiq; animæ natura concesserit? quam proprietatem spiritus, quam corpus acceperit? Non tam uariæ mortalibus formæ, nec in uultibus nostris sedet tanta diuersitas, quanta latet in ipsis dissimilitudo uitalibus. Inenarrabile, indeprehensibile est, quicquid nos elementorū uaria compago formauit. Et prout in nos plura seu rariora de terrenis seminibus cœlestibusq; coierunt, ita uel duramur tacita ratione, uel soluimur. An desperantibus credi debuerit uos æstimabitis, qui negarūt ægros posse sanari, nec in hoc probauerunt qui euasit, nec in illo quem non languor occidit. Iustas mehercle haberet mulier causas querelarum, si noua incognitaq; ratione uel utrunq; seruassēs. Nunquam ex magno uenit affectu incredibilia uel profutura tentasse, & in re quæ plus de incerto habet, temeritas experimenti solā probat desperationis audaciā. Quid refert cuius sit conditionis æger, quantum adhuc spei, quantum uideatur habere de uita? Sacrosancti sint parentū metus. Dijs non sinant, ut ex liberis uilior incipiat esse periturus. Medici desperauerūt. Quid istud ad patrem? Spera tu, iube sperare matrem, tuis potius affectibus, tuis crede uotis. Et hoc de paricidij facilitate est, circa filiorū languorem ad desperantes potius accedere. Fidem habes hominibus quos mentiri alius affirmat, contra quos iterū credis uni præsertim. Pessimè hercle de tua feritate sentirē, si in quacunq; filij curatione non adhibea

non adhiberes propinquos, nō interrogares amicos, non respiceres ad matris animum, nō hanc primam impatientiam, nō hunc consulis timorē. De nullo filio minus debet solli sibi permittere pater, quam qui uidetur utiq; moriturus: Fratres, inquit, & gemini erant, ideoq; credibile est illis eundem fuisse languorem. Rogo quis in ullo mortali ferat ignorantiam pariter & affirmationem? Quisquis nescit quod genus languoris sit, non potest scire an idem sit. Nihil iudices in rebus humanis uoluit esse rerū natura tam simile, quod nō aliqua proprietate secerneret. Quid refert an ex iisdem prima illa duorum corporum animorumq; compago seminibus oriatur? Sibi quisq; firmatur, sibi quisq; componitur, & duo plures uel fratres nascuntur fato singulorum. Hanc ipsam indifferentiam quam mirantur occursum, stupent ciuitatis oculi, parentum tamē agnitio dignoscit, separat notitia nutricum, & fallentibus notis, est rursus quod faciat ipsa similitudo dissimile. In plerisque quamuis sit indiscreta facies, inuenitur tamē alius oris sonus, habitus, incessus, sed ut ipsa consentiant, diuersa mens, contrarij mores, & uitæ genera rixantia. Quid quod non eandem esse naturam geminorum probat etiam fortuna dissimilis? Hunc pressit paupertate perpetua, illum insperatis opibus excoluit. Illius per titulos honores, illius per ignobiles obscurasq; sordes totam duxit ætatem. Simile est quicquid accipiunt ex homine gemini, dissimile quicquid ex fato. Nec enim tam pariter in lucē de maternis exiluere uisceribus, ut illos eadem origo signauerit. Quantum putas interfuisse temporis, dum primum uteri pondus egeritur, dum parumper exonerata uitalia altero rursus homine laxantur? Breue fortassis exiguumq; uideatur mortalibus oculis, sed si terrena mente perspicere uelis orbis huius uastitatem, scies multum esse quod inter duas transcurrat animas. Voluitur super nos hæc cœli siderumq; compago, & præcipiti per procliuē decursu, totius diei noctisq; breuitate emensus orientis occidentisq; cursus, diuersi siderum in primo statim ortu rotato se rursus axe consequitur. Hoc tu parum credis esse spatium, quod diuersis pariter rebus impletur? Quantum inter illa transcurrentis horæ momenta nascitur, perit. Igitur quando unquam peregrinati sunt unā, militauere pariter? quid non diducti separatim fecerūt? quando illos languor, quando suprema iunxerūt? Et quandoq; sit necesse est aliter, ex geminis quod pariter languerunt, non sic accidit quomodo fratribus, sed quomodo duobus. Non eodem fato languere geminos, quemadmodum uultis, breuius probem, quam quod nec uterq; occisus est, nec uterq; sanatus. Sed fingamus hoc esse uerum, quod desperauerunt medici, relinque nobis pater innocentiam calamitatis, salua solatia sint de liberis, quos tibi uideris non perdidisse nisi fato. Quis ex parentibus nescit hæc se mortalitatis procreare lege? Sed indigni exitus supra orbitatem sunt. Ideo magis fleimus illos quos bella rapuerunt, haustit incendium, naufragia merferunt. Fortius feras inter assidentium manus, inter suorum officia labentes, cum se inuicem oscula, cum se fatiuaere sermone, cum data suprema inandata sunt, & se scit pietas omnia fecisse pro uita. Igitur uerum dixerim, illos mori credimus, hos perire. Non inuenio quemadmodum excusationem pater de consensu possit accipere medicorum. Hoc est quod omnem comparationem feritatis excedit. Filium pater propter hominem quem non putauit posse sanari, occidit, quod tu monstri portentisq; genus es? habes paricidij patientiam, non habes orbitatis. Ita demum potes ferre filij mortem, si facinus adieceris. Tu occidis, quia desperauerunt medici. Quereres mehercle, si reliquisses, si quid de continuatione curæ sollicitudo laxasset. Nihil ergo plus facies, quam illi qui nunc plures circumeunt fortassis ægros, quos detrahit, quos auocat alia curatio. Filios saltem committe uel matri, de fortuna queratur, dijs faciat inuidiam, mulieri quæ ferre non potest quod uideris desperasse, nunquam ex hoc rationes reddas quod occideris. Quis hanc iudices impudentiam ferat? tentat pater ut & huic rei cedatis, quod desperauerūt omnes, & quod sperauit unus. Nostræ quidem querelæ sufficit nō conuenisse medicis, & cum inuentus sit qui contra sensum desperantium genus aliquod sanitatis afferret, fas erat iudices ut adhuc inueniretur alius qui lætiora & utiliora promitteret. Hoc nunc me queri putatis, quod in re de qua credere nec omnibus debuisset, accessit uni. Non interest an supersit remedium quod tentare nō debeas, & ubi tantundem periculi speres quantum desperatio habet, melior exitus est, qui

facit miseros innocentes. Quid inuidiam prioribus medicis paramus? Nemo magis desperat, quam qui se negat nosse languorem. Quid agis pater? Ita tecum quisquam sic audeat agere de duobus filiis, tanquam de duobus agris? Tu ex geminis alterum occidendum dabis? Non ferrem si separare expositurus auderes, si contentus esses educaturus alterum truin, non ferrem a piratis captum filium alterius uicaria seruitute redimentem. Tu de orbitate facies uices, & casum singulorum per utrumque diffundes? Paricidium uocarem si promittente medico quod sanaret unum, posses eligere periturum. Penè crudelius est geminos diuidere, quam perdere. En scientia cui debeat credi, negat se scire causas languoris, deinde promittit quicquid licere non deberet nec intelligentibus. Occidam, inquit, deinde de sanabo. Memineris pater in hac conditione prius esse ut occidas. Non est tanta pietas seruire filium, quantum facinus occidere. Tu nunc hoc putas profundæ artis esse secretum? Verba tantum desperationis inuoluit, & homo cautissimæ uanitatis caprat illam nouissimam circumire breuitatem. Vides quanta promissum suum experimentumque caligine medicus inuoluerit? nunquam constabit an fuerit languore moriturnus æger qui aliter occiditur: Non noui, inquit, languoris genus. Post hanc uocem mehercle non deberes committere ægros, etiamsi uellet experiri potius haustus, ciborum fomentorumque nouitates. Nescio, inquit, sed si permiseras alterius aperire uitalia, pectus effringere, remedium fortassis inueniam. Iam excusatus es medice matris, sperasti ne tibi crederetur. Differo paulisper, quod de fratribus, quod de geminis, quod pater hoc facit, non consentiente matre, publico potius mortalitatis cōtendo nomine, non debere genus istud curatiōis admitti. Actū est uelut de genere humano, si nobis pro salute ægri opus est morte hominis alterius, & penè ratio sanitatis intercudit, si consumit medicina tantundem. Ego quenquam dicentem feram, ut inueniam ualeitudinis causas, date mihi aliud corpus, alia uitalia, occidam, deinde salutaria quæram, profutura meditabor: Ita non facilius est nosse languorem? Quæ hæc est impudentia crudelissimæ uilitatis? Aegrum placuit occidere, ut inueniretur cur non debuisset occidi. Nullum sanctissimi iudices natura morborum genus solis uisceribus abscondit, & quicquid causas ualeitudinis de uitalibus trahit, in corpus emanat: inde pallor, inde macies, quod ad interiorē dolorem superposita cōsentunt. Non inuenio cur hominē uulneribus exquiras, cur remedia quoque uitalibus per corpus immittas, & in late res meatus hæc quibus tegimur medicina descendat. Cur ergo non eadē ratione languor admittit intellectū sui, qua sanitatē perdit? Abditos profundosque morbos aut citatior clausi sanguinis cursus, aut crebrior anhelitus laborantis animæ indicat. Crede de his ante omnia sensibus, oculis tuis, & ipsos de quibus agit, modo singulos, modo pariter interroga, cui potissimum parti graue tacitæ pestis pondus insiderit, unde prorumpat in gemitus conscientius dolor. Medicus qui per hæc non potest inuenire languorē, non inuenit nec remediū. Quid si aliquid sanato medicina potest præstare rationis? Sufficit quod aliquando iam facta ex unius hominis inspectione, ad totius intellectum naturæ medicina profecit: Quid allaturus huic ægroto est, quod non tot seculorum, tot languentium experimēta deprehenderint? Vis tu potius hac audacia, qua secreta languoris exquiris, remedia tentare? Breuior uia sanitatis humanæ, propior nostræ salutis utilitas est. Si uiscerū nimius ardor stricta circa se membra durauit, adhibe remedia laxantia. Si fluitat nimis æger humoribus, præstet sint per quæ pressis cluisque uenis in nouas uires corpus arefcat. Si parit prodest abstinentia, rursus ciborum qualitate foueatur. Si spiritus receptis premis alimentis, ad puriores meatus ieiunio fameque tenuetur. Contigit tibi magna experimentorum materia medice, ægri duo, & languor idem. Non est opus ut expectes, quando super unius hominis patientiam explicet profuturorum magna diuersitas, potes experiri pariter eadem consentanea, diuersa, pugnancia. Nulla ratio est uulnerum sanguinis, supremorum. Quemadmodum sanari debeat alius æger scire non possis, nisi ex homine sanato. Quid quod etiam ut idem sit ualeitudinis genus, necesse est tamen duorum corporum diuersitate uarietur: Nunquam in alienis uisceribus inuenias totum quod de altero quæras, & alius languor est, alius æger. Cur maximū nefas alterius filij salute defendis? Homo in quo sola quæritur causa languoris, propter medicum occiditur. Adijce quod nec deprehendi ex sanato potest ullius causa languoris,

languoris, quicquid nos in uitia morborum a naturali sanitate cōmutat, facit aut nimis sanguinis pondus exæstians, aut superfluens calor, aut ultra naturalem modum humor exundans, aut spiritus per tacitos meatus non solita laxitate discurrens. Quid horum si uitalia ferro uulneribusque refecentur, saluum potest esse languentibus, cum cōpressi spiritus laborem protinus ille referat pectoris meatus emittat, sanguis ipsdem pariter deprehendatur egrediatque uulneribus? An fas putatis ut sua seruent uiscera nudata facies? ut nihil perdat ex priore natura illud pectoris uitæque secretum, cum admittit oculos? Plurimum in nobis etiam timore mutatur. Quantum affert sollicitudo, gaudium, dolor, & aliquis subitus affectus? Quoties dum ad curationem præparatur æger, dum cōponitur ad sua remedia corpus, medentium manus anima destituit? Iam uero ad singulos ictus, & longissimas uulnerum moras, quantum ex toto homine conuertit clamore, gemitu: Necesse est omneis perire quibus cōtinet uita causas, quoties uita ipsa cōsumit, et cum homine qui propter intellectum languoris occidit, ipse quoque paulatim languor emoritur. Differ saltē pater hanc crudelitatem, quicquid ex filio facis, facies ex cadauere. Si potest deprehendi languor dum occidit, facilius cum occiderit. Interrogare mehercle hoc loco libet, utrum ne periturum pater, an medicus elegerit? Negauit sua interesse quem occideret, hoc si & alter perisset, probauerat utrumque fuisse periturum, cum cōualuit, probat utrumque uicturum. Ad sanissimam curationem potuit ægrum facilius mehercle explicare, si esset unicus pater. Sufficit ergo cōparare, decernere, num iterum ille tibi pretiosior, ille melior incipiet esse uicturo. Vbi est impatiētia patris, qua uix dimittit cadauer in rogos? qua corpus exanime detinet amplexu: Dij immortales, quam saua, quam crudelis est ipsa cunctatio, dum deliberas, dum unumquodque detractas, paricidium in uocem consumis. Duorum uilitate sit ut ex fratribus possit alteruter occidi. Nunquam iudices res tam horribilis inauditæque feritatis admittit. Filium pater propter eum occidit, quem etiam ipsum poterat occidere. Transfert iudices reus in medicum electionis inuidiam: Ille, inquit, aestimauit, ille decreuit. Ergo manifestum est non parem fuisse languorem. Ex duobus agris plus habuit spei, propter quem debuit alter occidi. Recede paulisper mulier infelix, filij tui nobis referenda curatio est. Felices ægri qui languore moriuntur, qui supremos anhelitus inter suorū amplexus, inter suorū alloquia posuerunt. Ut erat iuuenis primo ipso comparationis incerto, mox electione cruciatus, abacta est a perituro prima mater, & modo sedula ministeria seruorū repente mutata sunt in mortis officia. Detrahuntur tremantibus uelamēta membris, & ut grassaturas manus totum corpus admitteret, nudatur miserabilis ac deslenda macies. Toto deinde tenditur toro, & ad immobilem rigidamque patientiam per omnia lectuli spatia duraturus exponitur. Accipit carnifex ille telum, non quo dextra statim totum uulnus imprimeret, sed quod leuiter paulatimque descendens, animam in cōfinio mortis ac uitæ librato dolore suspenderet. Hæc exhortatio, hoc fuit perituri iuuenis alloquium: Fortiter dura, patienter admitte, sanabis frater. Non est quod exanimeris metu, dolore deficias. Caue uiscera exclamatione ne lassēs, anhelitu gemituque concutias, ne remediū pereat alienum. Passus est miser discurrentem per omnia referat pectoris improbum uagæ artis errorem. Contentum fuisse medicum toto homine discendentem primo putatis aspectu: Egesta sæpè uitalia, pertractata, deducta sunt, fecerunt manus plura quam ferrum. Stat iuxta medicum pater apertis uisceribus inhians stillantem animæ sedem cruentis manibus agitantiem, ne festinet hortatur, iubet altius diligentiusque scrutari, interrogat, dubitat, contendit, affirmat, & accipit de filij morte rationem. At mulier infelix cluis aduoluta foribus, cruentumque secretum toto corpore effringens, uelut super busta, tumulosque clamabat: Audi miserrime iuuenis, si quis adhuc tibi superest sensus, exaudi, non permisit hoc mater, crede orbitati meæ, crede lachrymis, nec frater hac uellet ratione sanari. Inter hæc reficiebatur miser haustibus, detinebatur alloquijs, cōprimebatur residuus cruor, cludebantur aperta uitalia. Nemo unquam tam noua pertulit cōmenta sauitiæ, tanquam sanaretur, occisus est. Ite nunc, & quærite an potuerit medico sanante uiuere, qui tandiu uixit dum occiditur. Vos tunc putatis illius tantum languoris medicum quæsisse causas? quæsiuit quicquid nesciebat, & usus occasione rarissima, in omnem uoluit proficere nouitatē. Dij immortales quantum infelix iuuenis animæ, quantum sanguinis, quantum habuit ex uita, qui per

tulit ordinē longissimae curationis. Vix aegre misero licuit mori, uix à cruciatibus suis ma dimissa est. Inuentū putatis esse languorē: Inuentū est illū potuisse sanari. Agedū cō-
mento tuo senex superbus exulta, habes, quod liberis, qđ parentibus, quod imputare se-
culo possis, fecisti medicū paricida meliorē. Libet me hercle intueri par illud, aegrū uide-
tis hominē, qualem nō salutare medentū manus, nō ars inuenta pro uita, sed diri ferarū
rabidūq; morsus, & animalū fames satiata destituit, hinc aliū in nouas uires recēsq; robur
reddito uigore surgentē. Vultis scire iudices unde uenerit tanta diuersitas? Illū pater cu-
rauit, hunc mater: Quantū, inquit, misera pertuli laborem, dum tam magnā foueo tristi-
tiam. Non fuit mihi rixa cum morbis, nec cum repugnantis ualetudinis rigore cōtentio,
totus in lachrymas mōroremq; resolutus oderat lucem, respuebat cibos, fastidiebat hau-
stus, & uitam paricidij pudore fugiebat. In omni proclamatione gemitūq; frater, ille die-
bus ac noctibus cogitationes, ille torquebat oculos. De quibus tu agris impotentissima
medicina mentita est? Non fuit, nō fuit solo languore periturus, quē nō potuit nec mors
fratris occidere. Quid igit, inquit, miserima foeminarū, sauiissime senex ex hac recorda-
tione tristissima orbitatis ad hos uultus, faciemq; cōuerteris? Sine dubio filius est, & post
grauissimas denūciationes redditus uitae. Sed ignoscat natura, pietas, nō est solatiū matris
unus ex geminis. Felicior ille dolor est, qui transigi saltem cum oculis potest, renouatur,
accenditur, & in his uultibus illū quotidie putat uidere pereuntē. Sed & ipse gaudio red-
dita uitae laetitiaq; nō fruatur, nec se credere potest charitate praelatū, quē medicus elegit.
Sentit infelix cuius orbitatis unicus sit, quibus lachrymis perfundantur oscula, quā ma-
gnis profundisq; suspitijs cōcutiant amplexus. Misera uerecundia sanitatis ingrata, pre-
tū sibi uidetur fratris occisi. Cōuertitur hoc loco iudices mulier infelix, & uelut ad quan-
dam praesentia amissi iuuenis, siue inquit, tandē securitate mortis explicitus, in aliquo se-
dis aeternae pudore requiescis, siue exclusus ac uagus, & inter fabulosa supplicia metuen-
dus adhuc laceratione, per stupentes horrentesq; manes umbra discurrens, audi miserimae
matris iniquissimam complorationē. Non quidē licuit mihi in illud cubiculū conditorū
tuā mortis irrumpere, nec supra charissima membra prostrata meis uulnera tua tegere
uisceribus, quod solū tamē potui, corpus quod medicus, qđ reliquerat pater, hoc sinu mi-
sera collegi, ac uacuum pectus frigidis abiectisq; uisceribus rursus impleui, sparsos artus
amplexibus iunxi, membra diducta cōposui, & de tristi terribiliq; facie tandē aegri cada-
uer imitata sum. Hoc est tamen quod de tristissima orbitate praecipue scire non possum,
propter fratrem uideris occisus, nec tamen unq; constare poterit, an tu sanaueris fratrem.

Argumentum Declamationis I X.

*Abdicare & recusare liceat. Pauperis & diuitis inimicorū filij iuuenes amici erant. Filius diuitis cū in piratas inci-
disset, scripsit patri de redemptione. Illo morante profectus pauperis filius, cū amicū apud piratas nō inuenisset, quō
lanista uenierat, puenit in ciuitatē in qua munus parabatur sub tempore ipsius, quo pugnaturus erat diuitis filius. Pa-
ter est cū munerario paup adulescens, ut uicarijs operis redimeret amicū. Petijq; ut si egeret pauper pater, alimentū
ei praestaret, ipse in pugna occisus est. Diuitis filius reuersus, egentē inuenit pauperē, palam cepit alere. Abdicatur.*

Pro filio contra patrem.

NEMINEM unquam iudices intra tam breue aetatis suae spatium plura ter-
ra mariq; perpeffum, quā quae proxima peregrinatione uel tuli, uel timui,
uel uidi, facilis, ut opinor, fides est, cum ex omnibus quos nouimus morta-
libus unus nominari me inferior possit, quem infelicem ego feci. Tamē in
hac quoq; omnia excogitantis in me fortunae uiolentia confiteor nunquam
hunc me cōcepisse animo metū, ne post redemptū per alienas manus filitū displiceret pa-
tri meo misericordia. Illas uerebar magis iam nō tacitas uulgi opiniones, quibus crudeli-
tatis atq; sauitiae reus peragor apud plerosq; sanctos et graues homines. Nondū excusa-
re potui qđ redemptus sum, obijcitur mihi orbatus senex, & ille qui modō saluo filio etiā
cōtra diuitē steterat, amissis in uno iuvene omnibus bonis inimicae domus supplex. Licet
em totas aduocemus in odia fortunae uires, & egentē unū senē uniuersa gratiae mole cal-
cemus, confitendū est tamen, plus amici nocuimus quā inimici. Quin ipsa prorogatae
quotidiana stipe infelicis animae uidetur quodammodo maligna clementia. Quod em be-
neficiū

neficiū est efficere ut uiuat orbis? Vnū tamē uel grauius crimē infelix haec abdicatio-
nis meae fortuna defendit, qđ uix ad sustinendū spiritū sufficientes cibos, prorsus tantū mor-
tis impedimenta, auara manu dederim. Puto iam ignoscetis omēs, si plus praestare nō po-
tui inuito patre. Quāq; iudices oboritur animo meo nōnunq; & illa suspicio, qđ patrem
nō alimenta uni seni parce uiuere assucto, nec liberaliter data, nec diu danda, in offensam
meā cōpulerint. Quantulū est em facultatibus diuitis, qđ sub patre sanē tenaci filio fami-
liae superest? Acti foret maius fortē momentū, quis tamē parens tam durus est, ut propter
aliquā impensam carere filio uelit, qđ ipse caelatus sit, qđ nō suae misericordiae pauperem
cōmiserim, nō rogauerim, praesertim, qui quicquid unq; petij, à patre exorauī? Sed neq;
haec ultimo fulmine castigari meruit in differendis precibus uerecunda cūctatio. Qui dū
tēpus opportunū, faciles aditus, hilariorē animū capto, interim uolui superesse cui igno-
sceret. Neq; inficior tamē fuisse me lentiorē quā oportuit, tametsi hoc praecipue habe-
re uideor patris simile. Sed si ulla emēdatio poenitentia est, hic in publico uobis adhibitis
rogabo. Nō ego aēs alienū luxuria cōtraxi, nec profusus in uitia fortuna nostra male usus
sum. Redemptionis meae pretiū debeo. Si impetro, intelligam uerū esse qđ quidam opi-
nantur, ambitiosum patre publicare uoluissē domus suae misericordiam, ne uiderentur pau-
peres tantū uitam inimicis suis dedisse: Si persequeretur ut porrectos egentē cibos mea fame
rependat, & expulsum omnibus bonis filitū similem faciat inimico, uereor ne iniquis aesti-
matoribus inexplabilis illius, & saepe reprehensi odij culpa uideat penes patre, qui tam
facile irascit. Verū em si placet fortunae magis moribus dissidere, quā suis: nam & pau-
per tatis est propriū, quando alia deficiunt, exercere libertatē, & dum cōtempus fama ui-
tatur, potentiores uel ambitiose offendere, & naeta bonā conscientia magna fortuna indi-
gnius imparē aduersariū patitur. Ergo cōseruit, ut solet, casus duratura longius à paruis
iniurijs odia, dum cōtumeliam humilitas facilius intelligit, dignitas grauius. Neq; ulla fuit
aemulatio (quae em esse inter impares potest?) sed fato quodā similis ex diuersis causis cō-
tentio. Hic irascendo pertinax erat, ille incendēdo cōtumax, quāq; nisi ultimā exprime-
re cōfessionē uicti utiq; placuisset, multa iam pridē signa dederant ueniae, sinemq; pugnae
petentis. Nam quōd pertinuisse, credimus, qđ pauper adulescens relictis omnibus solū me
quē coleret, quē amaret, elegerat: Sine dubio à primis aetatis annis iunxerat nos potentis-
simus amor ille puerilis, dum aut nulla erant inter parentes odia, aut à nobis nō intellige-
bantur. Post ductas tamē domos perseuerauit, imō impensius laborauit. Et si quid mihi in
eo satis perspectū est, nihil horū fecit inuito patre. Quantū intelligere potui, pauper sine
dubio pudore cedendū, ne damnasse causam suā uideretur, simul qđ nulla ipsi dabatur gra-
tiae uia, stare uisus in suscepto circuitu, tamē quosdā molliores tentauit aditus: & dum tira-
ma tandem pax impetraretur, filitū nobis obsidem dedit, ac ne meus quidem offendē uisus
est pater, certe nunq; reprehendit, nunq; prohibuit, nec clam feci, nec cōtumacē aduer-
sus patris imperia unq; fuisse me uel ipse rerū declarat ordo. Nam quamuis infestū latro-
nibus mare iustus intraui, neque dissimulauerim magnas fuisse causas patri, cur hoc mihi
imperaret, qđ ipse facere non potuerat, ego etsi nesciebā, nō interrogauī, satis plena ratio
fuit patre uelle. Felix nauigantiū cōditio, qui procellas modo & sauos tempestatis incur-
sus, & albētes fluctibus scopulos, aliaq; pericula tantū maris pertulerūt, ego miser nauifra-
gis inuideo, captus barbaris manibus, nec tam nexu catenarū uinctus quā pondere, in-
undatū carcerē tuli, & uincula macie laxauī. Quis nō ignosceret omnibus, q post hoc ex-
emplū nauigare timuissent: Ergo qua una spe misera trahebatur anima, literas de redem-
ptione scripsit patri (testor deos) soli. Quid em sentire uiderer de patris affectu, si hoc in-
columi redemptionē ab alio petiuissē? Nam qđ unū mihi secundū patre fortuna uide-
batur parasse praesidiū, hoc sperare in illa sorte nō poterā. Quid attinebat amico scribere,
quē sciebam nō habere unde redimeret? Nunq; ne mihi dabitur liberū tempus cōqueren-
di apud patre de amicis suis, qui proficisci uolentē retinere tentarūt, q pia festinationi at-
tulerunt moras? Profectus esset tamē uel inuitis omnibus (quis em nō hoc praestaret filio
pater) nisi qđ interim amicus antecessit. Illū nō pericula maris, nō infesti latronibus sinus,
nō uicinū meae fortunae documentū prohibuit. Minus haec miror de amico, illud est qđ

penfari nullis beneficijs poffit, proficifcentē nō retinuit pater. Imō fi quid in fubfidia uita
 te fepofuerat parca frugalitas, id omne in impensas itineris cōtraxit & contulit. Infelicis
 fime fēnex, fic egere cōpifti. Dicam nunc ego per quos iuuenis praftantiffimus nauiga
 uerit fluctus, quos accefferit scopulos, quantos luftauerit finus? Faciliora ifta putant qui
 nunquam nauigauerunt. In omnia praiceps, fine refpectu fui, quē iam tum apparebat ui
 ta non parcere, adiit, explorauit, & tamen ille quoq; qui tantopere feftinabat, fero perue
 nit. Audite, audite iudices nouam captiui querelā, iam mifer apud piratas nō eram. Ale
 bat deuotū corpus grauior omni fame fagina, & inter debita noxae mancipia cōtemptiffi
 mus tyro gladiator, ut nouiffime perderem calamitatis meae innocentiam, difcebam quo
 tidie fcelus. Hæc tamen omnia fultinui, tuli, adeo difficile eft etiam fua caufa mori. Et iam
 dies aderat, iamq; ad fpectaculū fupplijcī noftri populus cōuenerat, iam oftentata per are
 nam periturorū corpora mortis fuae pompam duxerant, fedebat fanguine noftro fauora
 bilis dominus, cum me, cuius, ut interiecto mari, nō fortunam quifquā noffe, nō natales,
 non patrem poterat, una tamen res faceret apud quofdā miferabile quod uidebar, inique
 cōparatus, certa enim arenæ deftinabar uictima, nemo munerario uilius ftererat. Freme
 bant ubiq; omnia apparatu mortis, hic ferrū acuebat, ille accendebat ignibus laminas, hinc
 uirgæ, inde flagella afferebant, omnes piratas putares. Sonabant clangore ferali tubæ, illa
 riq; libitinæ toris ducebat funus ante mortē. Vbiq; uulnera, gemitus, cruor, totū in ocu
 lis periculum. Si quid eft in me abdicatione dignū iudices, unū crimen agnofco, quod in
 hac amicum meum mifi. Eft quidem felicibus difficilis miferiarum uera æftimatio, figu
 rare tamen potefis qui tunc animus mihi, quæ cogitatio fuerit. Nanq; & natura redit in
 extremis triftis praeteritæ uoluptatis recordatio, & mihi cum generis confcientia, cū for
 tunæ confcius aliquando fulgor, cum liberales artes, cum omnia quondā honeftioria mu
 nerario meo, domus, familia, amici, cæteraq; nunquam uidenda in ultima mortis expecta
 tione fuccurrerent tenenti feruilia arma, & ignominiofa morte perituroro, tum (fi ulla mi
 feris fides eft) quid horū omniū ignari agerent propinqui, nihil peius de fortuna mea fu
 fpicantes, quā quod fcripferam, illud tamen grauiffimū, quod patrem qui tandiu nō ue
 niret, captum putabam. Ergo tota cogitatione intentus in mortem, expectabam cruentū
 illum confectorē. Quis enim dubitet quid futurū fuerit fi ego pugnaſſem: ille quoq; occi
 fus eft qui inter nos, ut apparet, fortior fuit. His cogitationibus attonito, & in mortē iam
 penē demerfo, inopinata fubito amici mei fpecies effulfit. Obftupui, totūq; corpus per
 currit frigidus pauor, neq; aliter quā fi uana obijceretur oculis imago, mente captus fte
 ti. Vbi primum lux redijt, laxatumq; eft iter uoci: Quid tu inquam, quo cafu perueni
 ſti huc mifer? Nunquid & te uendidere piratæ? At ille complexus ceruices meas, effufis
 in pectus meum lachrymis folutus, intercepto propē iam fpiritu, fero, iam trepidante me,
 primam uocem, & diu folam edidit, fatis uixi. Ut uero caufas itineris reddidit, & ueniffe
 fe ad redimendum indicauit, & unde inquam tibi pecunia? niſi rediftis in gratiam, & te
 pater meus mifi. Audite gentes, audite populi, non folita iudicium noſtrum corona cir
 cūflet, fed fi patitur natura rerum, totus ad cognitionem talis exempli orbis circumfluat.
 Tacete priora fecula, in quibus tamen à primordio generis humani, pauciſſima amicitia
 paria admirabiliora fecerat longa temporibus noſtris fides intercepta, quicquid hiftoria
 tradiderunt, carmina finxerunt, fabulæ adiecerunt, ſub hac comparatione taceant. Quis
 crederet (fi dubitari poſſet) inter duos amicos, quorum alterum immunem malorum
 omnium fortuna fecerat, alterū piratis ac laniftæ tradiderat, meliorem conditionem fuiſ
 ſe captiui? Si diues eſſem, inquit, pecuniam pro te attuliſſem. Quod unum pauperibus
 praſidium eſt, manus habeo, has piratis daturus fui, has pro te in pugnam uicarias dabo.
 Ignofce pater, quod nimia contentione affectus, penē tibi orbitatis uulnus impreſſerim.
 Teſtor deos, non per me ſtetiffe quod uiuo. Neq; enim ita me efferat ludus, aut intan
 tum durauerat animū cædis longa meditatio, ut eum amicum uellem occidi qui pro me
 mori poterat. Vindicabam mihi fortunā meam, & adhuc neceſſitatis gladiator depugna
 re etiam uolebam, neq; ullis precibus poteram euinci, quanquam ſe nō ſuperfaturū alio
 qui minabatur, idq; unū affirmabat intereſſe, utrū uicariū mallē habere mortis, an comitē.
 Non

Non uici: Quid igitur actum fit quaeritis? Duxit me ad munerarium iudices. Quas ego
 illius preces quā pertinaces lachrymas, quā miferabilem obſtationem uidi? Nemo
 unquam ſic rogauit miſſionem. Transferuntur in illū detracta corpori meo arma, & ma
 le aptatis inſignibus feſtinatū par producitur. Quid me admonetis ſupremarū amici mei
 precum, quibus hæc alimenta caro empta, inopi patris ſenectuti petita? adiutorium hoc
 ad cauſam putatis? Me pudet quod rogatus ſum. Per hanc, inquit, mihi lucem ultimam,
 per noſtiſſimam amoris noſtri fidem, non ſinas mendicare parentem meū. Sultineas, adiu
 ues, praſtes affectum, ſi mereor, tu ſis illi uicarius meus. Nec plura dicendi tempus fuit,
 tamq; ſuprema per galeam dederam oſcula, digreſſiſq; in diuerſum miniſtris permiſſus
 Mars erat. O quā ſollicitus ſpectaui, quā attonita mente, quā ſimili corporis motu.
 Quoties ad inſeſtū mucronem quaſi ipſe peterer, me ſubmiſi? Quoties ad conatus ere
 ctus ſum? O mifer cogitatio, & crudelis natura metus, merito tu amice pugnare malui
 ſti. Facinus indignum, illum animū, illum ardorem non contigiſſe caſtris, nō bellicis cer
 taminibus, ubi uera uirtus nulla pugnandi lege praemiū ſcribitur. Qua ui praſtium inua
 ferat, iratus etiamnum tanquam aduerſario meo, ad omnes impetus excipiebatur callide
 ueterani gladiatoris altu, omnes conatus cōtra ſe erant. Nec difficilē tamen ſub illo pra
 fertim autoramento habuiſſet miſſionem, ſed noluit gladiator uiuere. Igitur iam nudum
 corpus uulneribus offerens, ut totam propē mercedem ſemel ſolueret, ſtans periit, cui li
 cuit in patria, in domo, inter propinquos, ſecuro cōſenſcere æuo, cui tranquillā ſine re
 prehentione agere uitam, iacet confectus uulneribus, & primo iuuentæ flore fraudatus
 periit mifer fato meo. At ego qui debebar illi fortunæ, quæ mors ſibi deſtinauerat, emiſ
 ſus ludo nocentior, quā uenditus, etiā uaticio illius infelicis reuertor. Placeamus licet
 nobis fortuna noſtra pater, pauperi ſoluēdo nō ſumus. Si qua eſt fides iudices, pudet me
 contra indicare mea beneficia, nec uideor uobis rationem poſſe reddere, quod mihi tam
 parū obijciatur. Redemptoris mei patri in pretiū meū orbo egenti quid praſtiti? Quod
 pirata capto, quod lanifta gladiator, exiguum ſtipem, & cibos ſemper petendos. Quan
 tulum enim dari poterat, quod nō ſentiret dominus tam curioſus? De hac re conſediſtis,
 hoc concitauit iſtam iudicij ſcenam, panis datus mendico, & dilatata hac impotentia nō
 ſtra opinione uidebamur amicos ferro occidere, inimicos fame. Cōputemus totā iſtam
 meæ luxuriæ impenſam, audite ſummā, & miramini ſi hos ſumptus ne diuitia quidem
 ſuſtinent. Tanti conſtat patri captiuitas mea, cum tam care redemptus ſim. Quo tandem
 patereris animo, ſi delicatus adoleſcēs, praſertim ſplendidis opibus, uel ex ætate mores,
 uel ex fortuna traxiſſem, & tempeſtiua conuiuia, & peruigiles ludos aduocata ſodalium
 turba, ſolutus atq; affluens agerem, tantumq; impenderem, quantū nō poſſet te ignoran
 te conſumi, quæ tamen ipſa boni patres libenter annis remiſerunt, cum abdicatione di
 gnū putes, & ultimo patriæ poteſtatis fulmine coërcendū, quare mendico ſeni porrexe
 rim, ut pauciſſime dicam, quod illi filius miſit? Non redempta meretrix, non egeſtū con
 uiuij ſcenus, non lenonum paraſitorumq; chara adulatio in crimen uenit, cibaria ſenis,
 nempe unius ætate ac malis confecti. Hoc diuitias tuas concutit, hoc fundatam paternis
 auicisq; opibus domū exhaurit. Si tam auarus es, computa, adhuc de alieno uixi. Ad hæc
 fortalſe quæ circumſtat iudicium corona, & omnis ignara cauſa turba, magnum neſcio
 quid & portento ſimile crimen expectat. Abdicas me pater tam citō? Modo tibi ex illa
 funeſta peregrinatione inſperatus reuertor, unde ut uenirem uix optare potuiſti. Nulla
 adhuc pro reditu meo ſoluta ſunt uota, non percuffa dijs immortalibus hoſtia. redem
 ptori certe gratiam nō retulimus. At ego expectabam, ut deliderio incenſus affectus uix
 poſſet expleri, ut poſt infaſtam profectionem uelut obiurgatus tanto periculo nunquā
 me poſt hoc ſaltem peregre dimitteres. Vix ſalutatis laribus expellor, & apud pleroſq;
 dubitari poteſt, an admiſſus ſim. An hoc agis ne quid tibi praſtitiffe uideatur, qui me re
 demit? Sæuus enim credo & impius, & (quod maximum omnium uitiorum ſignum eſt)
 ingratum beneficia patris non æſtimo. Fortalſe cui uitam debeam, neſcio: nulla eſt apud
 animum meū memoria meritorū. Miferum me quod non poſſum tantū ſoluere, quanti
 accipi. Quanquā cauſas abdicationis pater altius repetit, & ultra peregrinationē meā in

quirit, idque ratione duplici. Primum ut reum, quia premere atrocitas criminum non potest, turba confundat, deinde ut grauius uideatur iudicium patris, cum is damnet qui solet ignoscere. Cur, inquit, cum ego inimicum haberem pauperem, tu amicum filium eius habuisti? Volo iudices omnia contentione scilicet sic agere, peccauit, ueniam peto, & errare hominis est, & ignoscere patris. Duxit me similis aetas, euicerunt officia, cepit fides, amantem odisse non potui. Nihilominus satis abundeque poenarum est, & si pietatem tuam bene noui, plusquam uelles datum est. Quantumlibet peccauerim, quid amplius iratissimus dominus exigeret? Ludo tibi satisfeci. Nullum ne cladibus meis finem dari placet? Parum est quod insanos pertuli fluctus, & sauis tempestatibus commissus, arbitrio uentorum pependi. Parum est quod in nefarias latronum manus praeda perueni, & (quae ultima malorum etiam seruorum conditio est) sine exceptione uenalis. Inde me si uoluisset emere, potuit inimicus. Parum est quod me diu piratae in carcere retentum, quia redemptorem illis diuitem promiseram patrem, in ludum uendiderunt tanquam decepti, quod quotidianae pugnae meditatione tandiu mori didici, quod copositus, armatus, inductus perieram si melior amicus fuisset, nisi me noua uelut in portu adoptata tempestas, paternis laribus extorrem, & necessarii quoque uictus inopem circum ad alienas mitteret domos. Pudet enumerare calamitatum mearum gradus, piratam, lanistam, patrem. Atqui pars ista criminis iudices mei non defendi meruit, sed laudari. Neque enim reperio quid in rebus humanis excogitarit natura praestantius amicitia, quid concordia contra fortunam maius auxilium. Nam primum praeter caetera animalia induit nostris pectoribus quandam societatem, quae mutuo gaudere congressu, contrahere populos, condere urbes edocuit, & cum mentibus nostris uarios imposuerit motus, nullum profecto meliorem beneuolentia tribuit affectum. Quid enim foret humano genere felicius, si omnes esse possent amici? Non bella, seditiones, latrocinia, lites, caeteraque mala, quae hominibus ex seipsis nata sunt, fortunae accessissent. Id quia nimium deo uisum est, at certe honestis conuenire mentibus, fidem colere, amoris gratiam referre, omnibus temporibus, omnibus generibus praecipuum & quodammodo sacrum fuit. Neque enim nisi optimis mentibus contingit, ut aut sic amare sciant, aut sic amari mereantur. Hoc ego crimen expauescam? Scires quantopere gloriarer pater, si cum amico meo ego redisset. Nisi forte similitudine flagitiorum ductus, turpi me coniunxeram iuueni, quae uita sine dubio nomen amicitiae non accipit, ita tamen ad paria ducente natura uitae conuenerant. Obijce mihi amicum, & habes maledicendi materiam, gladiator fuit. Quare amicus illius fuisti? Ita opinor poenitet. Effert te longius dolor, & nimia concitatus ira, quod progrediare non respicis. Non sentis pater hoc te mihi obijcere quod uiuam? Quisquam de illa amicitia queri potest praeter pauperem? At ego inimicum habebam illius patrem. Decuerat quidem simultates, quas maximi omnium mortalium esse uoluerunt sapientes, in his desinere, in quibus nascerent. Nam sic quoque immodicas serit discordiarum fortuna causas, etiam si non haereditaria subeamus odia ac diutius inimicitiae maneat quam inimici. Tamen si quid aduersus te ipse commisit adolescens, sit hostis & meus: Si innoxius, & omni uacans culpa, charitatem mereri cupit: si nullius me amici filius ualidius amat, qui tandem uis pater respuam, & iratas obijciam manus? Tu quoque non odisses pauperem, si te amaret. Inserit se, & beneficis certat. Noras adolescentem omnia ultrò praestantem, & sic me amabat, quamuis tu esses inimicus patri. Adijce, si tanta in adolescente indoles fuit, quantam nulla nunquam cognouere secula, si fides antiquissima, & cum deorum coetu permixtis inaudita temporibus, si me semper habuit chariorem spiritu suo, etiam ne despicienda mihi rarissimi boni occasio fuit? At ego perpetuam quandam mihi gloriam reor, quod ille caelestis animus me potissimum quem amaret, elegerit, ego sim probatus tanto iudice. Me quoque igitur feret fama per gentes, & amici laudibus illustrior uiuam. Credet aliquis idem me pro illo fuisse facturum, Cur cum inimici nos essemus, uos amici fuistis? Aliud hoc loco crimen agnosco. Peccauimus enim factores, peccauimus, quod cum amici essemus, uos inimici fuistis. Haec iudices diutius excoquerer, nisi absoluta essent ipso iudice patre. Longum iam istius criminis tempus est, nunquam obiecit, nunquam excanduit. Et quid hoc inter nos pater conuenit? nisi longiores

repetis

repetis offensas. Apud malignos uidearis me iratus non redemisse. Sed si quid ante commissum odio tuo dignum, potuisti me redemptum non recipere. Manifestum est ergo te patiente, id est te uolente amicum mihi fuisse iuuenem. Et sane non solus in hac fuisti sententia, idem filio permisit & pauper. Atqui si pars haec causae, quae confessione longi silentij absoluta, hodie in accessionem criminis alterius deducitur, potest apud uos impetrare ueniam, facilius certe sequentium ratio est. Ille enim sane fuerit inimici filius, hic iam est amici pater. Nec ignoro iudices quam male ista defensio de humano genere mereatur, si adeo nihil est per se misericordia, ut nisi ulterius aliqua necessitas pudori uim fecerit, pro summo crimine damnanda sit minus necessaria humanitas. Ergo si alienum & ignotum, tamen (quae publica omnium mortalium, quippe sub uno parente naturae, cognatio est) hominem cibo forte iuuissem, poena dignum uideretur seruisse perituram animam, & ignouisse rebus humanis, & respectu communis omnium sortis, uelut adorato numini, & stipem posuisse fortunae? Si hoc crimen est, laudetur ergo crudelitas, nihil habeatur piratae lanistisque prudentius. Ferantur sane profutura humano generi duo exempla intra tam breue tempus, propter misericordiam alter abdicatus, alter occisus est. Quod crimen si fatendum sit, non animi mihi ipse finxi, aut mea potestate regitur affectus, in arbitrio formantur morte omnium naturae compositus, cum crimine meo natus sum. Nam siue caelestis providentia, siue irrationabilis casus, siue assignata siderum cursu nascentibus nobis necessitas multa uarietate pectora nostra distinxit, nec minus numerosas animorum quam corporum dedit formas. Sunt quorum mentes etiam nocentium supplicia confundant, qui ad omnium sanguinem palleant, ignotorum quoque miseris illachryment. Sunt contra qui ne suorum quidem miserentur. Mihi mite pectus, & mollis affectus ad omnem calamitatum conspectum tremis. Noli me aestimare mea fortuna pater, non habeo gladiatoris animi. Utinam quidem mihi causa permitteret sic gloriari, iuuenis conceptus splendidis parentibus, cum solum tam speciosa fortunae crederem fructum posse prodesse, & contra uarios mortalium casus quasi portum benignitatis aperire, concupiui quandam humanitatis ciuicam gloriam, perituru hominem, siue ille naufragio eiectus, seu spoliatus incendio, siue exutus latrocinio erat, naturae patriaeque restitui. Paria tecum facio R. P. quae propter unum ciuem perdideras. Haec me magis decet impensa, quam uestis, quam argentum, quam ubi laus emis, ubi pecunia melius poni potest, quam ubi foenus bonitatis extenditur. Magna conscientia est felicitate meruisse. Ignotus sane sit & alienus, quid fuerit ante non quaero, post haec erit amicus. Et hercle quo quisque plus potest, quoque latius patet ad fortunam incursum, hoc magis cogitare debet atque respicere, quantum in nos fortunae regnum sit, quam instabili sede humana consistant. Non me aurata laquearia, nec radiantes marmore columnae, nec graues crustae fecerint immemorae fragilitatis, multa saepe & locupletibus accidunt, saepe in imum summa decidunt. Ego uidi pauperem auxilia diuiti ferentem. Sed sane superbius aestimet miserias longa felicitas, & alienum casum facile despiciat securus sui, ego quoties auxilia calamitatis petere aliquem uideo, non possum non moueri fortuna mea. Succurrit mihi continuo tempus illud quo ipse clementiam optabam. Ignosce pater, si penitus animo meo hinc insedit affectus, amare misericordiam miser cepi: Sed inimicus, inquit, meus est. Nam quis nos tantopere laudaret pater, si hoc amico praestarem? Haec est celebranda uirtus, haec animi suspicienda moderatio, uincere iram, & inter simultates quoque metuisse hominis. Ut Fabio Maximo immortalae attulit laudem ereptus ex hostium manibus inimicus, ut Tib. Gracchum admirata ciuitas est. Scipione in carcerem duci prohibito, te quoque similis animi magnitudo memoriae dabit. Tuis enim opibus uiuit inimicus. Quicquid est istud quod senex inops ex nostra domo accipit, si non irascaris, tu praestitisti, tibi hoc pulchrum atque magnificum est. Nam ego si quid in patre seruatoris mei confero, non sum laudandus. Neque expeccaueris hoc loco pater, ut illa dicam, semper odiorum honestus occasus est, & dum simultates nihil aliud habent, quam nocendi cupiditate, speciosa in melius animi mutatio est, cum exempli honore, iunctaque ex hostili penae concursu in affinitate manus. Unde tantum misero boni ut inimicus sit? Aspice solum egentem senem omnibus praesidijs destitutum, nonne cotumeliam fortunae tuae facis, si hunc odisti, & adhuc putas tua interesse, ne uiuat? Nulla tibi

H

cōtingere maior ultio potest, quā si talis est, ut illius etiam nos misereamur. Magna me hercle iam de uetere anulo pœna superest, panē eripere mendico, & grauissima per se fortunā manu pondus imponere: Age si perisset, cadauer calcasset? Ferā mehercle generosiores iacentes transeunt, & reseruati hostes, restitutaq; urbes maiora causā exempla sint, quod scio uictis etiam gladiatores parcunt. Post orbitatem, post egestatem, quid amplius potest pati, nisi qd' optat. Vltior ne tibi aliqua ultio querenda est? aut aliquid rerū natura peius capit: Quis non te omnium mortalium inhumanissimū putet, si hoc aduersus inimicū tuum saltem optasti? Si mehercle inexpiabiles odiorum causā & compositis quoq; fabulis ulteriores inimicitia fuissent, ausim dicere, si propter illum liberos perdidisses, accipiendā tamē erat à fortuna talis satisfactio, certe ad uitandā insolentia opinio- nem, quæ ferē immeritā quoq; potentia carpit, ne uagaret per urbem inuidiosus mendicus, & calamitatis autori criminis causas uulgus egeret odiorū. Nescio quomō omnis pro laborante fauor est, nec ullam perpetuam gratiam seruat, nisi modesta uictoria. Nostra potissimū clementia sustineatur, ne illius alij misereantur. Facilis, ut animaduertere uos spero iudices, defensionis meæ cursus est, anteq; incipiam habere causam nimis bonam, hic iam cōscientia trepidat, & ratio uelut inter binos deprehensa scopulos, cū aliud obijciatur, aliud defendendū sit, hæret in dubio, cum beneficijs meis computare non audeo. Cognouistis expositionē causā, quanta quancq; excedentia fidem adolescentis optimi merita narrauerim, hæc mihi omnia sine dubio ille præstitit. Sed quid interest? debitor delicatus sum. Quid in hac parte defensionis agam iudices? Dicam, referre gratiam beneficijs uolui? Ita ne tandem aliquis mendicare amici patrem æquo animo uisurus fuit? At ille me redemit, cui nihil debui. Dicā me moueri supremis amici mei precibus? Egregia uero comparatio. At mihi ille præstitit, quod non rogauit, Vtrō me uertam? Tanquā honestum defendam factum, an tanquā necessarium? Alterum absolui facilius potest, alterum laudari rectissimum opinor, ueritatis interest. Audi pater, alimenta ista quæ donata egenti putas, quanti illi constant. Si accepto captiuitatis meæ nuncio nullis precibus adductus, nullis epistolis uocatus adolescens ad liberandum me uinculis piratarum profectus esset, quibus tamen meritis pensarem, cum id mihi præstitisset quod ego tantū à patre sperauit? Intrare maria præsertim tam recenti documento timenda, & latrones ultrō querere, & cū præter uicarias manus nihil esset, nauigare uoto captiuitatis, quis posset, alius quā qui paratus esset pro amico mori? Magnū hoc per se, ac seculo nostro uix credibile iudices, illud uero omni prædicatione maius, ad redimendum me profectus esse, cū mendicaturum patrem suum sciret. At quis sperare poterat futurū, ut sine periculo suo redimeretur, nihilominus amicus, cum haberem diuitem patrem. Sed noluit ipsum itineris apparatus, & ne qua periret redemptionis hora, præceps cucurrit. Proh fidem deūm hominumq; quemadmodum ad redemptionem amici festinat, etiam cuius pater lentus est. Terentium, quem inter ceteros captiuos secundo Punico bello Scipio Africanus uinculis exoluerat memoria tradidere maiores insigne receptæ libertatis pileo testantem, in triumpho ducis esse cōspectum. Et ille quidem maioris momenti accessio publicam senserat felicitatem, priuatim tamen debere se putauit uictoriae beneficium. Quid me facere conuenit, qui per maria latrocinijs infesta solus peritus sum, qui lucem, libertatem, deniq; quicquid patri debeo, non ignarus, ut primo natalis horæ tempore, sed uidens, sentiensq; acceperim, nec solum donatus his bonis, sed summis periculis liberatus sum? Nonne me ex amici fide natum, & tenacioribus beneficiorum uinculis fatear esse constrictum? Mi- serime, amice fidelissime ingratum me moriendo fecisti. Et quantulum est quod adhuc loquor de mea infelicitate, de piratis? Leuis est ista fortuna, hæc etiam nunc recepit mortem, solent expectare latrones redemptorem. In ludo sui, qua pœna nulla ulteriorem scelera nouerunt, cuius ad comparationem ergastulū leue est. Hoc si scisses pater, affirmo, promitto, cuius pietatis es, nemo te antecessisset. Illa certū habeo expectas ut dicam, morabar inter sacrilegos, incendiarios, & quæ gladiatoribus una laus est, homicidas inclusos turpiori custodia, & sordido cellarum situ, iamq; in eam ueneram fortunam, ut me uictū recipere non posses, uictorem nolles. Aderat hora supplicij mei, qua nusquam morandū iam

iam præbendus erat iugulus, & fundenda uita cum sanguine. Neque enim dabitare de euentu licet, exemplar fati mei uidi. Si me ab his imminentibus malis pecunia redemisset, beneficium tamen potius dicerem magis æstimandum esse quā pretium. Sed apud malignos interpretes posset uideri uel spem, secutus aliquam uenturi temporis, uel præsentis uoluptatem. Hoc admirabile, & uni tantum pietati referendum est, dedit beneficium quod nunquam reciperet, & cum amicū quem redimebat habiturus nō esset, nihil aliud emit quā honestam mortis conscientiam. Transtulit ergo in se fortunam meam, subijtq; non solum fortiter, sed etiam libenter id, quod mihi miserum putabat. Res dictu incredibilis, gladiator dimissus, redemptor occisus est. Recepit pectore aduerso ferrum, & quasi quam emittebat animam, in meum pectus transfunderet, & hoc uno tristis occiditur, quod amplius amicū uisurus non erat. Eant nunc antiquarū conditores fabularum poëtæ, & se ad exhortandam amicitia fidem magna quædam composuisse carminibus putent, si dixerint aliquos per maria, terrasq; asperiores fortunam amicorum tantum secutos, aut principem Græciæ uirum in ultionem interfecti amici inauspicata bella gessisse. Nam inter fratres quoq; illa maxime admirabilis, tamē alterna mors est. Vna fingitur coniunx, quæ iam perituri uitam mariti uicaria morte sua redemit, adijciturq; miraculo fabulæ, fecisse hoc eam quod non præstitisset pater. En indubitabile seculi decus, & licetis maius ut moreretur pro me amicus, suum reliquit patrem, meum uicit. Et sanè quid profuisset festinatio patris, etiam si ad redimendum me prior fortē uenisset? Hoc me pretio nemo alius redemisset. Neque uero plurimum fuit præstitisse mortem, namq; interis specioso titulo bene uita pensatur, illud uero existimo grauius, nomen gladiatoris accipere, subire dominū lanistam, Minus te amice laudarem, si uicisses. An ille animus rediret in cellulam, ferret saginam, ministram, personam deniq; sceleris? Mea depugnasti causa, tua peristi. Hæc tamen omnia ultima fortunæ nomina, ut mihi detraheret, induit sibi. Venit in arenam homo, nec sceleratus, nec infelix, & quando iudices hoc audistis? Bonitate sua gladiator factus est. Vtinā iudices hæc quæ illi speciosa sunt, tam honesta essent & mihi. Quoties ad infelicissimum respexi senem, cuius orbitate uiuo, cum confectum cladibus, & tantū pœnæ suæ residuum considero, uerum fatendum est, pudet me pretij mei, uideo senem meliore sui parte præsepultum, omnis etiam spei superstitem, orbem, destitutum. Illud tamen solatium est, quod nisi talem amicum habuisset, hæc de te dicerentur. Huic patri inuidiosa quædam, ut opinor, & quæ beneficij morte pensetur, criminosa liberalitas contigerit egenti. Alioqui duo egentes, & circa omnium uel ignotorum domos stipem rogabimus pariter. Si quis grandis natu parens est, miserebitur senis; si quis iuuenis filius, miserebitur adolescentis. Fortasse proderit mendicaturō mihi, quod ipse aliquando egentem pauperem alui. Accipe satisfactio- nem in quacuncq; parte rerum naturæ es amice charissime, non excidere mihi tua mandata, fortuna defecit, opes auferuntur. Quod unum mihi relictum est, en polliceor patri tuo uicarias manus. Quid uis porro faciam? Agrestia opera delicatior quod à fortuna nō didici, & quotidiani quæstus operis duobus egentibus non sufficit. miserum me, si exol- uere fidem uoluerō, fortasse mihi in ludum reuertendum est.

Argumentum Declamationis x.

Male tractationis sit actio. Quæ amissum filium nocte uidebat in somnis, indicauit marito. Ille adhibito mago incantauit sepulchrum. Mater desijt uidere filium. Accusat maritum male tractationis.

Pro uxore contra maritum.



V A M V I S Iudices inter eos qui liberorum mortibus destituti, cuncta uota & præparatas spes in senectutem ante se egerunt, id ferē acerbissimum certamen conflictationis oriatur, ut unusquisq; luctibus ac lachrymis suis credat accedere quandam dignitatem, si miserrimus esse uideatur, hæc tamen femina neq; noto, neq; publico genere miserabilis, non impudenter inter ceteras matres, quæ aut unicos, aut iuuenes pios filios perdiderunt, eminere & oc-

cupare quendam mœrentium principatū differentia nouæ calamitatis affectat, quæ sola omnium supra fidem infelix in uno filio iam alteram patitur orbitatem. Priorem quidem illam ut communem ceteris, & fato accidentem, fortius utcunq; tolerabat. Nam & de filio nihil aliud perdidit misera nisi dies, nec iam timebat ne ille quo fruebatur, mori posset. Planctibus lachrymisq; penè improbe dixerim, parcius utebatur, nec sibi permittebat dolor lugere uenientem. Nunc destituta solatio, persuasione fraudata est, dum non putabat perisse quem poterat uidere, eripuit ingrata filio alterum titulum. Miser ille nisi teneretur, iam ad patrem ueniret. Tantum misera petit, ne minus perdidisse uideatur, quam ipsa desiderat. Non inani persuasione, nec cogitationibus ficta lugentis umbra ueniebat, nec agitabat incertos leuis imago somnos, ac ne confusi quidem tristi cinere uultus, & infernum fauilla caput noctibus suis obibat, sed filius erat qualis aliquando & iuuenis, & pulcher habitus, nec aspici tantum uideriq; contentus, uerum si quid desiderio creditis miseræ, quæ sola uidit, amplexus & oscula dabat, & tota nocte uiuebat. Multum perdidit mater si contingebat hoc illi, non minus si uidebatur. Nunc tenebras inanes, & longas oculis flentibus noctes, iuxta somnum mariti peruigil, & tantum deserta metitur. Non desiderio fictus, aut fucatus habitus, nec ut somniorū uanitate cōspicitur, sed experta nō totum mori hominem, illud quod nec flammis urit, nec cineribus extinguitur, nec urnis sepulchrisq; satis premitur, expectat. Nunc ista carcere obseratam animā & repugnantē magico iuuenē cogitat ferro. Infelicissima omnium mater plus aliquid esse quam umbram filii putat, postquā potuit includi, nec sua tantummodo pœna, propriisq; supplicio deserta consumitur rescissa orbitate, uel magis cruciatur, quod non licet filio uenire cupienti. Nunc barbaro carmine grauem terram totis noctibus pulsat, & impositum sibi sepulchrum quod non possit euoluere, quæ solebat ipsos discutere inferos, umbra miratur. Miser quem non tantum uerba clauerunt (nam forsitan per illa pertransisset) sed uincula ferrea, solidiq; nexus ad mortem reduxerunt. Quomodo teneatur infelix, qui ne propter hoc quidem uenit, ut queratur? Misereor fœminæ, cuius inuidiæ totum facinus adscribitur. Maritus sic filium inclusit, tanquam se inquietari mater ista quereretur. Igitur iudices nemo miretur, si ad tam crudelem, ad tam immitem patrem umbra non uenit. Sciebat ubi lachrymas, ubi posset inuenire singultus, à quo magis desideraretur. Nanq; isti ferreum pectus, & dura præcordia, nec sunt de orbitate sensus. Quid em̄ inhumanius patre, quid inueniri truculentius potest? Inuidit matri ne filio frueretur, nec hoc ideo fecit, quia uidere ipse malebat, ne uiuentem quidem adhuc & incolumem tam blanda, tamq; debita pietate prosequeretur, ut defuncto seruaturus affectum etiam sepulti pater uideretur. Tanto magis effusa mater, & suis ac paternis uicibus occurrens, hæc pallidior ad metus, ad uota pronior, non diebus secura, non noctibus. Et ille miser intelligebat utri promptior ex parentibus, & faciliior esset affectus. Itaque ab huius osculis, ab huius fœminæ ceruice pendeat. Et quia longum est officia præterita debita pietatis agitare, illo ipso languore quo filius caducum illud & fragile corpus amisit, quam perditæ mulier & usq; in exemplum, modo super ora pallentis infelices lacerebat oculos, nunc siccata frustra ubera querebatur, nunc superstitem cædebat uterū. Notabat hæc ille deficiens, mandabatq; morti suæ cui periret. Vbi sunt qui citò iubent stare lachrymas, quibus non placet longum agere mœrorem? Retulit umbra gratiam matri. Scio & intelligo, cum inter gementes cadauer iacet medium, & cum omnes uidetur remississe curas, tunc sentit & intelligit, & inter suos iudicat. Moneo te orbitas, moneo effusus fleas, effusus efferas, nunquam perisse credas. Filij sui umbra cui nō apparet, irascitur. Iam gelidi piger corporis sanguis omnes in mortem strinxerat uenas, & nutantium fulgor extremus uanescebat oculorum, & iam desperantibus medicis crediderat pater, adhuc tamen sperare mater uidebatur, & quamcunq; corporis partem oculis misera tepesecerat, illi uitæ calorem redisse clamabat, oderat ignes, oderat rogos, reponi corpus & seruari membra cupiebat. Et nunc infelicem magis matrē pœnitent quod sepultus est, qui poterat reuerti. Scitis ipsi quo exequiarum die labore extracta sit, quandiu filium tenuerit allambentibus flammis. Vnde em̄ speraret ut postea uidere contingeret, ut extra orbitatem

orbitatem haberet oculos? Iam magum misera querebat, ut umbra reuocaret. Reliqua mater infelix, tu ad iudices referre debebas, & nisi orbitate, nisi lachrymis uox mutaretur in gemitus, noctes tuas quanto melius tuo ore lugeres. Ego utcunq; potero pereram, satiare misera, satiare saltem memoria diei illius, quo exequias unici duximus. Iam planctus, inquit, lachrymasq; consumpseram, & tenebras ueluti perpetuas uenire gaudebam, iam fatigata propinquoꝝ officia defecerant, iam plangorem familiæ altus sopor uicerat. Rogo ne quis tam contumeliosus sit in matrem, ut per quietem contigisse filium dicat. Vnde misera tunc, unde somnus? Nihil dete marite, nihil queror. Satis magnas dedisses pœnas, si totis noctibus mecum flere uoluisses. Vidisses utiq; nō quemadmodum tenues rerum imagines solent cogitationibus accipere corpus, cum uanæ absenti animo cogitationes finguntur, sed ipsum filium, qualis blandissimus erat, & si dimittatur uidebo. Subito ante me deductis constitit tenebris, nō ille pallens, nec acerbo languore consumptus, nec qualis super rogos uidebatur & flammis, sed uiridis, & sanè pulcher habitus. Nescio ubi totam reliquerat mortem, non igne torridæ comæ, nec fauilla funebri nigra facies, nec uix bene cinere composito umbræ recentis igneus squalor. Proclamaret mater infelix etiam istalem uidere desisset. Primo tantum stetit, & se permisit agnosci. Ego tunc plurimum stupui, non ausa oscula dare, non iungere amplexus, infelix primam perdidit noctem, dum timeo ne fugeret. Hanc tu marite persuasionem putas, & uanum animi mei lugentis errorem? Quicquid est in filio, plus apud matrē sit cum desinit. Vis deniq; scire quid uxori tuæ detraxeris? ex defuncto filio non habet aliud quod speret. Iam nox altera aderat, & primis statim tenebris præsto filius erat, non ille ut pridie procul, & tantum uidendus, sed audacius & propius, & ad matris manus tanquā corpus accedens. Nec iam nisi cum luce certa, fugatisq; sideribus, inuitus ille uanescebat ex oculis, multum resistens, sæpe respiciens, & qui se promitteret etiam proxima nocte uenturū. Iam mœrori locus non erat, mulier filium nocte uidebat, die sperabat. Quid attinet singula referre? Nullis, inquit, destituta sum tenebris, donec scelerata tacui. Satiabar osculis, satiabar amplexibus, & colloquebar, & audiebam. Misera plus perdidit, si nemo credit. Iam cœperam tuam quoq; marite crudelis agere causam, rogabamq; iuuenem ut paternis oculis quoq; lætus occurreret, & tibi ingrate dimidia nocte cedebam. Iam miser & ille pollicebatur, hæc me fiducia perdidit, ut confiterer. Rogo quid tam muliebri, quid tam maternum fieri potest? Gaude, inquit, marite gaude, filium fortasse nocte proxima uidebis, illum quem crudelibus flammis exulisti, ex quo cineres & ossa supersunt, iuuenem uidebis, & fortè etiam die speres. Ego certe totis noctibus mater sum, uideo, fruor, iam & narro. Exitum paterni affectus quaritis? Filium uidere timuit. Sic magum protinus nescia matre, cuius horrido murmure, imperiosisq; uerbis dii superi manesq; torquentur, excogitator iste mortis alterius aduocat, non ut exorati manes diducerentur, nec ut euocata nocturnis ululatus undecunq; umbra properaret, sed tanquam parum sepulchra premerent, & tumulorum leue pondus esset, filius, inquit, meus non satis periit, adhuc fulgore siderū fruitur & nocte nostra. Nam cum dies occidit, imponit morti suæ finem, domum repetit, & maternos territat somnos. Inueni aliqua, inueni uincula uerborū, sed arte tota, sed labore toto. Magna tua gloria est, si retines filium, qui redit etiam à morte ad matrem. Noxium sepulchro circumdatur cæcumen. Tunc horrentibus uerbis urna præclauditur, tunc primum miser filius mors & umbra sit. Ite nunc, & putate uana fuisse matris solatia. Filium ista si cogitationibus & inani persuasionem uidisset, adhuc uideret. At quæ supplicia sustinuit infelix illa statim nocte? Iam totam domum ac familiam quies prima sopiuerat, & tacentibus tenebris uenerat tempus dulcissimum matri, iacebat hæc insonnis, inquieta, cum diceret: iam statim apparebit, iam statim ueniet, nunquā tamen tardius uenit. Miseram me, fili proxima nocte iam ueneras. Ecce iam medios sidera tenent cursus, indignor, irascor, ita demum mihi satisfacies, si apud patrem fuisti. Miseram me, iam maligna mundus luce clarescit. Quando uenies? iam redire debebas. At postquam alteram, tertiamq; noctem deserta uanis questibus duxit, tum tristiora lugubria, tum squalidæ magis placuere uestes, tum repetitis sanguinauere planctibus iam conuale-

scentes lacerti. Nihil est infelicius matre, quæ perdidit aliquid in filio postquam extulit. Cum uero comperit noctes suas iuuentis necessitatibus magicis excantato perille ferro, quantum illa præfixum clausumque tumulum nudis cecidit uberibus, quo sletu sepulchra perfudit, quo gemitu audientem forsitan, & exire cupientem frustra uocauit animam. O natura crudelis, plus magum posse quam matrem? Vbi sunt qui acerbis mortium necessitates, & ferrea iura factorum, & inuictas, nec ullo mœrore mutabiles inanium leges querebantur umbrarum? Filium tuum mulier infelix non impositæ inferis clusere terræ, nec spissa perpetuæ noctis caligo compescuit, non fabulosa uatibus palus, multumque celebrati curuato igne torrentes, hæc permeabat, hæc omnia nocte transibat, leuioremque mortem suam fecerat, quam si peregrinaretur & abesset. Et nunc minus mali pateretur, si non sentiret. Ille qui non uenit, in quendam carcerem translatus à tumulo, patitur ueneficia uitæ. Magnæ sunt ergo umbrarum catenæ, & quanquam uolatilem, uagamque imaginem, morti stringunt, atque alligant tanquam reum corpus animam. Ferro uero ac lapidibus arctare, & ut solent bellicæ robur accipere portæ, ipsam umbram iam catenis alligare, iam claustris, non dico crudele est, portentosum, nefarium utique si hæc faciat qui sensurum filium credat. Et nunc illos miserima mater in corpus putat, & in membra descendisse mucrones. O mage sæue, crudelis, ò in lachrymas artifex nostras, uellem non dedisses tam magnum experimentum. Irascimur tibi, & blandiri necesse est. Dum cludis umbram, intelligimus solum te esse qui possis euocare. Videtur itaque mulier infelix à dignitatis dolore secedere, quod tam uxorias in fortis querelas, & tanquam delicata matronæ desideria pertulerit. Non enim uestes, nec aurum, nec ambitiosos querit ornatus, contenta est orbitas sordibus suis. Ac ne pellicis quidem dolore compellitur, nec tacita gaudia mariti, impatientia & muliebri uanitate complorat. Sed nec relicta torum delertumque genialem uelut contempta uilitas uxoris ulciscitur, alia longe, alia de noctibus cura est. Ne timueris, quæcunque dignitas est magni doloris, nihil queritur misera, nisi par orbitati, nisi matre dignum, quod publicos consumat oculos, quod ignotas quoque exigit lachrymas. Quantam enim à marito acceperit iniuriam scire uultis? Sola mater filium perdidit, nec potest inuidiam facere morti. Ante itaque quam sciatis iudices quis dolor, quis ue mœror, quæ tanta impatientia eruperit, ut mulier aliquando dulcium oblita tenebrarum, clarum nitorem publicæ lucis, & diem etiam domi inuisum, in foro, interque leges notabilis, & sepulchris abstracta pateretur. Certum profecto habetis non audaciam, neque impudentiam, nec uanitatem unquam querelas habuisse miserorum. Quam uerum est quicquid exclamat calamitas, nec ab infelicibus ficti temere exeunt gemitus. Mulier quæ sanguinantes ad iudices porrigit lacertos, quæ scisso laniatoque uultu, quæ liuidis profertur uberibus, magno dolore cogitur, ut hoc potius agat, quam cineres osculetur, quam complectatur urnam. Grauis testis querelæ suæ orbitas est. Et antequam ad genus illatæ inique iniuriæ uenio, cur marite, quæ ex te filium perdidit, quicquam potest queri? Crudelis orbitatem feris adhuc alio dolore, tanquam parum desideria conficiant, quæ de unico gerit, non pateris animam uacare lachrymis suis tu, qui sinum debes, qui colloquia & amplexus, quam misera est quæ queritur, & de solatio suo non coniugis desiderijs large indulget, nihil asperere, nihil contra uoluntatem. Habet priuilegium suum mater infelix, molles manus, & mitia fomenta magnis uulneribus admoueat. Quæ se adhuc secari plaga permittit in summo est. Viri forsitan quo modo fortior sexus sit, & contra dolorem quam imbecillis animus magis pugnat. Itaque totum istud lugere fœmineum est, & simul orbitas imbelle peccatum inuadit, animus ille qui luctus suos sequitur, incipit indulgentiam sentire lachrymarum. Fidem tuam marite, coniugi flere liceat, satiari gemitu, orbitati permittite quando uelit flere. Odi patrem qui cum filium & ipse perdidit, putat nimis lugere matrem. Quid ergo queritur, inquit? Hoc primum, filium non quomodo debes scelerate desideras. Magno animo orbus es, loqueris fuisse mortalem, & interpretaris nihil suuere post flammam. Flet iuxta latus & plangit uxor, tu siccos oculos habes. Illa totis noctibus funebres exercet ululatus, tu graues somnos, ac placidam quietem. Pater crudelis

ter crudelis, pater immemor, quid uis tibi amplius obijciamus? Ex quo perdidisti filium, nunquam sic desiderasti, ut uideres. Quid quod eripuiti matri solatium, puta uanum & superuacuum? Nolo iudices, nolo corripas, scires quantum esset hoc si tantumdem doleres. Res indignior non est quam quod tibi de eo postulas credi, quod non uidisti. Indulge sanè uana rei, ignosce, libenter se orbitas decipit. Magnas calamitates uana ratio sustentat, quod indulgent mala persuasionibus suis. Quicquid ad miseros pertinet, crudelius eripitur, quo minus est. Clamat itaque, clamat mater infelix, si mihi aliquam imaginem filij mei uel paruuli, uel iam adulti, uel nouissimam iuuenis auferres, iniicerem tamen misera tanquam corpori manū, illam similitudinem flens tenerem, illos oculos, illam gratissimam faciem, & ritus oris expressos & adumbratos artificis manu uultus. Sed illud perdidit, unde imago, unde similitudo, unde solatium. Fili plus hodie amisit, quam cum elatus es. Post mortem te tuam uidi. Si mehercle notas in corpore unice uestes subtrahere tentares, diceret: succurre solatio meo. Hæc omnia apud me filij mei membra sunt, ego osculabor, amplectar, flebo supra. Non est ratio fortasse. Ideo quicquid rationem uicis, affectus est. Nihil est sceleratius prudenti orbitate. Leuia, inquit, leuia loquor. Ego filium meum uidebam. Quamnam istum fortuna, quæ indulserat conditio naturæ? Non excluderat orbitas oculos tuos. Eras iam cōsecuta mater, ut iuuenem die absentem putares. Maximam perdidit mors acerbiter, si possis uidere quem amiseris. Videre ergo tibi contingebat ò mulier uultū, habitum, corpus, incessum. Non crederem nisi te perdidisse sentires. Tempora ergo cum morte diuiseras, & superstiti filio fruebaris omnibus tenebris. Quantum perdidit hinc æstima, hoc tibi si non cōtigisset, non eras tam improba ut optares. Aliquis, ò pietas, sepultus & conditus, cæteri corporis cinis & fauilla, tamen corpus sumebat in nocte, & ad solita uiuētis membra reuocatus præbebat se matris oculis, quam lem non crederes recessurum. Nec queri de luce poteramus, quantum licebat aderat. Videbas ergo mulier, ac præsentia fruebaris: Videbam, inquit, & fruebar. Et ad quæ pertinebat, rogo, etiam si decipiebar? Sed quid ego utor testimonio tuo? Mago credo, & uidisse te filium, & nunc non uidere. At tu misera nihil crudelius ex marito timebas, quam ne tibi non crederet: Nemo, inquit, oculis meis fidem detrahat. Fili indulgentissime adulescens uidi te, nec semel uidi. Certū est, fixum est, eripi non potest. Quatenus impius pater & hoc tibi auferre conatur, ut te uenisse non credam? Nec illud garrula, nec uana uoce uulgauit, uenire te nulli indicauit, nisi qui deberet optare ut hoc posses. Patri tantum tuo patri. Ignosce deceptæ, confessa sum, dum interrogo an te & ille uidisset. Itaque das mulier infelix graues nimiumque pœnas, effecit magus ne filium uideres, & solum apud te reliquit, ut meminisses quod uidebas. Totum tamen illud solatium tuum refer misera, si potes, & primum cōfiteri simpliciter, an soporis pondus illud, & nesciæ quietis uanitas fuerit. Apud me quidem satis misera, satis eras mater infelix, etiam si tale somnium perdidisses. Miserere, inquit, melius de affectibus meis sentias. Non ego fatigata planctibus sensi uenisse noctem, uidere filium peruigiles meruisti oculi, sed primum dum metuo, umbra processit, subito, dii boni, quod ego gaudium, quam uidi felicitatem, cōstitit ante me filius meus discussis tenebris, ita dimittatur aliquando. Prosilui protinus, & accessi, uultus, comas, ora perspexi, meus erat. Quam lætum se, quam hilarem offerebat, quomodo persuadebat mihi ne crederem morti. Scelerate nescis pater, quam simile uiuenti filium cluseris. Circumibant totū corpus oculi, non inueniebam quid ignis egisset. Subinde dicebam; hunc ego extuli, hunc rogo imposui, ex hoc ego cineres & ossa collegi? Si talis est, quid habeo quod lugeam? Perisse filium meū hoc uno intelligebam, quod illū non poteram & patri ostendere. Cōfitebor, primæ tamen nec ego credidi nocti, & tanquam uictis irascebar oculis, & erubescere misera, si quies fuisset. Ecce iterū iuuenis, ecce iam quotidie uenit. Quid habeo quod interpreter? Verū est utique, quod semper est. Nouissima non tanquam umbra ueniebat, sed affidebat, sed amplexus dabat. Ego sentiebam, & recipiebam. Quotiescunque domus fuerat grato sopore prostrata, aderat ille, quales humanis se offerunt oculis propitij dii, quale lætissimū numē est cum se patitur uideri. Sicut omnis religio templorum, omnis religio locorum, cum tacuere mortalia, & profani procul erant

rauerē sedibus totis, solitudine frui, & de suis dicitur exire simulacris, ita iuuenis meus noctibus totis agebat filium, & paterna domo, ac penatibus suis fruebatur placidus & mitis, & matri propitius, ut numen & deus delabi sideribus, & uenire de liquido puroque aere uidebat. Quid imprecer sceleratissimo patri? umbram probare uoluit. Misere mihi iudices, ut hoc facinus quibus debetis, accipiatis animis, maius paricidio, maius quam si filij sepulchrum funditus eruisset, & sacratos morte lapides, etiam cineres & ossa religiose quiescentia fracta sparsisset urna. Aduocatur homo, cuius ars est ire contra naturam. Qui simul ore squalido barbarum murmur intonuit, fallere superos, audire inferos, tremere terras, ut experimentis loquentium fama est, consistit iuxta tumulum miserissimi iuuenis mors certior. Nunc, opinor, inquit, arcana mea tenebrae adiuuate me digna, nunc omne per unum numen, & religio, quam isti irrogo, propius adeste, succurrite. Magis mihi laborandum est, quam cum sidera mundo reuelluntur, cum iubentur hyberni fluuioꝝ statera decursus, cum potentiore carminis ueneno uicti rumpuntur in mea strumenta serpentes. Custodiendus est iuuenis, assignandus est inferis, & densioribus transfuga claudendus est tenebris. Quanto facilius opus erat si reuocaretur? Mox in ipsam dicitur incubuisse pronus urnam, & inter ossa, & inter cineres uerba cluisse. Hoc tamē subinde respiciens cōfitebatur, repugnabat umbra. Itaque carminibus nō satis credo, praefigamus omne tumuli latus, & multo uinciamus saxa ferro. Iam bene habet, expirauit aliquando, non uideri, non progredi potest. An mentiar scies proxima nocte. Omnes mehercle parentes utique qui liberos perdiderunt, ire in istos oculos, in ista ora debebant. Tu sic filium tuum eluisti, tanquam nocentes ad inferos reuocari soleant animae, quae inter languentium familiam, & tristes penatium morbos uagae errantesque magica sanitate captantur? Laqueone uitam damnatus eliserat? Noxium per sua uiscera exegerat ferrum? An ex cōscientia uenena praesumpserat, nec recipiebat se, nisi carmine inclusus? Quando domum tuam funereus & squalidus, quando te terruit? Crudelissime omnium pater, de filio tuo malam uerbam fecisti. Quas nunc putas uxoris miserimae esse cogitationes? qua materna uiscera persuasione torqueri? Nunc filius meus illic unde uenire consueuerat, iacet strictus, alligatus impatiens. Querit subito terram grauiorem, utique cum sentit uenisse noctem, quando umbrae feliciores dimittuntur ad matres. At uero si qua inter manes colloquia sunt, & esse credo, non deest qui iuueni meo dicat: Quam uillis tuis fuisti, quam libenter te perdidderunt. Quid illa mater, ad quam ire consueueras? has tibi catenas, haec uincula pro merito reddidit? Ita infelicissima omnium mulier, & si magus etiam recedat, hoc periclitatur, ne filius se putet uenisse ad inuitam. Agit iam hoc loco nobiscum maritus grauius, altius, sapientius, ut homo sine dolore. Negat ullos esse manes, contendit omnia perire cum corpore, nec remeare uiuentes a cinere sensus, nec tam uideri imagines hominum, quam cogitari, & oculos luctibus credere. Quod si ita est, magum ad quid aduocauit? Pessime parentum, qui liberos suos sepeliunt flere contenti, ut obiter ab rogo siccis oculis reuertantur, negat ad manes, negat ad umbras peruenire quod plangas, affirmat perire lachrymas, affirmat perire singultus. O sceleratum hominem, quisquis luget, & timet ne hoc perdat. Vana ergo sapientes persuasionem frustrati, qui constare homines & perfici corporis alimentis animaeque dixerunt, corpus caducum, fragile, terrenum, ut sicca humidis, calida frigidis, resolutis astricta pugnarēt, partim aut doloribus affici, aut nouissimis annis, aut senectute dissolui. Animam uero flammæ uigoris impetum, perennitatemque non ex nostro igne sumentem, sed quod sidera uolant, & quod sacri torquentur axes, inde uenire, unde rerum omnium autorem parentemque spiritum ducimus, nec interire, nec solui, nec ullo mortalitatis affici fato, sed quoties humani pectoris carcerem effregerit, & exonerata membris mortalibus leui se igne lustrauerit, petere sedes in astra, donec in alia fata seculo pugnante transmigret, deinde prioris corporis meminisse, inde euocatos prodire manes, inde corpus & uultus & quicquid uidemus accipere, occurrere suis imagines charas, aliquando & oracula fieri, & nocturnis admonere praecipis, sentire quas mittamus inferias, & honorem percipere tumulorum. Rogo cum filius perit, nonne satius est hoc credere? Tuam tamen, inquit, hoc quieti praestiti, ne attonitis agitata terroribus, sollicitas semper

semper ageres, suspensasque duceres noctes. Ita paricida comune facinus fecisti, & imputas quod filium uidere desimus? Somnum enim ante petebamus, & placidum soporem, crudelis, nunc inquieta, nunc attonita mater est, nunc perdidimus noctes. Umbrae ne tu filij rem formi dolosam, re plena putasti esse terroris? Quid illa laetius facies? quod illo blandius uultus? quid magis adulatur oculis? quid possunt uidere libentius lachrymae? Non magis metuenda est umbra filij, quam cadauer. Necessse est ut mors horrida fiat aliena. Sed alia forsitan animam imagines territant, & tunc inferi uocantur, cum ignoti sunt, itaque prudenter si tantum ad suos ueniunt. Sceleratus ille, ille impius, quicumque defunctum filium uidit, & meminit quod elatus est. Terrebaris, inquit, & sollicitis noctibus laborabas. Ita ne es marite crudelis? Tu cluissies filium etiam si ad te ueniret? Nec magus, inquit, in clusit umbram, sed persuasioni tuae succurrit, ideoque putas non uenire illum, quia nec ante ueniebat, quia nec factum est aliquid in quo auocareris. Hoc ipso incipit mater sibi gratulari. Ita non tenetur, inquit, ille, non premitur, nullo carmine, nullo inclusus est ferro. Remouete ergo omnia & interrogabo. Ego autem scelerata tam cito credidi, ita non ille ad me ueniret solutus & liber? non ad hos oculos, non ad hos properaret amplexus? Quando enim me iuuenis ipse nisi flentem, quando non liuidum pectus & sanguinantes uidit lacertos? quando non crubuit matri fecisse terrorem? Arte cluditur miser, arte retinetur. Quid uis carmina amplius tibi praestent? Effecerunt quod repromiserant. Desinis erubescere iam quod filium non uides? At tu cuius in leges diu superi manesque torquentur, qui nocturno terribilis ululatu profundum specus, & ima terrarum moues, modo seruientium reuocator animarum, nunc idem crudelis & inexorabilis custos, aliquando preces & matris admitte. Paciscere quantumlibet, totos lugentis posse census, non ut labores, nec ut horridum carnem exerccas, sed ut ferrum tuum refugas, ut uerba tua resoluas, ut nihil feceris, dimitte tantum, & uocasti. Nihil ipse crudeliter, patri scio paruisti, sed & huius etiam lachrymis, planctibus huius indulge, consule famam tuam. Execrabile te magis facies, & inuisum, si facilius de filio exoraris ut includas. Nec tu marite, nec tu timueris, ne ultricis umbrae uanis exagitere, terroribus ullis, imaginibus, huic secura dabit quies, scit ad quam debeat uenire dimissus. Iuuenis piissime, iuuenis indulgentissime, nunquam matri tuae umbra, nec manes, si modo ueneficum pondus, & terroribus omnibus uerba grauiora mago patiente discusseris, ad me, inquit mater infelix, ad meas noctes, ad meas lachrymas, ad illos uiuentes mihi semper amplexus, miserere, propera. Scio quod mihi nocuerit, scio quod me torserit, Fruar, et tacebo.

Argumentum Declamationis XI.

Pauper & diues inimici, utriusque terni liberi. Bellum incidit ciuitati. Diues dux creatus, profectus est in castra. Rumor ortus est ab eo prodi remp. Processit pauper in concionem, & accusauit diuitem proditoris. Absente eo populus lapidibus liberos eius occidit. Reuersus diues est uictor a bello. Petit ad supplicium filios pauperis. Pater se offert. Contradicit diues. Erant enim leges, ut proditor morte puniretur, & calamitator idem pateretur quod reus, si conuictus esset.

Pro diuite contra pauperem.

EXPECTAVERAM quidem ut de inimici mei supplicio non quaereretur, nec me decipi posse credideram in ultione, quam mihi debeat ciuitas tam liberi doloris. Sed quatenus est malorum nouitate perireni, ut in uindicta primum mei consulere leges ac iura uelletis, quaeso ne quis prodesse pauperi uelit, quod ne defendi potest sine genere poenae. Plus meretur pati homo qui (si ipsi creditis) debet occidi. Hoc est quinimo iudices, quod super omnes calamitates meas ferre non possum, uidetur sibi satis uixisse pauper, postquam occidit liberos meos. Operapretium putat coram impatientia mea felicem consummare patrem, & gaudiorum suorum satietati hoc quoque adijcit, ut orbitatem meam liberis suis relinquat. Fidem uestram iudices, ne pereat quod ultioni meae contingit, bonus pater. Actum erat de solatijs meis, si liberos suos pauper mallet occidi. Illud plane iudices etiam in hac pauperis impudentia miror, liberos meos pudore deceptae ciuitatis occidit, deinde me crudelē uocat. Paruos suos ostendit, allegat, tanquam non ego potius querar hoc de quoquam patre fieri, nec intelligit quantum debeat ad impatientiam nostri doloris accedere, si passus sum quod & in

ultione miserum est. Facinus est iudices quenquam calamitatum suarum inuidiam pati, sic ultionem meam debetis aspicere, tanquam & liberos suos pauper occiderit. Nec me fallit iudices plerisque credere, calidissimum pauperem nec mori uelle, & hoc quod nudat iugulū, pectus opponit, artes esse pro uita. Sed ego illum non credo mentiri, ego qui scio quid maluissem. Nunquam hoc aduersus nos excogitasset, nisi impatientissimus pater, et hanc poenae meae suppliciorumque nouitatem de sua pietate commentus est. Nihil magis de inimico efficere uelis, quam quod ipse ferre non possis. Habet hoc mali iudices principum innocentia, quod inimicos esse nobis, nisi postquam nocuerint, nescimus, & tunc omnibus patemus insidijs, quoties nos odit inferior. Homo qui omnem aduersus superiora rabiem de sui uilitate sumebat, qui genus libertatis putabat odisse maiores, nulli charitati, nullis implicitus affectibus, quod humilis, quod esset abiectus, in furorē se magnae colluctationis exercuit. Primus se mecum dixit inimicum, O dii deaque cuius ego monstri artes pertulit? in cuius feritatis colluctatione durauit? Inimicum habui, neque occidere contentum, & mori paratum. Gratias ago ciuitati, quod in illis necessitatibus, in quibus nihil adulationi, nihil praestabatis obsequijs, laudatus sum testimonio periculorū. Bellum mihi fatumque publicae sollicitudinis credidistis. Sed neque ego rem melioris ducis facere potui, quam quod sine liberis meis profectus sum, non reliquisset illos dux proditorum. Non puto iudices adhuc quari unde illae falsarū sollicitudinū fabulae repente proruperint, quis primus trepidae ciuitatis aures rumore compleuerit, cum uideatis quis sic egerit, ut crederetis. Vidit hanc inter metus uestros occasionem: & quia semper apud sollicitos in deteriori prona persuasio est, abusus est hoc quod poterat uideri timere uobiscū. Igitur homo qui nullum consciū mecum, nullū mihi crimen obiecit, de mendacij magnitudine fidem ueritatis captauit. Ciuitas deinde cui accusator proditor se esse persuaserat, fecit quicquid hic de me facere potuit. Liberos meos quos inimicus tota sua concione monstrauerat, occidit genere quo pereunt innocentes. Feretis me iudices liberius aliqua dicentem? Rem pessimi exempli passus eram, etiamsi prodidisset. Scio uos iudices hoc loco mirari innocentiam meam. Ut primum enim mihi calamitates meas nuncijs in castra pertulit, non arma proieci, non stationes uallumque deserui, totam orbitatem meam in bella conuertit, tanquam liberos meos ibi perdidisset. Si unquam iudices in me habuissent profanae cogitationes locum, si patriam odisse uel pro liberis meis possem, proditorē me feceratis. Necessesse est iudices hoc primum reuersus exclamem, ita pauper etiam nunc liberos habet? Adhuc inimici mei plena domus est: O miserae cogitationes, o decepta solatia. Sic ego reuerterbar quasi uindicatus? Quas ego legionum uestrarū indignationes, quem fortissimi exercitus compefeci dolorem, dum omnibus promitto liberos suos, dum minus pro uindicta mea puto, quicquid ipse fecissem? Congerantur iam licet aduersus omnium mortaliū nocentissimum cuncta supplicia, ego tamen maximum ultionis meae solatiū perdididi, quod pauperi uos potius debueratis irasci. Quoniam igitur adhuc cum paupere legibus ac iure consisto, liberos eius in supplicium patris peto. Quid satis imprecor homini, qui fecit ut quisquam deberet sic uindicari? Calumniator, inquit, idem patitur. Permittunt mihi iudices calamitates meae queri de hac lege, tanquam parum nobis in ultione prospexerit, contra nos inuentus est uindictae modus, quo non debeamus esse contenti. Quisquam ne mortaliū idem uocat facinus & poenam? Tantūne doloris uenire de supplicijs, quantum de calamitatibus putat? Nescit profecto, nescit quantum patientiam paret morori, quantum animo membrisque rigoris inducat, quod patiaris agnoscere. Innocentia opus est, ut miserū faciat dolor. Constet licet utrinque mortuū numerus, totidem nobis ultio cadauera assignet, plus tamen est de innocentibus. Et quicquid patiuntur deprehensi, licet solatio idem sit, aequitate minus est, ut idem sit supplicium nocentis & facinus, una ratione efficias ut illud ferre non possit. Frustra aestimatis quam crudele, quam saeuū sit quod petimus, in quantum excesserint usitata genera poenarū. Explicata est iudices, explicata legis inuidia, cum quis quod patitur & fecit. Quid quod hoc solum est poenae genus in quo non debeat nocens nisi de se queri, & tanto minus debeat esse miserabilis, quanto maior est quod patitur inuidia? Quid aequius excogitari, quid iustius potest? Grassatus aliquis est ferro, praebat

beat & ipse ceruices. Misceat noxium uirus, refundatur in suū facinus autorem. Oculos rapuit, effodit, reddat de sua caecitate solatiū. In nullo mortalium perferre possum sceleris sui impatientiam. Breuissima est iustitia uindictae, cum facinus mensura poenae est. Et si naturā ultionis inspicias, optime uindicatur quisque, quomodo miser est. Fidem uestram iudices, ne ideo tantum putetis iustum quod exigit reus, quia ego recuso. Non ferretis me pauperis mortem petentem, si liberos suos obtulisset. Ex omnibus tamen quicumque incognita, inaudita passi sunt, nullos hac lege magis uindicandos puto, quam quorum liberos aliquis occidit. Quid mihi pro hoc redditis leges? ubi respiro, ubi claudio gemitus, unde sumo solatiū? Bene, bene admones dolor, illos illos liceat inuadere, qui nunc magis amantur, quos orbitas nostra commendat. Sic quoque circumscribimur, nisi totidem sunt, nisi illis par est ac similis aetas, & ante omnia optimus pater. Deceperas me fortuna, deceperas, si mihi tam grande fecisset facinus homo, qui liberos non haberet. Quid quod ex omnium scelerum comparatione nihil est detestabilius hominibus, qui leges ipsas faciunt nocentes? Vestro me hercle nomine calumniatoribus debetis irasci, quorum nefas non potest nisi per iudicū facinus imponere. Actū est de rebus humanis, si de criminibus nostris tantumdem mendacis licet, nec ullus innocens hucusque felix est, ut diligentiae fingentium par sit. Quenquam ne mortalium in re qua finxerit, qua composuerit, inuenire aliquid quod potest probationem uocare, & facinus explicare facilitate uerborum? Magis oderis mendacium, cum simile uero est. Quoties manifestum est aliquem perisse sine causa, calumniatoribus irasci debeas, ut possis illis ignoscere qui crediderunt. Adijcite huic execrationi, quod calumniatus est in bello, quod de proditorum, quod de duce, quod haec omnia fecit inimicus. Non est quod se publico tueatur errore, nec in excusationem afferat, tanquam crediderit & ipse fingentibus. Nemo sic decipitur, ut de inimico suo mentiatur: Rumor, inquit, fuit te prodidisse. Bene admones. Hunc primum calumniae tuae obijcio rumorem. Quis enim iudices nesciat hanc famam esse naturam, ut sit primo unius hominis audacia? De nulla re locutus est continuū populus, nec quicquam adeo subito statimque totum est, ut in illo pariter omnium sermo consentiat. Quam non possit mouere ciuitatem, quem non replere populum, si quid omnibus nobis narres, in nullo non coetu loquaris, & de re quam tum maxime fingas, iam dicas esse rumorem? Quanta tibi deinde mentiendi materia de periculorum nostrorum occasione succurrit? Nihil est tam capax malignitatum sermonumque, quam bellum. Quid interest unde sumperit rumor ortum? Quod negari non potest, tu concionaris, accusas, tu crimen de fabula facis. In rumore, cuius probationes, cuius argumenta non habes, calumniae genus est primum credere. Sed, inquit, mori debeo, quia lex quae te accusauit, hoc proditorē pati iubet. Poteram quidem breuiter respondere, legem quae calumniatorem idem pati iubet, eius poenam exigere quod fecisset, non quod facere uoluisset. Fingamus tamen non hoc pauperem captasse quod accidit, cui debet imputari exitus, qui de calumniae tuae fluxit errore? Vultis scire iudices aliud quaesitū, quam quod lex quae mori iubebat? Accusauit me eo tempore quo non poteram damnatus occidi. Dic nunc, non ego effeci ut occiderentur liberi tui, & aude ciuitatis illud uocare facinus. Non tamen ullis efficias artibus, ut non potius miserear reipub. meae, non minus & illa facinus est passā quam pater. Coacta est liberos imperatoris uincens occidere. Fallit iudices quisquis illum facinus in rebus humanis publicum putat. Persuadentium uires sunt, quicquid ciuitas facit, & quodcumque facit populus, secundum quod exasperatur, irascitur. Sic corpora nostra motum nisi de mente non sumunt, & otiosa sunt membra, donec illis animus utatur. Nihil est facilius quam in quemlibet affectum mouere populū, nulli cum coimus sua cogitatio, sua mens, ulla ratio praesto est, nec habet ulla turba prudentiam singulorum, siue quod minus publicos capimus affectus, siue negligentior est qui se non putat solum debere rationem, & multi siudicia facimus omnium. Quam non possit rempub. turbare, confundere, si quis repente proclamet, prodidit uos imperator uester, addixit, & nunc ille liberos habet? Si me hercle post hanc inimice uocem templa monstrasses, sacrilegum continuo flagrasset incendium, si conuelli simulacra uoluisses, fecisset omne de numinibus suis facinus audacia. Vis scire tuū esse quicquid ciuitas fecit? Gloriareris illo, si prodidisset

sem. Non est iudices quod tuos à grauitate iustitiæ dolor ultionis abducat, quod mortem suam inimicus offert. Non petit illud, nisi quisquis ipse non debet occidi. Seposita igitur paulisper lege mei doloris, hoc tantum ab effectibus uestris omnium mortalium nomine peto, ne cui nocenti pœnæ præstetur arbitriū. Infinitam iudices sceleribus aperitis audaciam, si pœnam licet eligere condemnato, nec iam ullam mortalium innocentiam trepidatione contineas, si patitur deprehensus quisque quod maluit. Leuat omnes cruciatus, omnem dolorem, præparata mentem composuisse patientia. Fallitur quisquis humana tormenta sola nominū atrocitate metitur, nulla pœna est, nisi inuito. Num habemus ullū nisi ab impatientia dolorem, & ut aliquid crudele, sæuum sit, metus faciunt. Supplicium quisquam uocat ad quod profilitur, quod exposcitur, quod circa se non habet moras: Illud per fidem, illud trahite damnatos, quod non sequantur. Tunc est pœna, cum periturus trepidat, hæret, cum restringit supremo uincula conatu. Volo perituri prius uidere pallorem, audire gemitus, uolo circumspectat, uolo queratur. Fidem uestram iudices, ne nocentibus supplicij sui contingat electio. Minus iniquū est ut euadat nocens pœnam, quā ut contemnat. Mortem uero damnatis quisquis præstat, indulget, nec sunt alia beneficia pœnarum. Fallitur quisquis illam uelut omnium suppliciorum summam putat. Occidi non est pœna, sed exitus. Neque enim habet impatientiam, aut dolorem, quod possis aspiciere quasi fatū. Quid si liberos relinquant, imò si serues, quā felix exitus est plenusque lætitiæ: Lucriferi facit mortis atrocitatem, quisquis laudatus occiditur. Me, inquit, occidite. Non habet liberos inimice, non habet, quisquis hoc te uelle miratur. Sæue, crudelis, ego tibi permitte tam mori? Vt quid iam mihi melius optem? Vides quantum feceris nefas? Idem pro liberis meis offerre non potui. Tu uero paruulos tuos tene, ut in isto potius moriantur amplexu. Tu nunc quoque non euades, non effugies. Quacumque te duxerit orbitas, sequar, effundam si quod paraueris uenenum, subtraham omne ferrum, incidam quoscumque strinxeris nexus, ab omni reuocabo præcipitio. Etiam occisis liberis tuis, non idem patieris inimice, nisi uixeris. Nec uereor iudices, ne putetis utriusque nostrū orbitatem simili esse ratione tranctandam. Admouentur ecce contra lachrymas meas liberi, quos nemo noscet. Patris innocentis occisi sunt paruuli, quos nunc circa templa ferretis, circa quos se celebraret uestra lætitia. Facinus est iudices mindrem esse tranctarum mortium miserationem. Non inuenio quemadmodum liberis prodesse debeat odium patris. Petierunt etiam illi, quorum nec pater debebat occidi. Me miserum quod sic quoque multa habiturus es, quibus ego qui uindicabor, inuidiam. Osculaberis ante perituros, alloqueris, accipies suprema mandata, & moriturum te continuo promittes. Exonerabis gemitus tuos, cum eorum sepulchra numerabis. Siccabit oculos quod meam nunc quoque respicies uacuum domum. Me miserum, pauperis tantum solatium futurum est, quod pares sumus. Quid quod in ipsa comparitione mortis non idem patienter liberi tui? occidentur uno fortassis ictu, & erit ultio manibus contenta carnificis. Paruulos meos occidit quicquid fuit tota ciuitate telorum, omnis sexus, omnis ætas, omnis infirmitas. Nihil est crudelius morte hominum, quos populus occidit, & solus hic exitus est, à quo non est nec cadaueribus salua reuerentia. Hoc me nunc complorare tantum putatis, quod non sum liberis meis ante fatiatus? Miser ego nec ad cadauera accessi, nō in sepulchra maiorum meis manibus intuli, nec licuit super ipsa corpora proclamare, non feci. Qualem ego illum patria perdidit diem, cum duces ab explicito bello reuertuntur. Non me lætæ cinxere legiones, non effusi obuiam ciues triumphali circa currus meos exultauere lætitiā, sequebar captiuos meos tristior uictor, mœstus undique claudebat exercitus, occurrentiū lachrymæ propinquorum, & erubescens circa me populi timida solatia. O successuum quoque nostrorum misera conditio. Ergo ego uictoriam meam nō narrabo sine fletu, nemo amicorum propinquorumque coram me de bello meo loquetur? Nihil est crudelius calamitate, quā gaudia reducunt. Quoties redierit ille lætus uobis in supplicia mea dies, lugubres mihi ferre uestes, renouate seruuli planctus, parate solatia propinqui. Nulli liberi impatientius desiderantur, quā qui propter patrem uidentur occisi. Sed uerum iudices fatendū est, timeo mehercle ne par solatijs meis non sum, ne me iste quo pro liberis irascor affectus, in mediā ultione destituat. Sed adiuuate, miseremini propinqui, adiuuate amici, & si forte

defe-

defecero, tu ultionem meam popule consumma. Timeo mehercle ne cum carnifex proprius accesserit, subito proclamem, iam malo patrem. Sed si quis est pudor, oculi differre lachrymas, abite gemitus, horridum, trucem debeo præparare & miserum. Deprehendam omnium mortalium callidissime hunc, quem simulas, quem nunc imitaris affectum, tunc sciemus quo animo rogaueris, ut potius ipse morereris. Sed si bene noui capax omnium malorum scelerumque pectus, inimice uiues & libenter, & fortiter, & quasi uindicatus.

Argumentum Declamationis XII.

Cum ciuitas fame laboraret, misit ad frumenta legatum, præstituta die intra quam rediret. Profectus ille emi, & ad aliam ciuitatem tempestate delatus duplo uendidit, & duplum frumenti modum comparauit. Illo cessante corporibus suorum pasti sunt. Reuersus ad præstitutam diem, reipublicæ læsæ accusatur.

Pro ciuibus contra legatum.



VAMVIS Iudices innumerabiles me indignandi causæ initio statim actionis strangulent, quia nec dicere uniuersas semel possum, nec gregatim crispentes differre gemitus (Leuior est enim dolor qui disponitur) primū tamē ille sibi afferit locū, qui est ex hoc iudicij tempore, & tam lentæ uindictæ dilatione ortus animi mei propē dixerim furor, quod hominem tam sceleratū, ut nos quoque fecerit nocentes, legibus, accersimus, quod defendi patimur, quod ut puniatur precamur, quod damnatus quoque uel morte defungetur, quā nos in illa funestissima fame, dum sepeliri licuit, optauimus, uel exilio, quod hic quantopere contemnat, apparet, qui tam lente in patriam reuertitur. Quamquam de quo exilio loquar? Quantalibet ignominia dimittite domo notatum, habet quod eat. Non publicis manibus exeuntem discerpimus, nō (quoniam semel consueramus, & bona fide ferarum esse ciuitas coeperat) hic primus nobis ex tam tardo cōmeatu plucuit cibis? Sic enim istum laniari, sic confici, consumi oportuit iure nostro. Quis credat? ego me ab hoc abstinere potui, cum & esuriam & irascere? Sed frumento occupati sumus, nec quicquam aliud uidemus. O quanta es fames, quæ tam grandem iram uicisti? At ego etiam si talis ultio contigisset, si me a nefario grassatore reipu, nō lingua, sed dentibus uindicassem, nihil tamē iræ, nihil uindictæ præstiteram, hoc & meis feci. Aestuuant adhuc intra pectus sepulta uentribus nostris cognata uiscera, & tumescere intus atque indignari uidentur, & fera pœnitentia redundant. Iam enim uacat nobis lugere, iam cibos nostros efferimus, uiscera cremamus, nam cetera nobiscū sepelientur. O fames inaudita, in qua leuius est quod esurimus. Ignoscite tamē uiolati manes meorum, hic uos alloquor, ignoscite quod ora temerauimus, quod ab homine desciuimus. Non ut infelicem animam sustineremus, nō ut inuisum spiritū produce remus, fecimus. Vna causa mortem distulimus, quod si expirassemus, idem timebamus. Et ego quidem me consumptis excuso, qui mihi ipsi irasci nō possum, at iste interim stat, ut uidetis, longa uia saginatus & satur, atque abundans publico cōmeatu, ad mentionem ciborum nostrorum plenum fastidio uultum trahit, & exanguis, ac pallidos ad calculum uocat, quasi ego nō confitear illum etiam nimium multū attulisse. Tam pauci, rari per uias interlucet, & quamuis odio euerforis nostri euocatus è latebris suis populus, subfellelia nō implet. Pauci sceleribus pasti, alienis mortibus salui, quod uiuunt ipsi sibi rei graues, ægra & rabida membra in publicū protulerūt. Hæ sunt ciuitatis reliquiae, quas uidetis. Sic tabuimus, ut miseri nec uiuos habeamus, nec mortuos. Hic est populus, hæ uirces, hæ spes, hæ opes. Nisi tandem ad uadimonij legate uenisses, nō multorum dierum comœdium habeamus. Quod nunc tantū frumentū? quod classem cōmeatu grauem? Multū hercle negotiatione tua actum est. Frumentū habeo, populum nō habeo, nusquam prodest, nusquam opus est, iam licet uendas. Dum tu salutis publicæ nundiator proximum quenquam emptorem dimittis, dum aut funera nostra uendis, aut scelera, dum populo tuo fame moriente alienæ ciuitati legatus es factus, nos interim cibos ex malis inuenimus, & fames seipsa pauit, & miseriæ nostræ crudeles factæ sunt. Patiamur te defendi, si absoluti saltē nos possumus. Hæc nunc iudices ego solus queror? ad me magis pertinent? aliquid proprie passus sum? non communem dolorem accusator habeo cum iudicibus? Quisquam in hac uindicta alteri cedit? non publica inopia, non totius populi mendicitas una fuit? Nisi quia furtas epulas & nefarios inuenimus cibos, non putamus famem fuisse. In omnes gentes,

I 3

in omnia uentura secula proscripti sumus, omnes hæc prodigia narrabunt, omnes execrabitur, nisi qui non credent. Famem ipsam infamauimus, & (quod miseris ultimum est) miserationem quoque perdidimus. Adhuc tamē una defensio fuit, quod uidebamur in hæc omnia istius opera impulsī. Si hic innocens est, nostra culpa est. Etiam ne publica mala narrabo, & miseris nostris conuiciam faciam: Exhibunt uerba: subsequetur sermo: nō aligabitur lingua: Planē nihil non possumus. Exploramus ordinem cladis nostræ, & simpliciter omnia indicantur. Decet ista nostro ore narrari. Sed nouimus, & nimium meminimus, iudex doceri nō debet, opinor, reo indicanda sunt, qui a malis publicis abfuit, qui hoc certe maximum debet patriæ suæ beneficium, quod a fame solus dimissus est. Audi itaque, audi frumentum istud quod lucrifecisti, quanti nobis constet. Aliquis fortasse iudices miratur, etiam si huius feralis anni fructus cessauit, quod tamen illa superior longi temporis beata fecunditas tabuerit, & secum iste dubitat, quid sit in causa cur ciuitas opulenta quondam, nihil frumenti nisi in spe habuerit. Sic fit ubi uicinis ciuitatibus uendimus, & undecunq; offulsit lucrum, sine respectu salus publica addicitur, in uacua possessionem fames uenit. Etiam si quid residui erat, ut carius quidam uenderent, ad annonæ incendiū suppressum est. Testor tamen conscientiam uestram, nō sumus questi quandiu duplo emebamus. Non enim uulgaris illa labes frumenti fuit, qualis nec audita, abominanda lues, quæ nihil homini reliquit præter hominem. Aut astricta citra conatum fata sub ipsis tabuere sulcis, aut leui rore cuocata radix in puluerem incurrit, aut perustis torrido sole herbis moribunda seges palluit. Nullus imber sitientis soli puluerem terit, nulla super arenas campos saltem umbra nubium pependit. Callidi spirauere uenti, maturitatem præcepit æstus, etiam sic ubi forte ieiunæ herbæ solum uicerant, uanis tantum aristis spem seferunt, & inanes culmos tristis agricola iactauit uentis nihil relicturis. Leuia queror, præta exaruerunt, perierunt frondes, germina nō exierunt, nuda terra, & rudes glebæ, & aridi fontes erant. Nisi hæc omnia inter scientes dicerē, poteram uideri falso questus de hoc anno, quo tantum frumenti uendidimus. Utinam saltem nobis rudem uictum syluæ ministrasset, te carpere arbuta, concutere quercum, legere fraga licuisset, & quæcunq; primi mortales ante traditos diuinitus mitiores cibos contra famem obiecerunt, pestifer anus reliquisset. Nō eram delicatus, sed o tristis recordatio, funesta necessitas, nihil habuimus quo uiueremus, præter famem. Nec tamen in totum queri de numinibus possumus, maria certe secunda experti. Si uoluisset seruare legatus diem, quem illi felicitas temporis dederat, potuit nobis frumentum bis afferre. Ut primū tantū mali sensus in ciuitatem percrebuit, cum iam urgente inopia quotidie malum arctius premeret, & præsentē fortuna peior tamen esset futuri metus, apparuit nullum ex propinquo esse præsidium, cum finitimas quoque ciuitates incendiū nostrū aduulisset. Erat quidem aliquid in uicino adhuc frumenti, sed iam nemo uendebat. Ergo ut uidimus salutem publicam trans mare petendam, se in curiam quisque cogit. Ut arma bello, ut aqua incendio in clamari publice solent, ita uno quodam consensu non ætatibus spectatis, non honoribus, pariter retulimus, probauimus, decreuimus, pedibus, manibus iuimus in sententiam necessitatis, nec ordo nos officiorum moratus est. Legationem multi pollicebantur, nec innocentia iste beneficio uel autoritatis meritorumque respectu electus est, una causa nos mouit, quod se citò rediturum pollicebatur. Pecuniam sine numero infudimus, frumentum sine modo mandauimus, quantum potuisset afferret, festinaret modo. Hoc una uoce supplices acclamabamus, ac ne moraremur, ne hoc quidem diu rogauimus, una tantum uox fuit, quam iste pro quodam præiudicio amplexus est: Nihil agis afferendo frumentū, si post illum diem ueneris. Nostris manibus legatū in nauem tulimus, ac ne quid moræ esset, pro sua quisque portione etiam comēatū dedimus, retinacula incidimus, et littus ingressi classem publicis manibus impulimus. Inde fugientia uela longo uisu profecuti, facile emptionē, secundos uentos, placidū mare, nō secus ac si ipsi nauigaremus, precati sumus. Quis credat hoc de tam miseris? Omnia a dijs impetrauimus, sed unū superest, ut pro aliena ciuitate uota soluenda sint. Citò peruenit, citò emit, citò redijt quod uoluit. Quid prodest expectare? Alia ciuitas prior est, & sanē religiosus legatus diem expectat. Nos interim coacta primo ex

agris

agris pecora diripiimus; & ne uenturo saltem anno prospici posset, non reliquimus qui ararent boues. Iam seruis fugas imperauimus, iam procumbentes ante limina principū pauperes in ipsis precibus expirant. Plorantibus liberis legatum promittimus. Iam tantum sibi quisque cura est. Nihil tamen horum etiam nunc in inuidiam legati queror, adhuc prior curus est. Hactenus nostra mala tulimus, in reliqua legatus nos uicarios dedit. Si quicquam tibi humani sanguinis superest (nisi nimia saturitate alienæ fortunæ cogitatio excidit) respice patriæ casum, respice necessitatem grauissimam. Miseri te misimus, expectant pallidi exanguesque ciues tui, & quicquid extremi spiritus adhuc superest, spe tui trahitur. Figura tibi exesos uultus, decreascentem populū, iam præmortuas uires, nec quicquam horum potes ignorare, si quid tibi credimus, fame laborantem ciuitatem uidisti. Festina dum supersunt quibus legationem renuncies. Festina dum mori ultimum est, frumento digni sumus. Quid in nos cōuertis etiam alienæ ciuitatis famē? Quatenus nobis computandum est, propter te duplum mali tulimus, tu supra frumentū publicum steris, & omnes maris circumuectus oras, littora portusque cognoscis. Tu inter duas ciuitates fatorum arbiter, alienæ conditor, tuæ euerfor, salutem nostram peregrinis admittis, & secunda tempestate in patriam ferentes habens, cōtrarios uentos exoptas. Nos per arenas casus campos morientū herbarum radices uellimus, eo quidem fortius, ut si fieri possit, in uenennam incidamus, subeuntes in solidis cibis, & sicubi fortē uberius paulō pabulū contigit de pascuis rixa est. Amaros fruticum cortices, & ramorum male arentium pallidas frondes decerpimus, morbida quicquid fames cōegit, corpus admisit. Iam pallim moriuntur, & pestilentium more pecudum subinde aliquis ex populo in ipsis pascuis procumbit. Crebrior quotidie interitus, & latior strages, & me miserum iam fames disinit. Quos tester deos superos ne, quos per tantum nefas fugauimus? An inferos, quos nobis permiscuimus? An nostram malam cōscientiam, omnia nos ante fecisse, quæ nemo præter nos fecit? Pecora cecidimus, campos euulsumus, syluas destruximus, nouissime nihil relictum est, præter furientes & mortuos. Siqua est fides, libenter hanc partem accusationis subinde differo, aded ubi tantum nefas narrandum est, etiam exigua temporū lucra sectari libet, & necesse est reo indicare, qui a malis publicis abfuit, quam multis nō ad diē uenerit. Ignoscite dii hominesque sceleri quidem ultimo, sed tamen quod fecisse miserrimū est. Non habitant unā pudor & fames, & cum semel intrarit impotens domina, feras etiā & ingentes belluas subigit. Terram morientes momorderunt. Memetipsum, si nihil fuisset aliud, comedissem, sed confitendū est, legati beneficio nō defuit. Postquam omnē patientiam uicerat ignea fames, postquam spes quoque quæ miseris ultima est, omnis abierat, & frumentū toties sibi frustra promissum animus iam ne cupere quidē audebat, subiijt furor, & alienatio mentis, & tota sui arbitrij fames facta est. Animus malis dirigerat, os in solitis cibis stupebat, feris inuidere cœpimus. Primo tamen furtim, & intra suas quisque latebras admisit hoc monstrum, & si paulō citius uenisses, potuisset hoc negari. Si quis ex strage corporum defuerat, sepultū putabamus, nec tamen indicauit quisque, nec deprehendit aliquis. Nemo ut hoc faceret exemplo impulsus est, se quisque docuit, omnes scire cœpimus, postque omnes fecimus. Quoties tamen antequam inciperem, in portum cucurri, quandiu in altū intentus, si quæ essent in conspectu naues, oculos fatigauit. Tibi legatē tempus differre facile est, qui tuam tantum partem nō uendidisti. Tu quem habeas diem uideris, ego septimum expectare nō possum. Ergo rabidi supra cadauera incubuimus, & clausis oculis, quasi uisus cōscientia acerbior esset, tota corpora moribus consumpsimus. Subit interim horror ex facto, & radium, ac detestatio sui, & planctus. Sed cum ab infastis sumus cibis, urit iterū fames, & quod modo ex ore proiecimus colligendū est. Nunc mihi illa fœda uidentur, nunc abominanda, laceri artus, & nudata ossa, & abrepta cute intus caui peccus. Nunc occurrunt effusa præcordia, & liuida carnes, & expressum dentibus tabum, & exhaustæ ossibus medullæ. Quantulū enim corporis fames relinquebat? Nunc illud horreo tempus, si quando aut manus incidit, aut facies, aut aliquid denique quod hominē propria nota signat. Nunc cibi succurrūt, quos imponere in mēsam nō ausus sum. Cōfiteandū est em, deuorauimus homines, & quidē auide, qui diu nihil ederamus, & tū cœpisse disti-

climium fuit. Postquam ius factū est, postquam nemo erat in ciuitate quem confiteri pueret, tum uero iam in posterum prospicimus, & funera horreis condimus. Retrō aguntur exequiæ, aut citiā, aut ad rogos pugna est. Hæres cadauer cernit. Nouum & incredibile, nisi nossemus, monstrum habuimus, sine rogis pestilentiam. Mortui ratio non constitit. Perisse ciues scio tantum, quia inter uiuentes non uideo. Aegri assidentes timebant, & labentem animam supremis domesticorum oculis reducebant. Primo tamen nihil rogabatur suos, nisi totam sepulturam. Ut maior urgere necessitas cepit, beneficium factū est expectare dum moritur. Nemo adeo affinis fuit, nemo tam cōiunctus, quod pietas abstineret, nostros comedimus, nostros. Nam si alienos uellemus, nemo audebat, cedebat. Nihil est tamen quod indignari uelitis, narraui uobis lucrum uestrum. Frumentū duplo uendidimus, & callidissimus legatus uicinæ ciuitati imposuit. Plena nūc horrea, bonæ rationes, onustæ naues sunt, & quo magis gaudeamus tanto bono, pauci sumus. Nam quod ad temporis excusationem pertinet, nihil est opinor quod aestuet, in desertum nō incidit populum, nec sanè fuit cur festinaret, etiā nunc expectare poteramus. Sola est nostra ciuitas quæ fame perire non possit. Dissimulaturū me putatis istius patrociniā? Confiteor, uenit ad ultimum diem, attulit frumentū, gratulemur quod iam nulla ciuitas fame laborat. O si uires sufficerent, latera durarent, aliquid ex aridis diu faucibus, residuæ uocis exiret, quanta indignatione opus erat, ubi pro omnibus dolendū est. Quod cum sit, uniuersū qui assūmus proclamemus, hæc tota concio in unam uocem consentiat, non esset tamen futura par crimini inuidia, ut omnes accusemus, quota pars quaritur? Secum quisq; reputet quæ tulerit, quid admiserit. Planè immanis bellua est, & non tantum necessitatis causa per nefas pastus, qui quod comederit hominem non irascitur. Succurrite dolor & feri uomitus, & ultrix pœnitentia. Ades longi ieiunij imperiosa necessitas, & uos intus implicite, si quid potestis, admonete animæ, & a ferali uentre prorumpite, dum commissum nefas deuoto capite expiamus, & quasi lustrata urbe feralem uictimam uiolatis manibus mittimus. Decent nos tales hostiæ, in iudicium perduxit publicum scelus, & infamata ciuitati quero uelamentum. Nemo non commisit aliquid, habetis tamen si uultis unum, & pro omnibus nocentem reipub. læsæ accuso. Mirari uos certum habeo hanc uerbi significationem, cum ciuitas tota consumpta sit, cum populus in se tabuerit, quo perstricta tantummodo patria, & leuiter (quod aūt) manu offensa intelligi possit. Sed ferenda est, ut in cæteris, hæc quoq; rerū naturæ iniuria, quod nō tam immanibus factis paria uerba accōmodauit, & fames nostra, fames dicitur, & cibi nostri cibi uocantur, & Resp. nunc læsa. Nec scilicet nisi peracto legitimo ordine reus punietur. Omnia rogo scrupulose agantur. Videte ut iure irascamur, qui contra ius uiuimus. Imò etiā si libet defensionem audiamus, & iam nūc nos moretur. Neget læsam Remp. quia plusquam læsa est. Non enim dilculos alicuius operis angulos, nec recisas lucorum frondes, nec publicarum adium dispersos parietes obijcimus; ac si uidebitur, adijciet forsitan nō esse Remp. quæ perierit. Id em̄ superest, ut iam hoc nomen extinctū audiamus. Procedet eousq; fortasse, ut esurisse nos neget. Non inficior autem parum proprie hoc legis uerbo nefas istius signari non posse. Maiores enim ne lædi quidem Remp. impune uoluerunt, ideoq; existimo etiā hoc esse cōprehensum. Nemo autem uerebatur, ne absolui posset crimen lege maius. Quid, quod actionem Reip. læsæ tentat in legem male gestæ legationis deflectere? Eligat reus crimen, hoc est noxius crucē optat. Non sustineo iudices in tanto animi motu argumenta conquirere, nec impetus iræ meæ indigitos descendit, hoc tamen scio, non cadit in formulam publicus dolor, nec si adeo iudicibus quid passi sunt exciderit, ut has ferat cauillationes non diluentes crimen, sed differentes, populus quoque impunitum nefas sine lapidibus præteribit, non præscribes. Te accusare male gestæ legationis possum. Age porro, si occisos obiecero homines, non tu es causa mortium? si uiolata sepulchra, non propter te rogos fraudauimus? Sed legatus fuisti, quod tamen ipsum quid est aliud, quam rem tractare? Rem autem qui male agit, ut arbitror lædit. An existimas hanc legatis dari peccandi licentiam, ut quæcunq; scelera in eo officio commiserūt, cum his omnibus hac una lege decident? O nimium inuidendam huius legationis conditionem, si tibi & famē remiserit,

misit, & legem. Sed errauerim sanè, & quia nullum in foro nostro iudicium fuit, desuetudine ipsa iura exciderint, quomodo legem meā effugis? Nam nisi malis stupeo, duo sunt omnino quæ in eiusmodi crimine queri soleant. An læsa sit respública, an ab eo qui arguitur læsa. In quibus si quid tibi fiducia fuisset, nō à criminibus crimina appellares, nec ad alteram pœnam transfugeres, sed te ab hac quæ intenditur, tuereris. Dico læsam esse rempub. Oratione hic opus est, aut reliquorum more accusatorū hoc nunc mihi quærendum, quomodo res uerbis aggrauetur. Adè infirmata est calamitatum memoria, quæ si posset excidere, non tamen narranda nobis, sed ostendenda erat ruina publica. Agedum si uideatur, extra portas prospicite squalida arua, & spinis obsitas segetes, & semesos arborum truncos, uidiuis cultore agris. Errant à fame nostra innocentes feræ, inanes uillæ sunt, & deserta horrea in ruina procumbunt. Nullus in uersis aratro glebis campus nati, nullum solū opere renouatur. Iam & in sequentem annum famem timeo. Redite in domos uestras, uidebitis noxios focos, & ignes tabo cadauerum extinctos, & tecta mortibus grauiā, cū maxime inferimus in tumulos ossa insepulta. ducimus opertas exequias & ad sepulturam residua conferuntur, & tandem cadauera igni permittimus. Vbi uero uniuersas familias fames extinxit (quæ pars maxima est) inanes domus situm ducunt, iacent relicta sine hærede sarcinæ. Inuenit interim clusa domo conditus dominus, si cuius mors famem euasit, quem rimantes nō inuenere proximi, qui inter suos ultimus decessit. Quod uos mitto? Ipsam intuemini concionem, unius deficientis speciem tota ciuitas habet, cauū macie caput, & conditos penitus oculos, & laxam cutem, nudos labris tremantibus dentes, rigentem uultum, & destitutas genas, & inanes faucium sinus, prona ceruix, tergum ossibus inæquale, infernis imaginibus similes, foeda etiā cadauera. Aut si quis talis non est, cōfiteatur se usq; ad saturitatem comedisse. Sua quisq; consulat misera præcordia, suū uentrem conscientia grauem. Dic nunc legate, innocens sum, quod ad illum diem ueni. At ego propter te nocens sum, quod ad illum diem uixi. Quæ cōparata nobis mala nō delicatas lachrymas habent? Aliquem populū hostilis exercitus intra portas cogit, solet uenire ultima obsessis inopia, sed euerit certe licet. Victor captiuū aut occidet, aut pascet. Tormenta quidam piratarū tulerunt, felices quibus cōtigit innocentia. Mors certe finis est, nec sæuitia ultra fata procedit. Aut etiā si quis adeo hominē exiit, ut ibi pœnam quærat, ubi sensus doloris nō inueniat, nempe tamē cadauera feris obijciet. Circundati sunt quidam flammis, ipsa tamen pœna habuit sepulturā. Nos incendij cinerem perdidimus, nostra etiā ruina tabuit, nostra mala non latent, nō ignis defunctos cremauit, non feræ lacerauerunt, nō aues attigerunt, & tamen cadauera mortibus annumerare possumus. Citra spem conualescendi afflictū sumus, imò etiā citra uotum. Grauior in dies facti pœnitentia est, pudet uitæ, lucem ac sidera intueri non audeo, quotidie felices mortuos clamo, & malæ cōscientiæ facibus agitatatus, nihil fortunatius in æterna sede ut cunq; cōpositis puto. Adè mors placet, iam etiā cibus nostris inuideo. Præterita differo, ipsa ex nimia cupiditate nocet abundantia, desideratos diu cibos auide haurimus, & lassam famem saturitate strangulamus. Morimur adhuc etiā frumento tuo. Atqui cæteræ reipub. partes quæ sunt ad usum populū cōparatæ, & leuiore cum damni sensu pereunt, & facile remediū accipiunt, cum reparari possit amissum. Opera restitutam, ærarium replebo, naues, arma reficiam, hic uulnus altissime penetrat, hic ipsa uitalia feriunt, ubi populus ruit, ubi cōtinuis funeribus omnis sexus atq; ætas semel sternitur. Exhausta est ciuitas, & desolatæ domus, triste florentis quondam fortunæ indicium, laxi muri. Quam multi in ciuitate nostra perierint, queritis? Minima quidem portio est, sed etiā ex hoc intelligi potest, esurienti populo satis fuerunt. Plurimū tamen interest quomodo perierint. Felix pestilentia, felix prætorū strages, deniq; omnis mors facilis, fames aspera uitalia haurit, præcordia carpit, animi tormentum, corporis tabes, magistra peccandi, durissima necessitatum, deformissima malorum, hæc ad humile opus nobiles manus mittit, hæc alienis pedibus mendicantes prosternit, hæc sæpe sociorum fidem fregit, hæc uena populis publice dedit, hæc in paricidiū pios egit. Adhuc tamen unum uidebatur remedium, non expectare mortis diem, & tabescentem quotidie spiritū superuenientibus

malis subducere: nam in fame nemo quidem mortis imminis est. At nō tua culpa fames cepit. Sed uulneratum iugulasti, titubantem strauisti, fumantem incendisti. Ne quid inique faciam, diuisa sunt mala. Primam famem fortunæ imputo, ultimam tibi. Moram tuam itineribus separo. Deniq; ex eo inopiam tibi obijcio, ex quo propter te tuli. Itaque caritas annonæ, rarum frumentum, cædes ac direptio pecorum, fuerint fortunæ, fuerint anni, fuerint temporum, aliam conditionem habent ciuium mortes, & cadauerū dira læceratio, & peiores inopia cibi. Hæc fames iam tua est. Puta me in præsentī nihil adijcere, nisi hoc unum, tardius quā potueras uenisti, nondum tibi obijcio duplicata tempora, nec remensum toties mare, nec graues ancoras, nondum tantā moram quanta legationi satis esset. Si innocentes effemus, populū septem diebus perdidisses, Angustos humani spiritus terminos fames fecit, morimur, deficimus, festina misericors, omnes excipe auras, etiam si tota secundis flatibus tetenderint uela uenti, tamen remis adiuua, salutem publicam uehis, spiritum populū tuū reportas, omnium nostrū in ista classe nauigant animæ. Iuramus per tuum reditum, effusi per gradus templorū, uota suscipimus, tendimus manus, nam quas feriamus hostias non habemus. Quid spem publicam ad ancoras alligas: non stat interim dies, & plenis uelis mors uenit. Festina, merita tua non conditores æquauerint, non ipsi dii plus præstitierint. Tibi nos, tibi liberos nostros, tibi quicquid homini iucundum est, tibi debemus quicquid uicinæ ciuitati præstitisti. Non dico illa quæ poterā, puta cæculus imber in naues ruit, classis inter fluctus latet, nec inter canentes colūsarum aquarum spumas uela dignoscimus, egerit ex fundo arenas mare, micant ignes, intonat cœlum, scissis rudentibus tempestas libilat, deniq; sidus hybernum conditur, tu tamen perseuera, frumentum uehis, nihil horum necesse est feliciter nauiganti, festina. Quereres si naues cōmeatu tardasses, dum uelocitatis ratio haberetur, mallet accipere dimidium. Non delicati sumus, non luxuriæ queritur abundantia, unde spiritū sustineamus, unde mortem differamus in præsentia quantulūcūq;. Si plus opus fuerit, redibis. Siccæ fauces sunt, æger anhelitus os tendit. Iam frustra in sinu parentium liberi plorant, & nondum editi conceptus intra uterum famem sentiunt. Iam nemo diues est. Auras capiamus, & rore uescimur, & iam sperare tormentū est, quotidie uires deficiunt. Iam non imus in littus, sed redimus, in editis scopulis populus sedet, dum naues expectat, in paucua non redit. Aquas ingredimur, & unus ad te spectantiū rictus est, & cum defecerunt omnia, expirant. Te, te expectantes intentis oculis morimur, in mare mortui cadunt, Quoties sole percussa nubes refullit, nauem putamus, quoties fractus uento fluctus incauit, uela interpretamur. O mobiles miserorum spes, ad unaquæq; solatia, ab uno quoq; quomodo nutant. Hæc certe nauis est, ecce uela panduntur, propius appellitur, & accedendo crescit, nostra est. suos in utraq; partem uentos habuit, nostris uotis gubernati status sunt. Hæc dicimus, at illa interim transuolat. Fletus inde, & desperatio, & lucis odium. Nihil em̄ grauius quā destitutæ spes torquent. Ne interrogare quidem licuit, aut querere, nemo applicabat. Ergo incerti omnium rerum pependimus, nihil quisquam cognouit. Saltem si scire licuisset ubi frumentū uendidisses, ipsi petissemus. Iam quomodo ad singula momenta temporū mutabantur animi, bene est, serenus sol occidit, purus se dies tollit, ad nos uenti ferunt, iam ueniet. Pendet interim fames, & illud quod iam diu cogitat, differt, ita tamen ut subinde cōputet, quot dies ad mortem supersint. Nam quid profecit meministis, cum contrarij uenti flare cœpissent, & in altum fluctus à terra uolarent, quanta comploratio, quanti planctus fuerint, retinebitur, stabit, laborabit. At, si dijs placeat, legatus noster tum maxime bene nauigabat. Nos in hac fortuna, in tam graui casu, in eiusmodi cogitationibus sumus. Tu sinus maris circuis, & per omnes curuatorū littorum ambitus terram legis. Sic fit ut te iuuet diu nauigare. Nullus amœnus prætermittitur portus, nulla celebris ciuitas inuisitata transitur. Mentior, etiam ad esurientes applicas. Dein si quā timoris iniuriā quereris, nō feram te morantem. Quomodo satis accusabo uendentem? spiritus nostros transcribis, salutem nostram exponis. Quæ diu inastimabilis fuit, innocentiam publicam uendis. Frumentum nō naufragio perdidimus, non latrocinio, lucro perimus. Tempestas quoq; aliquam nauem in medium littus impinge-

ret, &

ret, & ex classe numerosa omnes fluctus exhaustisset. Perit frumentum, quia classis uenit in portum. Ita nos alienæ ciuitati legatum misimus, & uilia ac deuota capita uicinarum delicijs morimur. Nobis nihil iam residui spiritus superest, nos in conspectu mortis stamus, nos legatum frumentumq; nostrū ore aperto expectamus, classis nostra uecturam facit, & uicinarum ciuitatum copias reconducit. Penē à conspectu nostro uela conuersa sunt, quantulo minus quā congesti frumenti puluerem uidimus, tantum iam temporis transiuit ex quo pecuniam contulimus, legatū creauimus. Iam dinumeratis temporibus quæ secundi uenti breuiora fecerunt, quotidie spero, & sanē propē est. At legatus meus ad emendum modo proficiscitur. Tibi ergo tot ciuium mortes imputo, tibi stragem populū, tibi liberorum parentumq; miserimas pœnas, tibi quicquid passi sumus, tibi, quod grauius est, quicquid fecimus. Et scilicet speras, ut tantā sceleris inuidiam ab animis nostris duplæ pecuniæ strepitus auertat? Nescis quā multa uendideris. Duplo uendidisti. Ita ne infelicitas mea negotiantī tibi lenocinata est, quod fame perire ciues meos patior, quod ut uestrā ciuitatem seruem, meam euerro, quod à tam uicinis littoribus classem torqueo, quod ad diem redire non possum, quod pretium constituitis, quod occultum datis duplum, patrociniū meo quantulū lucror? At nos inepti ac uesani de fame querebamur, grauis nobis inopia, intolerabilis, & misera accersita mors uidebatur. Non agimus gratias industria legati? Respub. nostra locupletior perit. Sacrosanctus mercator opportunum, opinor, inuenit mercis exactum. Miror hercle si tam bene negotium gesseras, quomodo nobis pecuniam non retuleris. Duplo uendidisti. Decepisti uicinam ciuitatem, circūscripsisti, itaq; queritur. Duplo uendidisti. Hoc em̄ unum supererat, ut deuectum tantidem uenderes. Habita est itineris ratio, habita usurarum. Ego uero malo quod tam magno uendidisti. Apparet em̄ te nihil coactum. Sed si semel ponis hastam salutis, si redemptores uitæ admittis, & nos admone, melius uendis. Nos quicquid in domibus habemus, quicquid in templis, quicquid ciuitas suū uocat, cōgerere parati sumus. Frumentū pecunia remetiamur, libertatem nostrā addicimus, fines publicos tradimus, omnia licet eadem uicina ciuitas polliceatur, plus nō potest. Prosit mihi quod apud negotiatores solet, in antecessus dedi. Triplum, quadruplum, quantū poposceris accipe, & illa pecunia frumentū licet uicinis afferas, si nobis nihil de cōmeatu nostro partiris, nos uicinæ ciuitati uendemus. Liceat seruire ubi frumentum est. Non exigua res est, pro uira, pro sepultura, pro innocentia licemur. Non potest hic commeatus tam care emi, quā expectari. Sed nisi uendidissem, inquit, fame laboranti ciuitati, timui ne raperet. Et ita utiq; occipare uoluisti, ut nobis iniuriā tu potissimū faceres. Multum me hercle uos fallit opinio iudices, si ullam causam ita euidentem deferri posse in forū putatis, cui nulla ne mendacij quidem uelamenta contingant. Opinione sua defenditur, & quæ res minime coargui potest, utitur se teste. Ne nos periremus nō timuisti, ne repetiti cōmeatus post diem nostræ mortis applicarentur non timuisti. Nostris certe malis quanquam nihil poterat accidere inopinatum, tamen inter metus tempestatum & ancipites incerti maris casus, confiteor, ne frumentū salua classe perderemus, non timuimus. Non dico ut maxima uis parata sit, ut more immanis latrocinij turba raptorū littus premat, uel repugna, uel fuge, uel roga. Incensurum naues depressurumq; minitare potius, quā totum frumentū utiq; populo pereat. Partire uel gratis, dum nobis aliquid quo respiremus afferas, illud quo certe nihil asperius accideret, rapi patere. Faciet fortuna quod uoluerit. legatus à præcepto non recedat. Refer nobis saltem iniuriā nostram, mitte nuncios, ira famem differemus, rapie mus furentes arma, & se in obsidionem ciuitatis inimicæ sine delectu populus effundet, ualstabo interim fines, hoc est per aliena prata pascar. Si qua in uillis deprehendero pecora, diripiā, bellum me alet. Citius ad frumentū perueniemus, quā tu cū frumento redibis. Adiuuabunt pugnantem iusta sacramenta. Si contigerit æquū fortunæ iudiciū, non meos tantum cōmeatus recipiam: Si minus, certe dabitur bene mori. Liceat & manum cōserere, in acie conligere, condant se postea licet muris, longius obsidio eat, interim certe hostium potius cadaueribus uiuemus. Sed nulla uis fuit, nulla exterior iniuria, tuum certe commeatū nemo rapuit, iure miseri sumus, & ex stipulatu legati nostri peri-

K 2

mus. Vendidit quantum uoluit, quanti uoluit, & ut hoc ad nostras accederet moras, fortasse diu confectionatus est. Omnis cum fide perfoluta pecunia est. Hoc qui colligo: Qui quanti uoluit uendit iudices, potest non uendere. Nam per fidem, si rapere alienum frumentum, & possunt, & uolunt, quid ita duplam pecuniam soluunt? Nam quomodo in magna inopia quicquid emi potest uile est, ita cum possis habere gratuitum, duplo carum est. Sed mihi credite, color iste patrocini est, & diu in saturo otio cogitata defensio. Non potest similis usquam fames fuisse. Nos graue huius anni sidus afflauit, nostrum hoc fatum fuit, quos non tantum fata, sed etiam empta fallunt, qui nostra pecunia, nostra classe, nostro legato, nostro uento, felicissimo cursu, commeatum tamen perdidimus. Nos a frumento longius sumus, ad illam ciuitatem potuit frequenter accedere negotiator, sapius applicari onusta classis, itaque non misere legatos, nullus illis comeatus longius petendus fuit, quod felicissima annona, affluentibus copijs, fortunatis opibus contigit, nihil emerunt nisi de uectum. Quare nulla causa istius quem fingis metus fuit, nulla utique uis. Forum legisti, & quia adhuc superaret tempus, obiter negotiatus es. Rapturos putauit. Quid dicis scelerate? Et cum hoc timeres, applicabas? Onustus uiator apud latrones hospitaris? Comeatum publicum in scopulos annonae impingis, & plenae frumento classis ancoras ad famem ducis? non praecidis medium mare? non uelut inhospitales Syrtes, aut uoracem Charibidem praeterueheris? Tota in fugam uela torquebis, nusquam est periculosius legationis tuae naufragium. Tu ut cogi posses, tu ut auferri frumentum posses, effecisti. Tantum habituri sumus, quantum reliquerit pudor esurientium. Quid te duplo frumentum iactas uendidisse? Potuerunt nihil soluere, quod refers, alienum beneficium est, alterum confingitur hoc loco mendacium. Tempestate, inquit, appulsus sum. Ita plane infelix nauigator es, & cuius uotis aurae non respondeant. Nescimus te duplo melius nauigasse, quam speraueramus? Nescimus singulis comeatibus bina itinera confecta: Nescimus in una legatione uentos quater secundos? Sat erat uerbo negare, quod uerbo ponitur. Remoue hanc spem eludendam mendacio ciuitatis. Quo damno probas tempestatem? Quid amisisti? Frumentum certe totum uenit in portum. Nec laborasti, tanquam nimium onustas naues simulaueris, duplum afferre poterant, non uexata armamenta, turbatosque funes, aut scissos uelorum sinus quereris, classis statim exiit, & quod magnum integrae signum est, citò redit. Porro tempestatem in unum agebat angulum, nihil potuerunt obliquata uela deflectere. Non potes ultra procedere, citra applica. Effuge raptos, effuge non dimissuros. Si aliud fieri non potest, cum tempestate decide, naufragio in desertum littus impinge. Quid deuitata procella prodest? quid subducta nubibus nimis classis? In portu naufragium fecimus, & frumentum ad ancoras perdidimus. Ego uero, inquit, attuli, & quidem duplum. O nos felices, rumpamus saturitate praecordia, pascamur in praeteritum, & famem cruditate penemus. Frumentum attulisti. Quid quod medicina mortuorum fera est? Quid quod nemo aquas infundet in cinerem? Quid quod extincto populo etiam nouendialis tarde uenit? quid quod iam ego frumentum non desidero? Naufrago tabulam abstulisti, mortuo applicas nauem. Duplum est, infunde in sepulchra, & admittite tumulis, ibi sunt qui mandauerunt. Quid aliud effecisti afferendo frumentum, quam ut nos quod adhuc fecimus, poeniteret? Nunc me magis pudet, nunc cibos meos obiurgo, potui heri non comedisse. O nefas, in quo me scelere commeatus deprehendit. Siccine paria fecimus? Adhuc nihil habuimus, sed nunc licet reponamus. Quis autem unquam pensabit necessaria superuacuis? Duplum attulisti, sed illis qui perierunt nihil, sed non possumus iam non fecisse quod fecimus, plerumque fera pro nullis sunt, sed & temporum ista momentis aut pretiosa fiunt, aut uilia. Vis scire quantum inter hoc tempus & illud intersit? Tenta igitur forum tuum, totum hoc non potes dimidio uendere. Superest adhuc unum patrocinium, in quo spes omnis profligatae causae consistat. Ad diem ueni, State hic certe iudices, nam ferri non potest, exundat altius. Pudorem publicum quamuis proiectum, & iam olim sepultum hucusque protrahis: Cur non expectauimus? Cur famem non ad constitutum distulimus? Cur ad tantum nefas accessimus? In hac lance publica causa iudices pendet. Aut iste tarde fecit, aut nos citò, hoc uidelicet expectasti, & ne captiosum esset officio tuo maturius re-

dixisse

dixisse, ex industria tempus triuisti. Non tempestatem in causa fuit, non uis ulla uicina ciuitatis. Vna ratione moratus es, nondum erat tempus. Adeo ne nobis miseriae publicae exciderunt? Adeo in sperato frumento obstupuimus, ut haec audienda sint? Vltimum omnis memoriae reum una uox innocentem facit? Populatorem euerforemque ciuitatis nisi ad superpremitur damnabo? Absoluatur publicus reus, redijt, illum respondet diem dedimus. Tu tamen si interpellatus tempestatibus serius uenisses, excusares mare & ambiguos flatus, & tibi bonam causam habere uidereris, cum diceres, ante non potui. Et nos haec cogitauimus, his casibus ampliuimus tempus. Nos illum tibi diem dedimus, sed quia illud citius emisti quam sperauimus, supra uotum nostrum nauigasti, ad proximam littus mature classis applicata est. Ego tibi possum satis irasci? Felicitatem nostram perdidisti. Ergo quantum inter te, tempus consumptum est, dies excessit, peius pati nihil possumus, sed pessima diu patimur. Imputa nobis propitios uentos, & secundum mare, & ciuitatis opulentiae liberalitatem, quae tantum frumenti uendidit, quantum duobus populis satis esset. Quantum libet uelocitate tua glorieris, computa si placet, quando primum coterminos portus onusta classe comprehenderis, quam tarde a uicina ciuitate uenisti. At etiam, si dixi placet, animo defenditur, & qua causam uexandae ciuitatis habuerit, quaerit. Istud ego interrogare debueram, non ubique iudices morandum est. Alioqui si quid requirere uellem, multa occurrissent. Solent hi negotiatores, praeter haec aperta pretia, priuatum aliquid ac proprium stipulari, utique cum aliena rem uendunt. Potest fieri ut primo lucrari uoluerit pretium, serius deinde subuenit reddenda rationis, dicendaque causae cogitatio. Venit fortasse frumentum lucro, redemptum est patrocini. Potest fieri ut aliqua gratiam sperauerit a ciuitate seruata, ocula quaedam in ciuitate sua odia, quae plerumque ex inanibus causis oboriuntur, habuerit. Multa succurrunt, sed (si qua est iudices dicenti fides) ego nihil inuidiosius reputo, quam quod ciuitatem suam sine causa perdidit. Quaecumque ratio, quodcumque propositum fuit, audi quae passi sumus, postquam redire potuisti. Transeo tormenta nostrae inopiae, maciem corporis, uulso terra desiccatoque ramis cibos, quod aris altaria non imposuimus, quod populus corporibus suis uias strauit, quod mendicis quae rogaret non habuit. Non obiectum tibi famem. O tristis recordatio, o tormentis omnibus conscientia grauior, rumpe ferream pestem, & ardentia scelera uiuentesque intus epulas excute. Luctantem intra uiscera animae, & uterum funeribus grauidum in os agunt. Credibiles fabulas fecimus, felices miseriae, scelera innocentia. Omnes quascumque clades fama uulgauit, solatia hinc petant, hinc audient occisos sine sanguine, sepultos sine ignibus cibos. Si quis mentitus est Cyclopas, Lastrygonas, Sphingas, aut inguinibus uirginis latratu Siciliae littus, & quaecumque miser didici domi, comites quaero, hinc argumentum, hinc fidem accipiant. Quaedam plane falsa sunt. Sol in ortu suo non occidit, nec ad humanorum uiscerum epulas diem uertit. Vidit nos uulneribus pastos, & ad euiscerata corpora illuxit. Publice monstra commissa sunt, & inexpiabile nefas uno ore ciuitas fecit. Poenis nostris tam ne fames quidem satis est. Hoc non omnes ferae faciunt, & quamuis sensu careant muta animalia, plerumque tamen innocentibus cibis uescunt, uti quaeque consueverunt inter homines etiam, si qua alienis membris imprimunt dentem, mutuo tamen laniatu abstinent, nec est ulla supra terras adeo rabiosa bellua, cui non imago sua sancta sit. Nos quibus diuina prouidentia mitiores cibos concessit, quibus sociare populos, mutuo gaudere comitatu, sidera oculis animisque cernere datum est, uisa non anos fecimus, nigros tamen dentes pallidis cadaueribus impressimus, & inter horrorem ac famem restrictis labris morsus abruptimus. Cadauera rogis deuoluta sunt, & ad funera tanquam ad naues concurrimus. Deficit aliquis extremo iam spiritu pendens, tamen durat, quia prius moriturum alterum putat, inuicem expectant, & si speifiguratione tardius cadit, morsibus pugnat. Non in omnibus mortes expectant, pater liberos esurit, & oppressa decimo mense mater si ubi parit, redit in uterum laceratus infans. Cludunt domos, ne quis funus eripiat. Solae sunt diuitiae mortuum, uelut insuauis aues supra expirantes stamus. Secreta miseri petunt, in solitudinem fugiunt, & ubi nulla spes uitae superest, mortes suas abscondunt, iam morituri ad feras confugiunt. Dehisce terra, & hanc noxiam ciuitatem (si hoc saltem fas est) haustu aliquo ad inferos conde. Coelestes auras contaminato spiritu polluitur,

K 3

& sideribus ac diei graues & inuidiam seculo facimus. Nullas iam spero fruges, propitios deos non mereor. Quomodo me à scelere meo diuellerem? in quas ultimas terras, quæ inhospitalia maria conderem? Meum sanè cōscientia urunt animum intus scelerum faces, & quoties facta reputaui, flagella mentis sonant, ultrices uideo furias, & in quantum me partem conuerti, occurrunt umbræ meorum. Habitat nescio quæ in pectore meo pœna, & ne morte saltem hos metus effugiam, occupant grauiā apud inferos supplicia, uolueris rota, & fugacibus cibus elusus senex. Adeo ne apud inferos quidem ulla pœna est fame maior, & ille hæc patitur qui hominem apposuit epulandum. Nobis imminet saxum, nobis stridunt ferreæ turres, nostris caulis urna iam stetit, nobis uiuax ipsum crescit securus, quia illic quoque uiscera tantum aues laniant. Excipiunt nos in proximo littore inhumata nostrorum animæ. Miserum me, uerè hæc sunt, an mens aspicit? Laceros uideo manes, & truncas partibus suis umbras. Quid hoc est? Nō de sepulchris insurgunt, non aliquo terrarum haustu procedunt umbræ nostrorum, de populo exeunt. Illuc ite, illi tedas intendite, illum anguibus petite, & tam longæ moræ exigite rationem. Vobis dicat, duplum attulit, uobis dicat, ad diem ueni. Ego si huius pœnam uidero, possum reddere rationem quod uixi.

Argumentum Declamationis XIII.

Damni per iniuriam dati sit actio. Pauper & diues in agro uicinerant iunctis hortulis. Habebat diues in horto flores, pauper apes. Questus est diues flores suos decerpi ab apibus pauperis. Denunciavit ut transferret. Illo non transfereute, flores suos ueneno sparsit. Apes pauperis omnes perierunt. Reus est diues damni iniuria dati.

Pro paupere contra diuitem.

REDO ego iudices plerosque mirari, quod homo tenuis, etiam antequam quod habebam perdidit, pauper, ausus sit iudicio lacessere diuitem utique uicinum, eumque notæ impotentiae, expertæ crudelitatis, in tantis fortunæ uariis perniciosum inimicum, etiam si uenena non habeat. Neque ipse hoc periculum ignoro, expertus non leui documento, quanti steterit mihi quod semel imperata non feci. Sed neque illud iudices damnum tolerabile est pauperi, cum tam paruis etiam diuites moueant, & mihi, quanquam propè nihil iam relictum est quod perderem, si tamè ista impune sustinenda sint, solatiū erit iram potius quam cōtemptū pati. Nec sanè uitæ causa iam superest, si ad ceteras humilitatis nostræ cōtumelias, hoc quoque accedat, ut si habemus aliquid, migradū sit: si perdidimus, tacendū. Vnū oro, ne cui minor dignitate uestra uideat causa litis meæ. Ante omnia enim non debetis expectare ubi pauper magna perdiderim, sed quantulum est quod abstulerit mihi diues, minus est quod reliquit. Et tamen quis indignat apes formula uindicari, cum Veneris etiam flosculi uindicentur? Quod tamen iudices (quantum euerfus, & ab omni spe tuendæ paupertatis exclusus) æquiore animo tolerarem, si cuius culpæ, etiam si iniustam pœnā, meritam tamen iram tulissem. Sed circumspectanti omnia nihil mihi obijci potest à diuite, nisi quod uicinus sum. Est mihi paternus iudices agellus, sanè angustus & pauper, non uicibus cōsitus, non frumētis ferax, non pascuis lætus, ieiunæ modo glebæ atque humiles thymi, & non latæ pauperi casæ circumiecta possessio. Verū mihi uel hoc fuit gratissima, quod non fuit digna quam diues cōcupisceret. In hoc ego uitæ meæ secreto remotus à tumultu ciuitatis ignobile æuum agere procul ab ambitu, & omni maioris fortunæ cupiditate cōstitui, & dum molesta lege naturæ transiret ætas, uitam fallere. Hoc mihi paruulum terræ & humilis tugurij rusticum culinen æquitas animi regna fecerat, satisque diuitiarum erat nihil amplius uelle. Quid prodest? Sic quoque me latentem inuenit inuidia. Nec ab initio iudices uicinus diuitis fui, pares circa me habitauere domini, & frequentibus uillis concors uicinia paruus limites coluit. Quod ciues pascebat, nunc diuitis unus hortus est. Postquam proximos quosque reuellendo terminos ager locupletis latius inundauit, æquaræ solo uillæ, & excisa patria sacra, & cum cōiugibus paruisque liberis respectantes patriū larem migrauerunt ueteres coloni, & latæ solitudinis indiscreta unitas facta est, postquam ad apes meas diuitis fundus accessit. Namque ego iudices dum fortius opus permisit ætas, terram manibus subegi,

& difficultatem labore perdomui, & inuito solo nonnihil tamen fecunditatis expressit, citò labitur dies, & procliuus in pronum fertur ætas, abiere uires, sensus meus, defectaque labore senectus, magna pars mortis nihil mihi reliquit nisi diligentiam. Circumspectanti quod conueniret opus inualidæ senectutis curæ, succurebat sequi pecora, scetisque placidi gregis paupertatē tueri, sed ex omni parte circumiectus diuitis ager uix tenuem ad gressus meos semitam dabat. Quid agimus? inquam. Undique uallo diuitiarum clusi sumus. Hinc hortuli locupletis, hinc arua, inde uineta, hinc saltus, nullus terræ dat exitus. Quæ ramus animal quod uolet. Nam quid apibus inuenit natura præstantius? Parcæ, fideles, laboriosæ, ô animal simile pauperibus. Et sanè dabat occasionem mihi oportunitas hortuli mei. Est namque positus ad ortus solis hyberni apricus, omnibus uentis medius. Fusus ex proximo fonte riuus, crepitantibus inter radiantes calculos aquis, utrinque ripa uirente præterfluit. Satis consiti flores, & uiridis quamuis paucarum arborum coma nascentibus populis prima sedes, unde ego frequenter consertū nouæ iuuentutis agmen ramorum grauescente suscepi. Nec me tanta capiebat uoluptas, quod fluentia ceris mella conderem, quod ad sustinendas paupertatis impensas deterrere in urbem, quod diuites emerere, quam quod aduersus omnia lassæ tædiæ habebam senex quod agerem. Iuuabat autem lenta uimina uernis foetibus texere, & ne æstiuus ardor aut hyberna uis grauidam penetraret aluum, hiantes rimas tenaci linire fimo, aut fessis apibus ultrò præbere mella, aut fugiens examen ære terrere, aut bella sedare pulueris iactu, tum ne quid periculi saltè singulis esset, auidas longe fugare uolucres, & arcere parua dictu animalia, reclusas interim scrutari apium domos, ne per uacuas aluos fœda pestis insidiosas texeret plagas. Dederam laboribus meis iustam senex millionem, habebam quæ pro me opus facerent. Quo non penetras liuor improber? Quid ue scabræ malignitati clausum est? Inuidit pauperi diues. Cui euocasset me subito trepidum, totoque fortunæ suæ strepitu circumsteterisset, quid tu, inquit, non potes imperare apibus uis intra priuatum uolent, ne hortorum meorum floribus insidant, ne in meo rorem legant? Remoue, transfer, Impotentissime tyranne quod nunquid tam latum possideo agellum, ut illum apes transuolare non possint? Neque tamen tantum inerat pectori meo robur, ut non perturbarer denunciatione notæ impotentiae. Volui relinquere auitos lares, & conscios natalium parietes, & ipsam nutriculam casam, iamque pauperem focum, & fumosa tecta, & consitas meis manibus arbutus transferre destinatus exul decreueram. Volui iudices decedere, uolui, sed nullum potui inuenire agellum, in quo non mihi uicinus diues esset: nec tamen licuit diu quærere. Forte serenus pura luce fulserat dies, & hilaris matutini solis tepor ad quotidiana opera lætius solito agmen effuderat. Quin ipse spectator operis (præcipua namque hæc mihi uoluptas erat) processerã, speras fore ut uiderem quemadmodum alia librata pennis onera conferrent, alia deposita farcina in nouas prorumperent prædæ, & quanquam angusto festinaretur aditu, turba tamen exeuntium non obstaret intrantibus, alia militaribus castris pellerent, uulgus ignauum, alia longum permensæ iter fatigata anhelitum traherent, hæc ad æstiuum solem portetas panderet pennas. Miserum me, ignoscite modo gemitibus meis. Non flosculos perdidit, nec caduca folia proximo lapsura uento. Apes cum uolarent, suffugium tenuitatis meæ, solatiū senectutis amisi. Nunquam me alias pauperem putauit, triste me excepit, expectatque silentium, & inanis aluei inchoata tantum opera, & rudes ceræ. Vos iudices æstimate quatenus recipiatis hunc affectum meum. Libenter bibissem si inuenissem uenenum. Hoc mihi damnum non brumæ glacialis penetrabilis rigor, non supressi longa siti flores induxerunt, ieiunam miseris famem non auidas iniusta domini nihil mellis referuantis, non æqualis fessas morbus inuasit, non damnatis sedibus suis auias fuga petiere syluas. Apes pauper miser in opere perdidit. Parauit homo nefarius ante omnia tantum ueneni, quod posset & diuitis hortis satis esse, & linuuit flores maleficis succis, & in uenenum mella conuertit. Sparsit omnibus floribus mortem, & quanto plura interim corruptit, quam quæ apes abstulissent. Illæ studio quotidiani operis excitatæ, ut primū aurora lucem uocauit, in assueta miseræ pascua uolant, ut antequam noctis humorem radij solis ebiberent matutinos legerent torces, & cœlestes aquas ad horreum ferre possent, nec sibi, sed operi

biberent. Hic triste spectaculum, & tantū non ipsi qui fecerat miserandum. Illa ad primū
 feralis succi hauustum insolito consternata gustu fugit, sed fugisse nihil prodest. Illa lon-
 giores expetitura pastus in altum tollitur, uitamq; in aura relinquit. Hæc primo statim
 flosculo immoritur. Illa rigescentibus morte pedibus exanimis, sicut hæferat, pendet.
 Alia defecta nifu uolandi adhuc per terram languide repit. Si quas tamen usq; ad sedem
 suam distulit mors lentior, sicut agræ solent, sub ipsis pendere portis, in globum nexas,
 & mutuo amplexas mors sola diuisit. Quis figurare possit, quis dicere, quàm multas ma-
 li formas, quàm uaria leti genera fecerint tot mortes? Semel ut ipse tristem finiam expo-
 sitionem, dicendum est, omnes perdidit. Celebre illud alueariū, & domino suo notius, ad
 nihilū recidit. Audete nunc lacessere diuitem quibus uitæ causa superest, exerite liberta-
 tem fortibus uerbis si quid offenderit, & quod difficilimū fuit, iam expertus est uenenū.
 Quod si mihi fortuna uel ingenij uires, uel suas dedisset, crimen istud nō priuatam taxa-
 tionem formulæ merebatur. Venenū leges habere, emere, nosse deniq; uetant, inuitabi-
 lem pestem occulta fraude grassantem. Male hæret ibi innocentia, ubi in potestate est
 secretum scelus, uelut uenenū, & quidem præsentaneū, inuentum, compositum, datum
 est. Quantulū interest quis biberit? Homo dedit, & homini dari potest. Nō aded defunt
 odiorum causæ, ut iam rara simulas sit, & ut uideatur aliquis nihil magis quàm malos
 odisse, libebit aliquando longius manū porrigere, & indulgere animis. Credite mihi iu-
 dices, difficilius est uenenum inuenire, quàm inimicū. Sed me conscia mediocritatis in-
 firmitas intra meas tantummodo cōtinet querelas, nam damnū idem iudices grauissimū.
 Pauper uulnus accepi, quod mihi diutius defendū apud uos, quàm probandū est. Nam
 coarguendis quidē criminibus quis labor est aduersus consistentem? Habent diuites hoc
 quoq; cōtra nos cōtumeliosum quod nō tanti uidemur ut negent. Porrò qui confessum
 defendit, nō absolutionem sceleris petit, sed licentiā. Longius ista quàm timui quæstio
 peruenit, non de præterito tantū litigamus, hoc agitur ut etiam si quid fortè reparauero,
 iterum diuiti liceat occidere. In duas enim quantū animaduertere potui quæstiones diui-
 dit causam, an damnū sit, & an iniuria datum. Negat esse damnū quod animal liberū,
 & uolucres, & uagum, & extra imperia positum perdidit. Negat iniuria datum, quod
 in priuato suo, quod eas quæ sibi nocerent extinxerit, postremo quod sparso tantum per
 flores ueneno ipsæ apes ultrò ad mortem uenerint, ut nihil esset quod his possem respon-
 dere, æquum erat inter uicinos sic agi: Sed excutiam singula, nec prius meis argumentis
 nitar, quàm diuersa repulero, quoniam quidē queritur an damnū sit perdere, quod lu-
 crum est habere. Liberum est animal puta, non dico scetus meis manibus exceptos, &
 in tutam conditos sedem, & reseruatis ad supplementa generis fauis examen uernaculū.
 Quoniam quidē tyrannorum iura defendis, natos in priuato meo, puta me uel inanis ar-
 boris trunco, uel cauis inuentos petris, domū fauos retulisse, multa nihilominus quæ li-
 bera fuerant transeunt in ius occupantiū, sicut uenatio & occupatio. Nam ut cætera anti-
 malia hominum causa sinxerit prouidentia, quod omnibus nascitur, industria præmium
 est. Quid autē non liberum natura genuit? Taceo de seruis, quos bellorū iniquitas in præ-
 dam uictoribus dedit, ipsdem legibus, eadem fortuna, eadem necessitate natos. Ex eo-
 dem cœlo spiritum trahunt, nec natura uilis, sed fortuna dominum dedit. Cur infrenatis
 equis uictor insidet? Cur iniusto quotidie iugo bouum colla deterimus? Cur in usum ue-
 stium sæpe pecori lanæ detrahuntur? Taceo de sanguine & epulis per mortem paratis.
 Si omnia quæ libera generantur, naturæ demus, desinitis diuites esse. Si uero hæc con-
 ditio est, ut quicquid ex his animalibus in usum hominis cessit, proprium sit habentis,
 profectò quicquid iure possidetur, iniuria auferitur, ut uolucres mites & alia quæ per ru-
 sticas uillas, quæq; ditibus cellis saginantur, in quibus tamen domini ambigua posses-
 sio est, & uaccæ, & armenta, & omne pecudum genus. Sed illa impositus cohibet ma-
 gister. Peius ne domino in ipsis ius est, quibus in custodia nō opus est? Nam si hoc dicitis, ni-
 hil esse nostrum quod perire possit, ex nullius animalis damno hæc edi formula potest.
 Nam & errare pecudes solent, & fugere mancipia. Si hoc in cæteris nō obstat, uagari tu
 nolles, in opus exire, & ad quotidianum censum laboris assidui non detractare militiam.

An

An non ipsæ domū sua sponte reuolant, finemq; laboris sui sole metuntur, & omnis in-
 tra solitas domos turba conditur, noctemq; modesto silentio trahunt? Age porrò, ut non
 sit earum certa possessio dum uolant, nempe cum remearunt, concludi, transferri, donari,
 uenire possunt, in potestate sunt. Quomodo autē potest sine damno meo perire, qd' quo-
 tidie meū est? At extra imperia positum est. Mirum hercle, si negato cōmercio sermonis
 humani, sunt in cæterorum animalū forma; tamen quā dominus dedit incolunt sedem, la-
 sciuentē luxuria fugam tinnitu compescimus; etiam si diuersis regibus coorta seditio ad
 bellum inflammauit iras, exiguo puluere, uel unius pœna ducis refedit omnis tumor. Illa
 uero admiranda sedulitas, quod operi totus infumitur dies, in dominorū redditus ablata
 suppletur. Age si obsequi possent, quid amplius imperares? Intelligo his uanis ultra ne-
 cessitatem esse responsum. Si nō sunt apes meæ, ne id quidem quod his efficitur meū est.
 Atqui nulla unquam inuenire potuit impudentia, quæ fructus mellis in dubiū uocaret,
 Hoc ergo fieri potest, ut quod nascitur meū sit, quod generat alienum? Age si mihi aluei
 furto abessent, utrum nulla daretur actio? An uiminis modo uilisq; texti pretiū formula
 taxassem, & proinde agerem quasi inanes perdidissem? Nisi fallor esset æstimatio et apū.
 An tandem quas surripere nō liceret, liceat occidere? Non est damnū quod exutus sum,
 quod redditus perdidit, quod annuos fructus præsidia paupertatis amisit? Non est damnū
 id perdidisse, quod (ut proximo utar argumento) si habere uoluerō emendū est? Quid er-
 go tibi opus est maleficis succis, cum liceret palam trucidare, & plenas uel cremare igni,
 uel aquis immergere aluos? An est aliquod animal quod nō liceat nisi uenenis occidere?
 Ut damnū sit, inquit, iure tamē feci in priuato meo. Per fidem uestram iudices succurrite
 exemplo, non sufficit his partibus unus rusticus pauper, obuiam publice eundum est, &
 obijciendæ aduersus nascentem licentiā cōsensu manus. Credite mihi, maior lite quæ-
 stio est. Hoc uobis hodie iudicandū est, ubi scelus facere nō liceat. Nam cur nō hoc idem
 de homicidio respondeat? tur nō de latrocinio? Non enim iure ista, sed modo differunt.
 Aperitur ingens funeri uia, & oblutantia diu legum uelut claustris scelera libera porta
 prorumpunt. Si in priuati iura nō ueniunt, & in manifestissima quæq; noxa non de facto
 queritur, sed de loco, nō æqua portione cū sceleratis terras diuisimus. Vbi enim non iam
 diuitum priuatum est? Parum est proximos æquare terminos, & possessiones suas uelut
 quæsdā gentes fluminibus montibusq; distinguere. Iam etiam deuos saltus, & syluas ua-
 sta solitudine horridas occupant, tot aquæ intra paucorum umbram latent, è finibus suis
 populus excluditur, nec ullus procedentis finis est, nisi cum & in alterū diuitem incide-
 rit. Ad huc tamen spolia transeuntū, & abacti pecorū greges sub hoc titulo defendeban-
 tur, iam priuati ueneni transcriptio est. Iterū ac sapius iudices admoneo, cōsiderate, disci-
 te, aut nihil usquam contra ius licet, aut in priuato omnia. At enim aduersus inferentem
 damnū iusta ultio fuit. Dicam nunc quàm iniqua sit inuicem iniuriæ cōpensatio, quàmq;
 non solum legi aduersa, sed paci? Barbarorum mos est populorū, quos procul omnis iu-
 ris humani societate summos proxima belluis natura efferauit. Nos ideo magistratus
 legesq; a maioribus nostris accepimus, ne sui quisq; doloris iudex sit, & assidue scelerum
 causæ se refellant, si ultio crimen imitabitur. Damnū accepisti. Erat lex, forum, iudex, nisi
 si uos iure uindicari pudet. At mehercle iam ad arma mittimur, & instituitur pernicio-
 nocendi cōtentio, & in uicem legis ira succedit. Premetur quidem obnoxia infirmitas, &
 paucorū dominio subiecta plebes triste seruitiū perferet. Est tamen & pauperibus inte-
 rim dolori, & ut facilius nobis noceri potest, ita uobis latius. Postremo placeas licet tibi
 opum tuarum fiducia diues, si mihi uiuere nō expedit, pares sumus. Quid ergo? Si quid ti-
 bi damni attulissent apes meæ, nō mihi auferetur ratio, sed forsitan aliqua daretur & tibi.
 Nunc uero quid quereris? Credo depopulatos agros, euerfosq; redditus. Non enim des-
 bet leue esse damnū quod diues ferre non possit. Decerpebant, inquit, flores meos. Et
 quid intelligitis iudices quanto dolore dignum sit quod ego perdidit, si etiam hoc damnū
 est, flores auferre? Ita planè. Alioqui tu illos in uetustatem reseruabas, & durarent adhuc
 nisi ad hortum tuum apes uenissent. Cuius rei inueniri potest breuior ætas? Nanq; dum
 immaturos exterior alligat cortex, nondū dixeris florē, paulatim deinde uiuidiore succo

L

Hoc est vastato
 agros

tumescit uterus, & albentes accipit rimas, nec dū tamē flos est. At cū se ruptis iam tunicis in patulum capita fuderunt, & uelut fissa in orbem, iamq; eorū uidetur maturitas, & ignotus occasus est. Etiam sine uentis quoq; soluta natura, labitur gratia, nec quisquā est flos nisi nouus. Quare si dicerem, abstulere peritura, & quæ protinus humi iacuisent, in usus hominū cōuersa, inauditus tamen liuor uideretur etiam apibus inuidere. Nunc uero distulerendū mihi est, quā momentosa sit huius animalis rapina. Nescimus qua pernicitate plerunq; uix cōtactis floribus reuolet, discurratq; per singulos uelox experimēto, quā etiam ubi immorabantur, libratis pendeant alis. Quis unquam quod ferentē apem uiderat, ubi deesset, inuenit? Quantulum uero est, quod ex his manu consitis floribus, legant? Prata syluæq; uel maturæ fluctibus uites, & fragrantēs thymo colles (quantū coniectura suspicari potest) pabulū ministrant. Nō ex omnibus floribus carpunt utilia operi suo, sed in omnibus quærunt. Præsens & quidem protinus illa redditur merces, qd̄ omnibus quibus infedere, odorem mellis inspirant, & breui cōtactu uim sui relinquūt. Hoc tu damnū intelligis, hoc ueneno uindicas, quod mehercle inhumane etiam fumo prohibuisses. An nō te solus uicinus coluit? Non frugum mearū primitias omni uere misit? Non si quis ceris nouis candidior incidit fauus, tuis reseruatus est mensis? Cum paruis mediocritate munusculis illa semper adijceretur cōmendatio: hoc tibi mittunt apes meæ. Puto relata est mihi gratia. Admonui, inquit, & ut transferres denunciaui. Idcirco cōtumacem meritō puniisti. Non enim uideo quid aliud patrociniū tuo cōferat hæc denunciatio superuacua, si nō licuit tibi facere quod queror, iniusta: si licuit, iusta, aut sine ista, aut ne cum ista quidē ualeat? Pudoris uero quod uelamentū est, male audere, culpam defendi superbia? Aut tandem tuas pecudes quamuis diffusa stabula nō capient, tibi om̄e armentis mugiet nemus, tu gregibus arua sulcabis, & ad excolendos agros procedet ignota etiam uillicis familia, tuis horreis populi annona pendebit, nec tamē inuidebimus, nec quisquam tam graue putabit sibi istud fortunæ tuæ pondus, nos si paucas apes intra angustias pauperis horti cōposuimus, quæ tamen uobis mella faciunt, id prorsus indignum ferendū est, & quod nunquam fando cognitū est, uicinus diuitis pauper molestus est? Adeo parum est plurimum possidere, ut cū seruis quoq; uestris habere peculiū liceat, inuidiosum nobis putetis, quicquid egestatis nomen excefferit? Tanto ne his in hac ut putamus æquissima libertate, legibus uiuimus, ut nobis habere medelā non liceat, uobis liceat habere uenena? Postremo quidem diuitis patrociniū non putauit iudices respondendū, nisi rideri uestram maiestatem cōtumeliosa defensione nō ferrem. Vltro enim, inquit, ad mortem uenerunt apes tuæ. Ita planē. Alioquin tu uenenū floribus dederas. Impudentiæ ne iudices eius assignem, si hoc mihi apd̄ uos obtinuerit, an stultitiæ si sperauit? Si uenenū homini dedisset, diceret ipsum labijs admouisse pocula. Si percussorem posuisset in saltu, ipsum in insidiis ultrō uenisse clamaret. Si telum abiectasset in tenebris, illatū sua culpa cōtenderet. Ego iudices quid dico? Duo esse sola quæ om̄i in crimine spectanda sint, animū & euentū. Quid animus diuitis fuit, cū uenenū sparsit? Ut apes perirēt. Quis euentus? perierūt. In summa iudices, quis dubitet quin damnū ei sit imputandū sine q̄ nō accidisset? Intelligo neq; prudentiā uestrā fidem ac religionē egere exhortatione uere iudicandi. Quid moror igitur? Tenet me dolor, & assuetæ uoluptatis desiderium. Sunt quædam in hac causa, quæ sarcire pœna nō possit. Maior forsitan materia uideatur affectus. Si pauperes amare nisi paria nō possumus, & necessario nobis pretiosa quæ sola sunt, animū meum extinctæ unius horæ momento tot animæ mouent, quot perierunt de me bene merita. Quin ipsum leti genus addit indignationem, ueneno perierunt. Quis hoc ulla satis prosequi possit inuidia? Apes ueneno. Hæc illis gratia refertur, quod fructibus nostris inuigilant, quod quotidiana statione laboris assidui ne damno quidem submouentur. Nam & cætera animalia uidetur mihi natura uisibus nostris genuisse, hæc etiam delicijs, cum eo quod in illis quæ uel sciendo solo, uel maturando itineri cōparamus, multus ante redditus infumitur labor, & cum perdomanda, cū alenda sint, nihil tamen possunt sine homine, & tantū coacta profunt. Apes faciunt iniussæ fauos, sine ullo rationis humanæ ministerio totus fructus ultrō uenit. Adijce quod cætera animalia, aut satis incurunt, aut uitibus nocent, primaq; ut fama est, ho-

stia causa pecudi fuit læsa fruges. Harum ita innoxius per prata syluæq; discurret labor, ut tantum factum opus appareat. Qua satis digna prosequar laude? Dicam animal quod dammodo paruū hominis exemplar? Hoc humana excogitare nō potuit solertia. Etiam ratio nostra, quæ sub terris lucrū inuenit, quæ maria inquisitione sua sideribus immiscuit, hoc tamen efficere, consequi, imitari nō potuit. Venena potius inuenimus iam primū futuræ laudabilis uitæ digna pincipia. Non illas libido progenerat, domitrixq; omnium animalium. Venus, utq; homines in excusationē sui fabulis tradiderūt, etiam deorū posteritas has regnis suis excepit. Absent inimica uirtutū uoluptas castis sine labe corporibus. Solæ omnium nō edunt fœtus, sed faciūt. Ipsæ paulatim sicut stipatæ sunt per mella uiuiscūt, & ut oportet animal laboriosum, ex opere nascitur. Inde ut adoluit iuuentus, & ad similes labores ætas roborata conualuit, relinquitur liber parentibus locus. Et ne coacta in angustū multitudo noua turba labore, quasi habita uerecundiæ ratione, cedit populus minor, suspensumq; proximis ramis examen humanas manus expectat. Acceptas cū fide colit sedes. Et cum ingenia nostra, quæ nos scilicet ambitiosi nostri æstimatores proxima diuinis credimus, ad percipiendas disciplinas multo labore defudent, nulla apud nisi artificum nascitur. Quid credas aliud quā diuinæ partē mentis his animis inesse? Quid præcipuum referas? Non ut cætera animalia per pastus uaga incertum quieti capiunt cubile, noctis arbitrio semper habitatura, sed tutas sedes continent, urbes rectis, turba populos initantur. Non ut feræ uolucres, non ut præsentis modo cibi memores in diem uiuunt, duraturus hyemi reponitur uictus, & repletis uere cellis tutus annus est. Etiam cū ad humanas usus opera subducta sunt, reparare amissa contendūt, & labor damno incenditur, & nunq; deficit animus anteq; locus. Quid qd̄ inter animalia quæ nō uerba cōiungūt, nō uerba rationis inuicē negant, tantus operis consensus est, tanta difficilimæ rei, laboris cōcordia? Nō humano uitio in proprios quæq; usus lucrū ducit, in publicū uiuitur, & cōmunes opes congeruntur in medium, nec fas est delibare gustu, priusquam plena horrea securos spondeant menses. Quis porrō tantus ardor operis, quæ ue officiorū partitio, ut aliæ cōgerant onera, aliæ accipiant, aliæ liniant? Quæ seueritas in castiganda inertia? multa dictū uisūq; miranda, præuidere tempestates, nec dubio se cælo tradere, nec ultra uiciam nubilo tendere. Nam si leues iniquior aura rapuit, ad dirigendos in destinata cursus modico lapilli pondere librare pennas. Illas maiorum pectorū totis pro rege castris procurrere, & inire bella, mortemq; honestam pro duce oppetere. Adijce, quod si quas aut ætas longior, aut morbus opprellit, efferuntur prius corpora, posteriorq; operum quā funerum cura est. Quid illigare cruribus flores? quid ore succos in publicum ferre? Mem tamē ipsius operis præcipua admiratio subit, nō est temere, nec fortuitam figuram, & fedes modo reponendis cibis quasisse credas, rudis cera cōponitur, accedit uisibus inenarrabilis decor. Nam primum tenacibus uinculis fundamenta suspendunt, tum ab exordio in omnem partem opus æqualiter crescit, nec quicquam ex inchoatis paruū est, quod non sua portione perfectum sit, iam nec alia parte opus esset. Geminationes cæris imponitur, & cum foraminibus tantum spatium detur, quantū ad generanda examina puram spem capiat (ipsi enim sibi inuicem anguli hærent, & ita mutuo uinciuntur atq; alligantur, ut qd̄ uoles id medium sit) his textis ne uniuersi mellis effluat pondus, intersepta onera cluduntur. Quis non stupeat hoc fieri posse sine manibus? nulla interueniente doctrina hanc artem nasci? Quid nō diuinū habent, nisi quod moriuntur? An uero autorem uini Liberum colimus, primitiæ frugum Cereri referuntur, inuentrix oleæ Minerua narratur, mella genuisse minus est, & interponenda gustus uoluptate tantum effecisse, quantū ne ipsa quidam rerum natura per se potuit? Ad plurimarum incurfus ualetudinum remedium est, & præsentissima medicina. Nam quod ad cibos quidem pertinet, diuites uiderint. His animalibus aliquis insidiari potuit, & insidiari quare mella faceret. Hæc pestiferis succis exquisita per fraudem morte confecit, & quod sit indignissimum quo facilius deciperet, fortasse uenenum melle permiscuit. Quæ tam inhumana crudelitas? Quis tam inauditus liuor? Nihil enim est quod utaris patrociniū tuo diues, paucorū damno foliorum doluisse te simulat. Dum meas apes occidere uis, flores tuos inutiles fecisti.

PRO MERETRICE,
Argumentum Declamationis XIII.

Meretrix amanti suo pauperi dedit odij potionem. Adolecens desijt amare. Accusat illam ueneficij.

Pro iuvene contra meretricem.



ENTIO Iudices hanc quoque calamitatibus meis accessisse nouitate, ut uobis nondum uidear odisse. Nec me praterit plurimum perire de nocentissima potione inuidia, dum me putatis adhuc impatientia priore miserum. Quæso tamē uel hinc totam delati sceleris probationē grauitas uestra prospiciat, quod dolori meo querelæque non creditur, nec amo qui accusare possum, nec odi qui amare malle. Quid est aliud quod bibi quam uenenum? Licet igitur nocentissima foeminarum rideat quod accuso, & in manifestissimi sceleris confessione per ludibrium malorum euadere tentet meorum, nō hoc est quod hodie me torquet ac lacerat, quod à deterrimæ mulieris charitate discessi, sed quod remedij mei patior dolorē. Fidem iustitiæ, fidem seueritatis humanæ, ne meretrici prosit, uel quod præuaricatione uideor explicatus. Pro me forsitan fuerit, ut amare desinerem, contra me inuentū est, ut inuitus odissem. Hoc primū itaque iudices à clementia publica peto, ne quod uidetis tristem habitu, dirumque conspectu, uerbis asperum, contentione terribilem, mores putetis. Hæc est illa sanitas mea, hic omnium in hac corporis mentisque dierum noctiumque feritate, ille modo lætus, ille (si creditis) nimium remissus amator excaudui. Misere mini iudices, ne uobis uenefica sic imponat, tanquam hoc mei charitate commenta sit. Suum animum, suum tantum secuta fastidium est. O dii, potionem contra se nemo dabit homini, nisi quem oderit. Quæso itaque obtestorque uos sanctissimi uiri, ut calamitatis meæ penitus uelitis æstimare mensuram. Perdidit infelix quod quandoque potui amare desinere, patior necessitatē rei, quam breuiter utique noluissem, excogitatur contra animum futuramque rationem, ne quod relinqueretur meus esset affectus. Iterum cum meretricem compositus sum, rursus in se cogitationes meas, rursus retorfit oculos, & hominem quem ab incommoda charitate uel færitas, uel ætas, uel fortunæ suæ fuit dimissura conditio, ad perpetuam impatientiam uiribus nimis diuersitatis implicuit. Hoc solum insanabile mortis genus est, ut odisse cogaris. Festina ad complorationem præsentis doloris animæ, festina, sed te à prioribus malis recēs abducit indignitas, altius gemitus, altius querela repetenda est. Cū meretricis sit quod amator odii, cuius putatis esse quod pauper adamaui? Non quidē ego iudices ex illis unquam fui, quibus nobiles opes, affluentes indulsit fortuna diuitias, quorum felicitas capere posset in amore luxuriam. Habui tamē unde ad uitæ necessitates, concessa gaudia, parca mediocritate sufficerent. Ideoque meretricem tantū, & quæ certissima est in uoluntate frugalitas, una fui semper eademque contentus. At ista seria, grauis, quæ nunc amari recusat, o quam uoluit amari, quibus artibus, qua calliditate miseram simplicitatem meam sollicitauit primum, deinde tenuit, donec quantulumcunque substantiam in huius sinus credulus, iamiamque securus amator egererē. Iam frustra captauit uideri miserari conditionē in qua nos ipsa detraxit. Breuiter totum nocentissimæ mulieris accipite facinus, pauperem me fecit, deinde ferre nō potuit. Siue enim iudices communium, quæ ad corrupendas expugnandasque mentes excogitat ingenia, meretricem placuit experimentū, & in me tentatū est, quantum quis amare, quantum quis posset odisse, seu mulier omnibus exposita mortalibus, uanitatē fastidio mei despectuque captauit, ei fama inde quæsitæ est, ut à solis uideretur amari debere diuitibus. Non erat profecto quod paulo ante patiebar, iam tunc noxter affectus, quod scortorum foribus hærebam, quod (si istis creditis) paupertatem in lupanarium obsequia transtuleram, pallor & deformis macies inde ueniebant, unde nunc quod excaudesco, quod fremo. Nunquam hoc tantum meretrix sit, quemadmodum nō ametur. Quod negari igitur iudices non potest, uirus homine firmius, mente constantius, quod immodico ardoris æstu, & exudante impatientia possit etiam recusantis animi dolorem compescere, diris utique carminibus & feralium præcantationum terrore permixtum, lenitate uultus, & blanda porrigentis dissimulatione protectum, iam perulstis, iam laborantibus uisceribus infudit, & hominem solatijs potius ac mollium remediorum ratione

tionem tractandum exasperauit ira, dolore conclusit, magnaque miserum commutatione renouauit. An fecerit iudices ut amare desinerem, uos æstimabitis, fecit ut amare malle. Explicatū me putatis, & ab incommodo hilariorē dimissum? Nunc nūc me fateor debere sanari. Habet aliquod solatium quisquis in amore miser est. Leuior est calamitas cui blanditur aliquid de uoluptate lætitia. Nunc infelix uror ac laceror, nunc me retinere, nunc regere non possum. Crudelius est odisse meretricem. Ueneficij ago. Seposita paulisper iudices noxiæ potione inuidia, nōne uobis uidetur implere sceleris fidem, quod abstulit fidem conditio personæ? Ueneficium iudices tota uita meretricis est. Parū se lenocinijs, parum putant agere mendacijs, & cum omnis ad expugnandas mentes cura collata sit, non sufficit tamen ut de sui charitate corpori credant, in hoc nocturno dierumque sollicitudo consumitur, quemadmodum de libidinibus fiat affectus, qua ratione transeuntia quod tidie desideria teneantur, ne cui prosit offensa, ne quem explicet pudor, ne quem satietas aliquando dimittat. En quam putetis ignorare quibus uincatur oculis, quæ per incommoda desideria flagrantis mentes corrumpat primum, deinde consumat, cum sciat quibus oscula, quibus arctissimi rumpantur amplexus, quæ pro lætitia dolorem, pro blanditijs gaudijsque tristitiam præcipiti uelocitate substituunt. Infinitum est quantum ex hoc medicamento deprehendi possit notitia peiorum, nemo scit tantum remedium. Tentat iudices mulier impudentissima sceleris inuidiam nomine potione effugere, & uenenum negat esse tantum, nisi quod occidit. Facinus est iudices euadere nocentes, quia iam facinus plura deuitat. Quid refert animo noceat aliquis, an membris? Eodem scelere porrigitur omne quod non licet. Vnumquodque ex his quod datur uenenum est. Excusatio mehercule adhuc pro sexu tuo, pro conditione mulieris, sed ut illa nosse gratia tui, desideriumque posset ingerere nolentibus, excogitasti per quod maritos à coniugum charitate diducas, per quod inuentum mentes abiungas ab alijs fortasse meretricibus, odij medicamentum nunquam ideo tantū meretrix habuit, ut illo contra se uteretur. Me quidem iudices si quis interroget, in comparatione ueneficij de quo queror, minus odisse debeat, quod occidit. Et si qua ex ipsis quoque mortiferis mitiora sunt, quæ statim tota uelocitate grassantur, & dolorem inter exitum uitamque non detinent, ita crudelius quod sic ordinatur, ut corporis parcat inuidiæ, & sit tantum animi uenenum. Quid agis? non est noxium uirus nisi quod occidit? Quid ergo uocaremus illud quo lumina sola raperentur? quo pars aliqua membrorum debilitate languesceret? Tu te ueneficam negas, quæ potes potione facere, quantum offensæ, quantum ira, quantum dolor? Amabit cui permiseris, execrabitur ille quem iusseris, accipiet à te desideria nostra ortum, finem, modum. Sanè & amor & odium naturalis uideatur affectus, ueneficium sunt cum iubentur. Quid quod non potest non habere uim ueneni, quod contra uoluntatem homini datur? Video cur sibi medicina permittat corporum uitia membrorumque morbos infusis medicaminibus expellere, & sine animæ spiritusque contagione, quæcunque extrinsecus accidunt, potione uincuntur. Non potest ullus affectus sedibus suis per uirus expelli, nisi totorum concussione uitalium, & cum anima constet ex sensibus, quæcunque auferre tentaueris, illa statim prima nostri parte prioribus retento confectoque quod petebatur, reliqua quoque uiribus uicinæ tabis expirant. Quædam formæ medicamina possunt aliud uocari quam uenenum, dare quod non licet, non est aliud quam ueneficium. Quantum nefanda de poenis humanis excogitare potuisti? Innocentius mehercule fuerat ut amaret aliquis inuitus. Potionem excogitasti qua bella committere, qua se totum humanum genus posset odisse. Potest efficere ut non ament liberos parentes, ut propinquitates, ut fratres, ut amicitia se collidat. Odij potionem nemo accipit, nisi contra hominem, quem nō debet odisse. Tentat hoc loco nocentissima foeminarū de scelere suo facere beneficium. Meretricem, inquit, amaueras. Differo paulisper iudices affectus huius excusationē. Dixeratque, quantum in hoc contumeliæ est, quod sibi meretrix uidetur adamata. Tu tibi cuiusque affectus censoria grauitate præstabis? Tu tibi æstimare permitis, quæ frequenter aliquis lupanar inuict? Tu cui non licet excludere debilitates, fastidire sordes, exposita ebrietatibus,

addicta petulantia, & quæ nouissima uilitas est, noctibus populocq; concessa, mores iuuentutis emendas? Aequiore animo feras, ut meretrix uelit adamari. Eras, inquit, amator, & pauper. Volo iudices sic apud uos paulisper agere, tanquam in hoc me affectu propinqui amicicq; castigent. Non ego alicuius matrimonij corruptor inuigilo, nec efferas cupiditates per illicitos duco complexus. Inuentas credo meretrices, ut esset aliquid quod liceret amare pauperibus. Nullam ego circa corpora ista consistere impatientiam puto. Diliguntur immodice sola quæ non licent. Ut in furorem charitas aliqua coalescat, opus est difficultatibus. Breuis de concessis, sed statim satietati uicinus affectus est. Non fouet, non nutrit ardorem concupiscendi, ubi frui licet. Et quæcunq; in mentibus circa permissa coalescunt, non sunt desiderij, sed uoluntatis. Hoc ipsum tibi mulier obijcio, quod nos in fabulas sermonesq; misisti. Solus debet amare meretricem, quem meretrix oderit. Pauperi dedit odij potionem. Quid illam putatis dedisse diuitibus? Si meretrix repente nobis cõtingerent opes, iterum nos in sui charitatem alia potione reuocaret, & ista nunc seria, grauis uellet impatientia priore retinere. Meretrix pauperẽ amatorem propter se tantum nõ potest pati. Amanti, inquit, dedi. Hoc si remediũ est, detur scienti. Prima pars sanitatis est, ut libenter accipiat. Quinimo cur non potius datur amaturo? Quanto melius, quanto prouidentius, & minore bibentis dolore constabit, ut adhuc labentem aggrediaris animum, ut tum adolescentis ardoris impetus in paruís extingatur elementis. Eo tempore das potionem quo pariter duos patiar affectus. Aliam impatientiam paras, & accipio odium, quia iam amorem ferre non possum. Non desino, sed esse aliud incipio, nec emendor in amore, sed transferor. Illa uero sunt remedia quæ fugatis morbis causisq; languoris postea nõ sentiuntur, & ea tantum innocenter dantur, quæ potentia suæ qualitate consumpta desinunt, cum profuerunt, tu mihi dedisti quod semper exasperaret. Perpetua res est odisse sine causa. Ducam licet uxorem, te tamen odero, in peregrinas expeditiones patria dimittat, te tamen cogitationes sermonesq; respicienti. Quid interest quemadmodum possederis animum meum, quemadmodum mihi à te non liceat abire, discedere? Fecisti ut te ubiq; persequar, ut meis fortassis manibus inuadam, uelim dare uenenum. Qui meretricem odisse non desinit, amator est. Sed infelix miseraris mei. Quid ergo sanitate tam rigida? Paulatim potius ratione compeisce, misceantur consilia, blanditijs ueritas temperetur. Alioqui non est quod abigas, quod expellas. Exasperant necessitates, & in amore contentio semper accendit. Adiuuabit te interim libertas ipsa qua fruor, tempus, satietas, & fortasse amator alius admonens conditionis. Sed inter oscula, inter amplexus, paupertatem non tanquam exploraris, sed tanquam miseraris allega, quanquam quid opus fide, si ne curer ut desinam, si quantum affirmas inuitum miseraris ac diligis? Amatori unum remediũ est, amari. Si tamẽ necessariam putas emendationem, quam multa sunt amanti remedia citra uenenum: exclude, dimitte, fastidium posset quantum nõ posset prestare paupertas. Fac ut me potius ipse castigem, ut erubescam, ut aliquando desperem. Is tantum in amore sanatur, qui quod desinit sibi debet. Homo igitur qui merito indignarer, si hoc tantum fecisset aliquis, ut diligere desinerem, quanto iustius queror, factus cum iam sum alius infelix, alia patiens? Decipiunt uos rerum falluntq; nomina, & ille qui odit, de amore miser est. Nõ refert animi quid nimum uelis, & inter sanitatẽ languoremq; nihil interest, si utrunq; ferre nõ possis. Frustra mihi quisquam blanditur remedio, cuius patior tormenta, cruciatus. Aliud est ut amare desinas, aliud ut oderis. Recessisse nunc me tantum putatis ab amore meretricis? Ablatus est mihi ille hominis melior affectus, perdidit miser quicquid est unde gaudium, unde uenit uita tota latitia. Amor ille per quem rerum naturæ sacra primordia totiusq; mundi elementa creuerunt, qui tenet nunc figitq; rixantia, & de contrarijs depugnantibusq; seminibus molem perpetuæ societatis animauit, fugatus eiectusq;. Nõ habeo infelix affectum, quo quandoq; possim ducere uxore, amare liberos, appetere amicitias, sperare conuictus. Quisquis odij medicamentum biberit, unum fortassis oderit, sed amare neminem potest. Dij immortales quid ego hausi? quale uisceribus uirus ingestum est? Non fuit illud unum uenenum, bibi miser excreationis

erat: omnis quicquid totius mortalitatis ira cõtulerat, quod erat omnium furor, omnium serpenitium congesta rabies. O dii, medicamentum quod aliud est quam assiduus animi labor, perpetua tristitia, & homo ab omnibus gaudijs in cõtubernium doloris adductus? Fieri nõ potest ut uirus tam impotens semel in uiscera receptum sit, & in unum tantummodo sensum, mandeturq; quousq; dominetur. Ecce iam mulier odi, quid tamẽ adhuc facere illud in uitalibus putas? Paulatim se necesse est per totum diffundat animum, & quamuis primo statim haustu illud expugnet in quod datur, breui tempore in nominis sui potentiam omnes reliquos stringit affectus. Medicamenti cui tantum contra animum primum licet, prima fortassis uis erit odium, exitus iste, ut uenenum sit. Respondere iudices illis libet, qui me paulo ante dicunt in amore fuisse miserabile. Quanto crudeliora, quanto grauiora patior, qui dicor explicitus? Modestior cum amarem, & quietior fuerat sane pallor in facie, sed ipsa quoq; comis, optanda tristitia. Inueniebam colloquia, merebarq; sermones: nunc me omnes fugiunt, auersantur, oderunt. Tum frequenter à lupanari diducebat pudor, abijciebat occursum, nunc publica detinent, conqueror, assisto, conuicio. Proh miseranda conditio, rideor ubiq;, narror, ostendor, ego sum tota ciuitate meretricis inimicus. Si patior miser illas lupanarium insultationes, illa corruialiũ maledicta conuicia, non possum satis tormentorum exprimere mensuram. Odi, nec unquam uisus sum magis amasse. Intelligitis puto iudices hominem qui tantum ad uos detulit animi mentisq; cruciatus, & pro uita queri. Sed potio infelix, quicquid est per quod paulatim proficitur ad mortem, assidue mecum rixatur affectus, & breui necesse est consumar. Quotidie uincor. Quæ putatis esse tormenta, quem dolorem, cum mens uetatur oculos sequi, cum à luminibus suis animus abducitur? Quod non proficit, hoc superest ut occidat. Me infelicem, si uenenum istud non habet mortem, si mihi inter hos dolores longior uita ducenda est, cur ego post hoc animi uices commentaq; prospicio? Si meretricis impatientia omnia licent, hoc erit remedium, ut amare rursus incipiam.

Ex superiore argumento Declamatio xv.
Pro meretrice contra iuuenem.



HTS Iudices ita à natura comparatum est, ne sit ullus iustior dolor, quam beneficij sui perdidisse rationem, nihilq; grauius afficiat conscientiam bonorum, quam quotiescunq; nulla merita ceciderunt, nõ efficiet tamen nefandum præsentis reatus indignumq; discrimen, ut misera puella nõ gratuletur sibi, quod illam pauper accusare iam potest. Timuerat infelix ne remedio suo sic repugnaret pauper, ut magis amaret, ne iuuenis in omni genere animi contentiosus ac pertinax, potionem illam dolore coacta sanitatis expelleret. Bene quod & terribilis & minax est pauper, quod poenam nostram, quod sanguinem petit, non expectes ut statim gratias agat qui sanatur inuitus. Nobis tamen iudices hodiernam pauperis mentem non prima fronte tractantibus miserrimis iuuenis nondum uidetur explicitus, & si bene prioris ardoris impatientiam noui, quod maxime facit, ira, non odium est. Alioqui si profecisset remedium, & à pristino furore iam liber animo intellectum sanitatis admitteret, omnem adhuc puellæ uitaret occursum, non sibi crederet ultionem, & ipsum quoq; iudicij timeret adire complexum. Deprehensa est puto nouissime potionis superuacua persuasio. Amat iudices, amat, qui queritur quod non ametur. Quid agam iudices hoc loco? sub quo tempore dare mores, referre probitatẽ, amare rursus pauper incipiat. Siue enim iudices malignitas est persuasione humanæ formam uacantem uocare meretricem, seu miseræ nomẽ id imposuit aliquis amator: cui cum corporis bonis fortuna non dederat, unde feueri matrimonij castitati sufficeret, laborauit necessitatum suarum custodire probitatem. Nullius unquam per hanc matrimonij turbata concordia est. Nemo questus est pro filio pater. Nemo exhaustus facultates in audissimos sinus poenitentia dolore defleuit. Tentet licet, ingratus iuuenis inuidiam miseræ facere prioris affectus, non poterit obijcere meretrici, & quod amarit, & quod amare deserit. Ne quem igitur accusator ac prima,

fortuna suae comploratione decipiat, tanquam meretricis charitate consumptus sit, securi estote pro innocentia nostra, talis incidit, talis adamauit, nec habuit quod perderet in tam immodico ardore, nisi mentem. Vidistis enim notissimum tota ciuitate miserum. Cum lupanari noctibus diebusque deseruiens, & quamuis indulgentissimae puellae simplicitate frueretur, modo tamen maledictis opprobriisque uulgi, modo crebra riuulium contentione pulsatus, abigi tamen compefci non posset, mouit mitissimam puellam hic infelicis affectus. Laboranti prima sui uoluit facultate succurrere, sed quicquid indulserat, fouebat ardorem, quaeque in hac impatientia, prona persuasio est, quia nihil praestanti meretrix tam saepe contingeret, amator sibi uidebatur. Postquam nihil miseratio, nihil proficiebat humanitas, tentauit asperitate discutere. Poposcit, exclusit. Non defuerunt misero preces, adhibita sunt ex ipsa iuuenis conditione consilia. Sed ista uincebat, & uires amoris impedimenta perdebant, donec intelligeret hominem qui explicari ratione non poterat, necessitate seruandum. Puto iudices frustra male audit in immodico pauper ardore. Meretrix magis amauit hominem, a quo noluit amari. Consumptis igitur optima foeminarum cunctis indulgentiae seueritatisque consilijs, dum apud omnes de pauperis sui amore conuerteretur, incidit remedium, quo iam dicebatur alius amator explicitus. Quae prima igitur medicamenti pariter ac dantis integritas est, non negatura porrexit, adiuuit deinde quod dederat, imperauit sibi ne quas admitteret amplius preces, ne querelis assistetis, ne lachrymis moueretur, exclusit. Vultis scire iudices ubi sit medicamenti quod obijcitur totus affectus? Quisquis odium dedit, omnia post hoc facit, ut debeat amari. Quando iuuenis hoc melius in forum aliquando uenisti? Incipis agere seruum, grauem, iam leges, iam iura loqueris, conuicias, maledictisque meretricibus. Hunc tu animum modo inter libidines ac scorta perdebas, macie notabilis, pallore deformis, solaque impatientiae tuae fabula notus. Perieras infelix nisi bibisses uenenum. Veneficij agit. Credam mehercle iudices ad subscriptionem huius immanitatis expectasse publicae seueritatis aures, quodnam seculo nefas nunciaret hic gemitus, quae profiliret orbitas de nouercalibus quaesitura commissis, quem pestiferis haeredem medicaminibus enectum tristis comploraret affinitas. Non pudet ergo quod uacatis lupanarium querelis, & ad uos deferuntur amanti rixae? Videtis hunc accusatoria fronte terribilem? oscula poscit, destitutos queritur amplexus. Vultis uos abire potius in uestra secreta, ibique gaudia querelasque mutata conuersatione consumere? Non agnoscunt leges ac iura miseros. Hic audiuntur seriae calamitates. Non est ultione dignus, de quo potest efficere meretrix ut queratur. Et quando unquam iudices audistis de ueneficio uiuum querentem? Facinus hoc semper ex mortibus accepit inuidiam. Si latrocinium probes, cruroe, uulneribus; si sacrilegium, spolijs numinum, praedaeque templorum; ita ueneficium si arguas, oportet ostendas putre liuoribus cadaver, inter efferentium manus fluens tabe corpus. Ut iam istud obijcere possit & uita, debet aliquid esse passa, quod inuidiam mortis imitetur. Veneficium uoca quod caecitate grassatur, quod in aliqua deprehenditur debilitate membrorum. Profer aegedum corporis notas, in quas se noxiae potionis uagus feruor effuderit, ubi depasta senectus uisceribus sauitura confederit. Aspicio par laboribus corpus retinere sua ministeria, sufficientem animum serijs actibus, accusatoria firmitate robustum. Crede iuuenis omnibus, qui te modo noueram, nunc acrior erectiorque resedit in sensus uigor, in membra sanguis, uiribus uelut nouae iuuentutis exultans. Bibisse te medicamentum probare non posses, nisi meretrix fateretur. Quod si permittitis iudices, ut quicquid extra consuetudinem datur, ad huius uulgi referatur infamiam, beneficium male audiendo uitetur sanitatis, statimque merebitur sceleris inuidiam, quicquid profuerit inuito. Illud tantum noxium uirus uocauere leges, quod non admitteret interpretationis incertum. Iniquissimum est uenenum uideri, quod in potestate bibentis est an sit remedium. Sentit iudices iuuenis crimen quod detulit, nec nomine, nec affectu scriptionem legis implere, itaque ex uocabulo mulieris quaerit inuidiam. Meretricem, inquit, accuso. Nescis, mihi crede, iuuenis sceleris quod detulisti qualem mihi debeas probationem. Rem expecto mehercle, ut sit ante omnia minax uultus, feralis habitus, horreant squalore crines, rigeat super nefandas cogitationes efferata tristitia. Facinus quod dicitur inquietare superos, sidera

ra dia

ra diris agitare carminibus, tumulos, busta scrutari, & amputatis cadaueribus ipsas in scelus armare manus, fieri non potest ut autorem suum non statim primo prodat aspectu. Videtis ueneficam non horridos uultus, placidamque faciem. Si cogitationes, si consilia pertractes, sola cura de forma est, omnis in hoc collata meditatio, ut sollicitet aspectu, sermone detineat. Audio subinde exactas mero noctes, tua mulier conuiuia perditas amantium rixas. Meretricis unum ueneficium est, ne desinat amari. Nunquid inique iudices in tanti sceleris subscriptione deposco, ne nominibus reos uelitis aestimare, sed moribus? Venefica tua quid prius unquam, quid simile commisit? Cuius per hanc expugnatus animus? Quis queritur iuuenis, quis senex, quis diues, quis pauper alius? In te ergo sola uenefica, in te tantum aliud ista quam meretrix. Vultis integritatem puellae breuiter probem? Hanc quam nunc detestatur, accusat, amare mallet. Omnia iudices facinora, nisi fallor, causas uel de cupiditate, uel de simultatibus trahunt. Quod odium de amatore meretricis? Quae praeda de paupere? Odium, inquit, accepi. Et quid iudices? Satis me contra infamiam ueneni uel solum medicamenti nomen absolueret. Nec inuenio cur debeat idem uideri, quod non potest idem uocari. Aegedum iuuenis potionis imple huius immanitatem, dic, odium accepi contra coniugem, contra liberos meos, ut a sacris auocarer affectibus, ut pignora sancta despicerem. Illud odium in meretrice facinus est, quo utitur in sui charitatem. Ita uel hoc solum sufficit excusationi, quod illa contra se tantum dedit. Odium, inquit, accepi. Nunc te hic reposco iuuenis inuidia, quam fortunae nostrae paulo ante faciebas, dic, meretrix dedit, prostituta porrexit. O quam timueram, ne diceres, amatorium sibi. Consurge aegedum iuuenis, & totis corporis animisque uiribus imple susceptae accusationis horrorem. Est quod audiente tota ciuitate proclames: miseremini mei, adiuuate, succurrite, bibi medicamentum crudele, sauum, desij pauper amare meretricem. Iam iam non inquietis noctibus uagus uilissimi cuiuscumque perditos patior ictus, nec exclusus ante lupanarium fores postero diem peruigil amator expecto. Possum nauigare, colere terras, sufficio militiam, redditus est mihi animus quo fierem maritus, quo senectuti liberisque prospicerem. Quantum dii deaeque remedium conditioni bibentis ualuit, fecerat te potio ista felicem, si diuitem puella. Ita uel hoc non solum iudices innocentissimae puellae pro defensione sufficeret, quod nihil fecit sua causa? Amatorem dimisit, explicuit illa quae captare dicitur ut ametur quae sollicita, quae corrumpit affectus. Ingrate quanta de te potuerit gratia frui. Non quidem confers pretia, non stipendia, sed affides, sequeris, haeres, praestas comitatum, fauorem, laudas, ubique miraris. Hinc ergo iam meretricibus, quod illas etiam pauperes ament, quod facile contingant, quod laboribus exorentur adeuntium facies, hinc amator ut diuites ament, in crimen maximum captas transferre beneficium. Ut aliquis amare desinat, non nisi ab amante praestatur. Quid ais iuuenis? Ita bibisti potionem, quae finem cupiditatis daret, praemeret ardorem, desideria restingueret? Abi, recede, dum puellae publico generis humani nomine gratias agimus, quod hoc fieri posse monstrauit. Furor ille qui, si credimus, numina quoque detracta sideribus misit in terras, qui de sacris uenerandisque pignoribus monstra commentus est, ardor qui miscuit hominum ferarumque concubitus, ferrum, ignes, claustra laxabat, per intricata late maria fugiebat, uetatur, perit. Accipite quod magis debeat stupere, mirari, remedium amoris mulier inuenit. Desinite nunc incestum timere mortales, nulla pietas horreat nefandae cupiditatis instinctum. Quicquid non parentium mirae castigationes, non serij propinqui, non paupertas, non necessitas poterat efficere, haustus breuis, facilis, unus extorquet. O si quis odium posset omnium habere uitiorum. Felix profecto mortalitas, si reliquos lapsus incommodosque mentis errores fas esset infusa potione compefcere. Facinus est, quod maximum remedium gratiam sui, auctoris uocabulo perdit. Miramur hominem, qui illud contra meretricem dedisset. Tibi tamen ultra omnes immodica cupiditate flagrantem, tibi praecipue succurrendum iuuenis. Cuius homo conditionis adamaueras? Diuitijs opus est, ne simus in amore miseri, & im potentissimi mali difficultates illi fortasse non sentiant, quos contra fastidia caterosque contemptus explicat felicitas magna percundi. Felix profecto qui non nisi facultates in lupanari effudit. Tu perdis animum, ille aeternum bibis uxoriam, tu lachrymis rogas, pallore blandi-

M

ris & quod ad pessimum spectat euentum, miserabilis sis oportet, ut amator esse uidearis. Finge te nullum huius affectus sentire cruciatum, id amare te pauper saltem non pudet: homo cui non uacaret agere longa languoris otia, agrumque non deceret totarum noctium quiete excusare non possis, si tantum perdidideris dies, cuius census ex manibus, ex laboribus substantia, quem quotidie poscit ultra rationem, indies demersus amentiam pateris, felicitum oscula tantum amplexusque meditaris, & unde tibi calamitatis huius non potest nec uenia contingere, de uoluptate miser es. Expectandum uidelicet quando te fames, inopia castiget, sed inter ista coepisti. Quid iam facere potest ratio, consilium? Odio sanandus est, quem non explicat quod pauper adamauit. Non tamen intelligere possumus te, non solam fuisse paupertatem, iterum non opes tantum tibi, non facultates defuerunt, non erant, quantum uideo, propinqui, non amici, alioqui illi te potius nostra potionem sanassent, uel si ignorassent huius graminis uires, uinculis nexibusque tenuissent. Quid blandis affectibus impotentissimum eludis affectum? Datum est remedium dolori, qui saepe egit in laqueos, in praecipitia copulit, qui cruciatus laborantis animae uulneribus emisit. Quantum amor in hominem liceat, illi magis sciunt, qui amantur. Iunge nunc cum fortuna tua conditionem mulieris adamatae. Incideras quidem miser in puellam minime superbam, minimeque difficilem. Quaedam tamen non possumus circumire meretrices. Quam multa pro illis exigit sexus, aetas poscit, semper necessitas petit corporum, cultus poscit, tristissima stationis impatiencia. Totos infelix dies lupanarium foribus impendis, ut quando prostituta pauperi uacet. Contentione munerantium dilatus, exclusus otium meretricis expectas. Negatur tibi complexus, indignatione persequeris. Contingit, uerum felicitate corrumperis, spem gaudia parant, aduersa contritione. Ex utraque fortuna desideria coalescunt. Nobis crede qui uidimus quis tibi uni fuit corporis habitus, quis pallor, quam miserabilis, quam pudenda tristitia. Quoties tu uenenum bibere uoluisti. Non est igitur iuuenis, quod tibi queraris illam mitillimam partem humanae mentis ablatam, non charitatem, sed impatienciam, non uoluptatem, sed tormenta, non amorem, sed quod adamaueras perdidisti. Amoris (si sapientia sequamur autores) antiquissimum numen, & cui se natura debet aeternitas, sed ille mitis & serius honestis cupiditatibus, & uiribus sacrae charitatis exultans, ut qui cuncta praescae noctis opera caligine diduxerit primum, deinde miscuerit. Hic uero quo perditis uisceribus adhaeremus iniqui, lasciuientis adhuc aetatis instinctu tumultuosus ac petulans, telis funeris facibusque armatus. Praestat igitur ille mortalibus liberos hac usitata coniugij pietate, hic incesta, libidines, adulteria, meretrices. Referam non fabulosas immodici furoris prodigiosasque nouitates, conceptum nescientibus oculis ignoti hominis aspectum, formam suis in se luminibus ardentem, uirgines patrum senectute flagrantem, mortalium ferarumque uultus usque ad monstrosa foecunditatis onera perlucos. Ex omnibus tamen quae nobis petentibus extorquet affectus, hoc saeuissimum patimur, quod nemo uult in amore sanari. Ego tamen, inquit, amare mallet. Hoc est ergo propter quod opus odio fuit. Nihil agebant castigationes, nec preces, consilia perdebatur. Odio debet amator explicari, quae sanat adamata. Interrogare te hoc loco libet, nunquid accusare posses, si quod fecit medicamento puella, fecisset animo? Licuit te reposcere quantum numerare non poteras, fastidire, contemnere. Iam indignaris quod te maluit remedio quam dolore sanari. Mulier cui ad dimittendum amorem sufficiebat ut odisset, ipsa pro te commenta est, ut illam tu potius odisses. Finge tamen aliqua remedij tui sentire tormenta, arrogatissime miserorum, tu aut sperabas ardoris immodici felicem statim sanitatem. Quid si queratur ager abstinenciae dolore sanatus? Excussa sunt plerumque languentium uerberibus redemptaque debilitate uitia, ignibus, uulneribus interdum profutura grassata sunt, & quae fuissent mala sanitatis, in gratiam remediorum de maioris periculi comparatione redierunt. Vix mehercle contingere potest, ut hilares ab hac impatiencia latius discedant, quos pudor, quos facietas, quos poenitentiae ratio dimittit. Nec sine aliquo morfu resilitur a malis, quae uoluptate tenuerunt. Iterum materia amoris est desinere, nec queri. Opus fuit pari diuersitate, uiribus quantis adamasti, ne respiceres, ne frequenter in media sanitate subsisteres. Quale tibi remedium debuerit adhiberi, uel ex hodierno senti iuuenis affectu. Pro homine

homine qui post odium queritur quod non amet, partem fuit si amare desineret. Audi igitur ingrattissime, quatenus ad publicas aures secreta nostra proferre uoluisti. Dedi, quid enim, inquit, facere, quae remedia tua multa perdidisti? Ferre misera non poteram, quod iam te coeperunt omnes ridere meretrices. Repete aegidum illarum colloquia noctium, quibus te frequenter alterius, & fortasse diuitis amatoris iniuria receptum inter oscula amplexusque monui. Quid miser cum fortuna, quid cum mea conditione rixaris? Parce necessitatibus meis, duo pauperes sumus. Sed & tu quoties in sinus meos lachrymis fletuque resolutus exclamasti? Sentio furorē, sed imperare oculis, sed animum regere non possum, quam libenter te mulier odifsem. Non est igitur ingrattissime mortalium, quod beneficium nostrum nomine potionis infames. Remedium bibisti, sed illud odium tuum est. Quid? quod furis, conuiciaris, exclamas, non est haustus illius affectus, sed amor. Talis fuisti. Aliud sunt, alii illi, quos in uoluptates superfluentium facultatum mittit secunda felicitas. Improbis pauperes amant. Sic tumultuabaris admissus, sic moras, sic impedimenta ferre non poteras. Maledicebas populo, contuicabaris intrantibus. Cuius unquam feliciter commutata fortuna est, si tunc omnes oderas, nunc unam pauperem odisti? Quin potius iuuenis admittis consilij rationem? Quid agis infelix? Cur redditam modo sanitatem rigore nimiae contentionis exasperas? Praedico, testor, consumis odium, nondum totam mentem uis perfusa possedit, adhuc circa te duo maximi rixantur affectus, adiuua potius, adiuua potione. Contra dic aegidum quicquid est aliud quod tumultuatur, exaestuatur, totumque sanitas componat hominem. Tunc te sciemus amare desisse, cum deseris odisse. Et innocentiam quidem puellae satis (ut spero) defendimus, magnitudo periculi uocet preces. Consurge aegidum miserima foemina tua, reliqua defensionis tuae partem tuere lachrymis. Accusator quid speras? quid expectas? Ad genua tua non mittimus eam. Toto licet infelicem terrore conuenias, non exosculabitur manus. Mortem, suprema denuncies, te non rogabit. Frustra tibi aliquid de periculo nostro metuque promittis. Nescis, puella non habet odij remedium. Sane tamen uiribus potione effectum sit ut accusaueris innocentem, sufficit ultioni uidisse palentem, satis est audisse gemitus, memineris hanc esse quam tu non iuuenis odisti. Quid agis? etiam ne perferes illud pronuntiationis anceps, illud humanae salutis incertum? Numerabis ergo sententias, & si damnaueris, exultabis nefande, gaudebis? Puto non adamasti. An & sequeris dum carnifex trahit? Intereris dum hos oculos occifura contingit manus, dum haec amplexibus tuis nota ceruix ad supremos nudata ictus? Non exilies, non peccus oppones, non fidem hominum deorumque clamabis? Accipies percussam super palpitantia membra consistens? Potes hoc uidere? potes hoc ferre? Sanatus es. Quod si quid tristius iudicij huius attulerit euentus, dii rapide pereuntium beneficiorum semper ultores, dii quos iste crudelis in amplexibus puellae frequenter moerore, lachrymis, aut fine amoris rogauit, aut mortem date nobis iustam de ingrato iuueni uindictam. Non imprecamur debilitates, naufragia, morbos. Pauper sit, & amet quamcumque meretricem, & amare non desinat.

Argumentum Declamationis XVI.

Duo amici, ex quibus uni mater erat, peregre profecti, ad tyrannum appliciti sunt. Mater cognito quod filius haeretur a tyranno, ssendo oculos amisit. Oblata est a iuuenibus tyranno conditio, ut dimitteret alterum ad uisendam matrem, ad diem praestitutam reuersurum, ita ut nisi occurrisset ad diem, de eo qui restiterat, poena sumeretur. Et iureiurando astrictus est. Venit iuuenis in ciuitate. Mater detinet ex lege, qua parentes in calamitate deserere non licebat.

Pro iuueni contra matrem.

LETISSIMI uiri olim omnes uideo humanorum pectorum affectus in solam amicitiam contulisse, & patior inuidiam hominis, qui sibi non reliquerit ut amaret & matrem, quoties tamen uniuersam pietatis meae conscientiam intueor, in qua minimum est, quod uideo bonus amicus, non possum non hanc primam electionis nostrae coplorare fortunam, quod mihi necesse est, aut amicum reliquere, aut matrem. Facinus seuerissimum uiri, facinus sit impatiencissimus affectibus meis, quod succurri non potest duobus. Excedit omnem querelae meae coplorationem, quod tam diuersis meorum conatibus aduersa conueniunt, ut uidear eligere quod non dare miser pro luce matris, qui ut illam uiderem amicum dedi. Fide uestra iudices, ne inter maximas necessitates

percat usus hominis, qui paratus est duobus impendi. Iam hic est tota ratio clementiae, ne tibi me detineatis, ubi non profum. Nec dissimulo sanctissimi uiri proferre me cum maxime mi, tum incredibilis exempli fidem, ut non immerito possim uideri cum matre colludere. Ego uideor excogitasse istum colorem, & hoc quod detineor amicitiae uocat infirmitas. Misere mini iudices, ceterate me & dimittite. An uoluerim reuerti, scire non potestis, nisi reuertor. Illud sanctissimi iudices, illud affectus meos torquet ac lacerat, quod sim ingenti expectatione deceptus. Speraueram futurum, ut hoc loco rem magna faceret & mater. Paraueram apud tyrannum hanc iactationem, ut me crederet remissum, & genus ostentationis admaueram, ut mirarentur hominis fidem etiam in orbitate. Quo uultis hoc animo feram, quod etiam ut reuertar, amico meo mater imposuit? Et quantum ad hanc pertinet, maximum iuuenem decepit, illum qui meos crediderit affectus. Non possum iudices litis huius dissimulare facinus, innocentius fuerat ut ego nollem reuerti. Viderint sanctissimi uiri, qui receptas nominum persuasiones uelut aliquam seruitutem charitatis attendunt. Me si quis interroget, nullus affectus tantum nasci puto. Et si quis omnia uera ratione respiciat, quicquid liberos, fratres, propinquos inuicem tenet, amicitia est. Homines igitur, quos cum maxime incredibilem rerum loquitur inuidia, sumus sine dubio non eiusdem pars animae, non eiusdem pondus uteri, & quanto minus in causis, tanto plus in affectu est. Admirabilior charitas in quam coimus uiribus nostris. Non pudet iudices hanc fateri persuasionem, minus debet homini qui aliquem ideo tantum amat, quia necessesse est. Ita est iudices, ita est, a primis statim aetatibus in eandem coire uitam, habet aliquem fraternitatis affectum. Sic effectum est, ut nos statim fama committeret, & tali certamine coimus, ut si quid accidisset uni, deberet alteri exemplum. Inde est quod & pariter reuerti contempsimus, & quasi facilius esset inter fidos, placuit sub incerto pelagi cohaerere. Nec tamen uanitate, nec disersu putetis extractos, magnas & inexplicabiles nauigandi fuisse causas, uel hinc potestis aestimare, quod nos non detinuit hic mater. Vtrum ne igitur iudices sumere de nobis etiam nunc uoluit experimentum ipsa amicitia, & parum fortuna credit hominibus ad huc tantum feliciter amantibus? An haec est magna semper opinionis inuidia, nec ulli unquam tam plena confessione laudantur, ut illos non ipsa quoque amicitia tentare uelit? Litoribus appulsi sumus, homines, quorum omnia casus fama custodiebat, consumimur terrore, qui parentibus statim caecitas est. Hinc illud euenit quod sumus pariter alligati. Sic magis aduersus solutum carcer inuentus est. Pudet iudices fateri, iam in hoc uictus, iam inferior recessi, ex duobus magis amat, quem tyrannus paratus est alligare. Quantum tibi amice debeo? Non potuit nos diuidere nisi mater. Tibi primum caecitas nunciata est, tuus hic affectus fuit, quod hoc credidit tyrannus, quid ille non fecit, ut rex desiderauerit uicarium corpus? Amplexus est catenas, sponderi sibi uoluit hominem rediturum per maria, per matrem, repromisit de incertis tantum de animo suo. Quis hominum pro se tam multa fecisset? Praestitit, inquam, amicus, praestitit rem, quam uidebat ideo tyrannus indulgisse, ne fieret, & hominem qui in rebus humanis hunc esse nolebat affectum, decipimus dum tentamur. Ego non inuenio cur horreat mater carcerem, quid sibi uelit quasi destinatas operire ceruices. Non odit me tyrannus, cuius non interest an alium occidat. Miserere mater, si quis est magnorum meritorum pudor, querere quod unum de caecitate impatientius ex nobis amaris semper absentem, cui tu fortunas, quibus necessitatibus inijsis manum? Me ad amicum meum admitteret alterius catena, & tyrannus nunc mihi portas aperiret, subsidio nauigium pirata praestaret. Si mehercle ante morerer, ire deberes mater ad diem. Misera non intelligis quanto te magis plus obligauerit amicus? plus debes homini, qui me tibi remisit, ex quo pati non potes ut reuertar. Libet mehercle iudices, libet misereri hominum, qui me laudat reuertentem. Amicus mihi credidit ut rediret. Ita nunc ego facio rem magnam, ego sum ille bonus amicus, ille mirabilis, ille narrandus. Si qua dicentis fides est, facinus mihi uidetur, quod scio me non esse periturum. Sentit iudices & ipsa mater rem se facere turpissimam, si necessitate detinear. Itaque mulier, quae ad huc de affectu cuncta fecerat, ad legem subito conuertit. Pessima iudices causa matris est, in qua plurimum lex potest. Liberi parentes in calamitate ne deserat. Facinus est iudices hoc dici homini reuerso. Ita nunc ego contemno matrem, ego despicio caecitatis obsequia, homo qui omnium calamitatum meam ambitum in hoc consumplum ut rediret, qui inter supremas sollicitudines non pro me rogauit. Mihi quisquam corum

matrum

matrum supplicia liberorum, mihi neglectae pietatis minatur inuidiam? Bone Iupiter, quantum mihi constitit ne malus filius uiderer? Imputem tibi necesse est mater quod meum amicum propter te reliqui, ad quem facinus est non reuerti. Non iam iudices necessitates meas, nondum amici refero, interim contendo tunc esse tantum legis huius usum, cum in calamitate soli sunt parentes. Magnam partem mortali fortuna dimisit a legibus, nec ulla iura tam tristia sunt ut ea in aduersis patiantur homines. Ego cum me necessitas rapit, sic habeo queri quasi relinquar. Excusatae sunt parentibus liberorum calamitates, & si quem lex ista deprehenderit, in alterius fatum transeat necesse est tanquam orbitatem. Quid enim si me detinente matre alter e latere reuocaret, & si bella militem poscerent, si legatum patria dimitteret, ueluti ad propria descendam necessitatis meae copulationem? Si me damnatum poena constringeret, uidelicet effringeres carcerem mater, inijseres carnifici manum, & perituri filij iugulum auctoritate iuris operires? Dij deaque, quam longe est lex quae retinet hominem, qui poena non uenit? Nescis quantum intelligo mater, quantum inuidiam debeant facere liberis parentes, a quibus relinquunt. Mater quae se deserit queritur, illud exclamet: Filium meum ciuitas peregrina sollicitat, ut amoenos nescio cuius recessus orbis petat, debilitati meae subtrahit humeros. Iuuenis meus abducit amore meretricis, & ab officijs ciuitatis uitijs abstrahit oculos. Et inuodii gemitu filium necesse est persequaris, ut quod detineor obiter & poena sit. Non facit ista lex ad liberos, qui misericordia detinentur. Ut turpe sit quod recedo, in eo tantum est ad quem reuertor, & ut facinus sit relicta mater, non faciunt nisi causa relinquendi. Homo qui ad tyrannum reuertor, si malo animo relinquo matrem, dignus sum qui detinear. Non est itaque quod subinde nominis uestri beneficia mater opponas, non est quod utilitati tuae fieri potest, si credimus esse in rebus humanis & alterum affectum amicitiae, si quam mihi uidetur natura excogitasse, ut coire inuicem possit totum hominum genus, quae ideo nondum circa se tenet omnes admirationes, quia tota non contingit, quae tamen peruenerat ad incredibilem fidem, nisi illam uos impediretis. Amicitia plurimorum corporum, unus animus, uicariae manus, fortior quam matris affectus. Rogo quid refert, quid uocet ille qui sic amat? Quid interest ex quibus magna merita descendant? Vultis scire quid de hoc affectu sentiat mater? Et amicum meum putat malle ne reuertar. Finge me positus paulisper meritis, quibus obligatus sum, hoc tantum dicere: Amicus alligatus est, stre uolo mater ut redeat, ut consoletur, ut dominum rogem, ut si tyrannus exegerit, uicarium corpus opponam. Quid detines? quid moraris? Hoc est tempus propter quod coimus. Nescias an diligat, cuius non habet experimeta nisi sola felicitas: & si uita praestet omnia secunda, amicus otiosa res est. Dicuntur me putas: hoc expectat alligatus, expectat totum inuodii genus hominum, & nos in hanc fidem persuasionis receperunt, ut si hoc faciam, nemo miretur. Vis scire mater quem affectum, quam reuerentiam in calamitatibus amico praestare debeamus? Nullam legem timuit ne relinqueretur. Differo interim causam amicitiae, agere paulisper omnium libet, & tyrannus mihi credidit, uolo reuerti. Nulli unquam mater plus commisit fides, nec minem magis obligauerunt expectationes. Credidit mihi homo, cui res fauorabilis contingit, si decipitur, qui sibi excogitasse contra omnes amicos uidetur, ut illi imponeremus. Non est quod mihi supplicia, quod omnem mortis apparatus mater opponas. Facinus est, id tantum hominibus bene credere, quod expedit, & actum est de rebus humanis, si sola seruetur utilitatum fides. Infinitum est quantum mihi crediderit tyrannus, si me occiderit reuersum. Intelligit iudices & ipsa mater, quantum reuerentiae locum amicus obtineat, quae incipit contendere affectu. Nisi fallor igitur, cum ego sim materia litis, hoc primum aestimare debetis, uter in ea calamitate plus fecerit. Ante omnia permittite mihi de hoc affectus tui genere mater queri. Quid tibi tam rabido, tam praecipiti dolore uoluitis? Quid aduersis tuis praestare faciem, & in oculos tuos accipere nuncium? Non reliquisti tibi ut redimeres, sine dubio adiecisti ad matris affectus, oculos in media orbitate sudisti, sed illud non laxat catenas, non explicat corpus. Quid mihi prodest iste qui se citra filium consumpsit affectus? Plus fecisset mater quae isset ad tyrannum. Alligatus sum, tu nunc sic flebis, tanquam soluar in leculo, tanquam in tuis manibus expirem. In quibusdam calamitatibus desperatio non est summus affectus, & quisquis orbitatem statim credit, festinat ad impatientiae securitatem. Dissimus

M 3

les licet mater tantæ pro me impatientiæ, tam incredibilis affectus, amicus rem difficilior rem fecit, quod seruauit oculos suos, ut alligaretur. *Dij deæq;* quantum ille præstitit qui mihi inuidit poenam meam, nec recessit. Ille, ille terribilem carcerem facit, qui inde procedit. Iam non corporis nexus hærebat, nec aliud quam resederant pondere catenarum, consumpti longo squalore uultus, cœcretæ noctibus diebusq; super ora lachrymarum. Misere mihi iudices, ne perdat auctoritatem meritum, quod ultra expectationem est. Ponite sub oculis alligatos, quorum alterum amicus redemerit, alterum mater. Rogo uter plus fecerit. Bone Iupiter quam auide, quam fortiter uincula nostra tractauit, quibus ille precibus exegit, ut sibi crederet. Accipe, inquit, has manus, hæc membra, si fieri potest ut amicum matri remittamus. In totum explebo, si uideat, uicaria poena locum recedentis. Vel si uis utiq; tibi dimissa membra restitui, spondeo quemcunq; iusseris aperto iugulo diem. Fidem deorum hominumq; quid non factum est, ut amicum poeniteret? Ingestum est misero illud carceris tenebrarumq; secretum, grauioribus uinculis opus esse carnifex dixit ad bonum amicum. Accedere ad illud cubile iussi sunt homines nocentes, & subinde dictum est: Vide tamem amice, si tantum est. Vna uox, unus miseri gemitus, urite, lacerate, distrahite, ille tamem reuertet. Misere mater, magna res agitur, amicum meum relinqui contententem cum tyranno. Excuso me uobis humani generis affectus, & tibi ante omnia mater excuso, quod hoc fieri passus sum. Vlla ergo in rebus humanis necessitas tanti fuit, ut illum amicum meum in carcerem ipse deducerem, ut squalorem meum, meas catenas in membra festinantis exuerem, ut tam abrupti comeatus diem contra tot incerta promitterem? Testor te misera conscientia, & si quod nos in illa necessitate numen aspexit, quantum sumus rixati circa catenas, quam omnia fecerim, ut ille potius ueniret ad matrem. Fateor iudices, unius cogitationis pudore uictus sum, quod tam magni beneficii difficultatem ab amico non accipere, affectus uidebat hominis qui non credidisset. Misere mater, ne me solutum putes, amicum alligauit. Hæc sunt catenarum quæ tegunt membra, quæ per maria, quæ per infinita rerrat spatia restringunt. Sic non potest carcer effringi. Inuideo tyranno, scit alligare amicos, scit tenere dimissum. Iterum ac subinde proclamem necesse est, ego amicum meum alligauit, & ut te uiderem, poenam meam altero homini ne impleui. Scio quo hoc amicus præstitit animo, sed ego rem feci hominis non reuerenti. Interrogo hoc loco impatientiam tuam mater, interrogo quid faceres, si nos ad te uidentem deduxisset alligatos aliquis satellites, si barbarus aliquis: Frueris oculis, fruere ris amplexibus? Non est, quod te ista tanquam leuior, tanquam expeditior conditio decipiat. Quid putas esse quod me dimisit solutum ire quod uellem? Crudelis artifex non reliquit nobis ut imponeremus. Superuacuo igitur hoc uos in matris causa mouet quod caeca est, hoc quod nobis inuidiam facit uulneribus oculorum. Nolite detinendi putare causas, idem uidentem faceret. Nec plus est quod non potest caecitas ferre, quam mater, ut aliqua filio carere non possit, nonnunquam calamitas facit. Quod si iudices in persona mea, nec affectu, nec meritis inferior est amicus, quid aliud iustitia uestra debet attendere, quam uter plus patiat? Iam satiauit dolorem mater, egressit æstus, effudit impetum, iam non desiderant oculi, cum cadunt. Adijce, quod hanc qualemcunq; fortunam inter amicos tenet, inter propinquos, habet omnia ministeria sua debilitas, suas comparationes. Vis scire quanto intolerabilius sit quod patitur amicus? Excæcauit te quod ego sic tenebar, accipit cibos, quos carnifex, quos tortor apponit.

Argumentum Declamationis XVII.

Filium ter abdicare uoluit pater, uictus. Inuenit quodam tempore in secreta domus parte medicamentum terentem. Interrogauit quid esset, cui parasset. Ille dixit uenenum, & se mori uelle. Iussit pater bibere. Ille effudit medicamentum. Accusatur à patre paricidij.

Pro filio contra patrem.



ASSATVS per diuersos miseræ mentis æstus, & eundem dolorem, dum me ab utroque animi genere semper quod impulerit abducat, & in pertinetiam desperationemq; neutra mihi liceat perferre patientiam, hoc primum à notissima clementia uestra peto, ne miremini, quod inter tam uaria, tristissima maque facta, consilio diductus sum, nec pro malis meis quicquam melius inuenire

Inuenire potui, quam ut morerer, nec pro innocentia, quam ut uiuerem. Novo igitur iudices inauditumq; genere discriminis, utriusq; animi reus, qua satis calamitates meas comploratione, quo deslebo gemitu? Filium mori uolentem penem occidit, quod interuenerat pater. Videtis adhuc illa secreti nostri contentione rixantem. Quicquid citra suprema, citra exitum est, contumaciam uocat: quantum absolutionem aspicit, uitam. Quis post hoc querat ac dubitet, quo me affectu iusserit uirus haurire, qui paricidium uocat quod non biberim? Permissurus fuit, si bibere uoluissim. Quæso itaq; iudices, delationis horridæ penitus uelit perspicere causas. Obijcere putatis paricidium patrem pro se? Nec catur, uritur, sine dubio torquetur. Vita ex hoc tamen non potest ferre, quod mori iussit, nec cogit, & scit facinus fuisse in imperio, si innocentia est quod recusauit. Suæ, quod crudelitatis est, uel ab inuidia se criminibus meis defendit, excusat, & ne uocem illam tanquam peractum facinus oderitis, substituit pro malo patre miserum. Hic est iudices deprehensa impietatis æstus. Nemo unquam uolet innocentem filium uideri, quem uoluerit occidere. Illud quoque iudices à grauitate publica peto, ne quis me mori uoluissim non credat contumaciter. Adhuc prioris constantiæ meæ more defendor, alia est mihi ratio cum uici, & fortior sum reus, quam absolutus. Sed tunc tantum par esse non possum calamitatibus meis, cum me constare coepit nihil aliud esse, quam miserum. Bene quod rursus uocauit in forum, iussit integritatis agere causam, fecit ut mihi uidear perdidisse mortem. Si poeniter patrem, quod me bibere iussit uenenum, ego ferre possum quod effudi. Licet igitur immittissimus senex confundere publicos conet affectus, querelarum fronte mutata, non sumus noui uobis accusator & reus, nec nos modo pietatis euerse recens asseruit immanitas. Paricidam me olim uocat, ita est enim iudices, ita est, iam pridem hominum nefandum solis nominibus accusat. Sic mihi illa prima patris maledixit asperitas. Hic est ille, quem desinere iam iusseratis, qui semper ad uos recurrit, & uincit. Fallitur quisquis illam de moribus senis lassitudinem, uel patientiam sperat. Patri qui abdicare non potuit, minus est filius nocens, quam absolutus. Oppertinacissimum accusatorum genus, uicti parentes. Dum auctoritatem nominis uestri fortius imperiosis asseritis affectibus, & ne pudorem poenitentiamq; fateamini, contumacia uindicatis errorem, calamitatibus meis accessit, ut ter absolueret. Namque ut erat in superuacuo odio mei senex prima luce deprehensus, ferre non potuit quod reddebar inuito: & quia à iudicibus non impetrauerat ut abdicaret, apud se tenuit, ne desineret hoc uelle. Credidit tamen aliquid profecturum, querelarum errore repetito, & sperauit iuxta contentionem suam, ut lacefferet aliquando pro me iusta miseratio. Quid facerem igitur: quod uerterem iam fatigatam innocentiam? Nec exire me decebat ex domo, ne uiderer, quicquid uos non credideratis, agnoscere, nec expectare poteram, cum mihi rursus aliam seriem malorum minaret, quod me iam ceperat pater, contentione qua uobis irascebatur, odisse. Tandem infelix misertus mei, misertus patris, cum de præteritis prospicerem iurgata tam longa, quam uitam, captaui fateor omnem occursum, quem mihi uidebar exasperare presentia, exorare dum morior, & tanquam nouissimi ambitus genus excogitauit, ut me in honorem sui, reuerentiamq; pereuntem, sic odisse desineret, quomodo parcere solet ira cedenti. Non habet aliam quam mortis exitum filius, qui nec recedens potest, nec abdicari. Erat in domo nostra locus, in quem secedebam semper reus, in quem reuertebam absolutus, querelis meis lachrymisq; iam conscius, in quem se ferant. In hunc non tanquam custodiam patris imponerem (nam quid possit inueniri, quo non me captantis aliquid deprehendere cura sequeretur?) sed sicut solent qui immori uolunt pudore, non ira ab omnibus quæ uidebantur auocatura, secessi. Nam nec placuerat exitus genus querulum, tumultuosum, aut quod faceret inuidiam. Sed quid mihi tecum est integritatis nimia simplicitas? Non putat se posse deprehendi quisquis uenenum parat, ipse poturus. Totus oculis animoq; conuersus, hærebam miser in opere moriendi, nec dissimulo, cum quadam cunctatione, cum mora, sicuti bonæ conscientia lenta mors est, nec præcipiti per suprema trepidatione festinant, quos hoc solū, quod sui miserent, occidit. Abijt per tacitas cōquestiones mens, in obitus cōtemplatione posita, & haustrurus potionem qua renunciarer rebus humanis, totam apud se repetebat animus innocentiam suam, cum

pater secretum quod per impatientiam pereuntis impleueram, quantum credo, lacrymis meis, gemituque perductus, intrauit. Non potest uideri, iudices, suspicatus aliquid de paricidio, quid tererem, cui pararem, nesciebat qui interrogauit, Nuncio uobis sanctissimi uiri, nihil à morientibus fingi, nihil uita laborante simplicius. Ad subitum interuentum patris, non tanquam deprehensus obstupui, facinus me tacente, non pallor, non est confessa trepidatio, nec sicut accidere nocentibus solet, illa obuia semper errantium patrocini-
 niorum uerba uariaui, cum me repente interrogatione subita auocauit, abduxit, quaesuit quid tererem, cui pararem. Sed ego sine cunctatione, sine tarditate respondi, & me mori uelle eadem ueritate, & confessus sum uenenum esse quod terebatur. Date iudices patrem, qui filium mori nolit & credit. Quis habeat iudices dicenti fidem? Venenum filij quod inuenerat pater, non ille potius effudit, stetit quinimo intrepidus, arrogans iuxta orbitatem quam uidebat, & mihi mortem quam promiseram, quam minabar, ingessit. Bibe, inquit. Quis post hoc iudices expectat, ut continuo paream iubentis? Ita demum mihi non est aliud relictum, si patri parui, Audite nunc dii pariter atque homines, quid post tres abdicaciones, & quarelas toties iudicum grauitate percussas, uelut attonitus, amens nunciet seculo pater paricida saeuus, paricida crudelis. Non bibi uenenum, Hoc est totum facinus meum, uiuo, respondeo, non fugio iudicem, non cedo criminibus. Iam non miror quid sit, circa quod impatientia deceptae crudelitatis exastuet, plusquam orbitatis gaudium quod modo perdidit senex, sperauerat ut occidere me posset meo ueneno. Sed quatenus inuenisse se putat quod crederetis, ut contentionibus subinde damnatis, auctoritatem de nouo dolore circumdaret, inusitata commentus est. Quae sola mihi superest ratio uiuendi, facinus ea simplicitate, ea fide denego, qua confessus sum de ueneno. Paricidij agis. Abstulisti quidem mihi partem, ut exclamarem hoc loco, fieri non potest. Scio quantum defensionis meae difficultatis adiecerit, quod iam pridem in domo nostra humanarum pignorum ratio non constat, sed pronunciatum liquet, utri ex nobis facilior sit impietas, uter iuxta alterius languorem suprema non fecerit. Tu unicum quotidie perturbare conaris è domo, uelles inopiam meam, uelles aspiciere squalorem. Ego osculor illas expellens manus, ego abijcientis genua teneo, & ad patrem, qui me tam notabiliter odit, non habeo cur uelim redire, si non amor. Praualeret nominis tui fortassis auctoritas, si contentio nostra coepisset à ueneno. Consumpsisti quicquid est, quod parentes ab omnium scelerum suspitione defendit, non habet pater unde paricidium de filio credat nisi quem posset occidere. Me quidem pater infelicis huius persuasionis simplicitatem, si quis interroget, nec à te paricidium fieri posse credo, nisi meo ueneno. Facinus tamen in omnibus incredibile pignorum, nullis difficilius, quam liberis puto. Vos adhuc in suprema nostra praecipitat auctoritas, qui filium occidere uocatis plerumque grauitatem, sicut abdicacionis emendationem, sicut reliqua supplicia nostra rationis fronte protegitis, cunctosque praerigidae mentis affectus, uocabulo molliore lenitis. Nos nec felices facinus istud possumus concipere, nec miseri. Non perueniunt ad nefas istud, nec necessitates. Omnis citra desperationem, dolor, ira languescit. Et quanto diu deaeque difficilius, si patretur sine consilio, sine ministro, totumque facinus, & animi filij poscat, & manus. Memento cuius obijcias immanitatis horrorem, patrem occidere uelle. Hinc tantum accipis uires, ut mori possis deprehensus. Vi sciatis, inquit, uerum esse quod obijcio, & abdicare uolui. Non potest pater efficere genus querendi, pertinacia probationis. Tu cum dicis, filius me uoluit occidere, uideris tibi facere prioribus iudicibus inuidiam, exclamare uos faciles, uos misericordes, hunc mihi redditis. Sed iniquissimum est ut abdicatio, quae nec in sui ualuit effectum, fidem maiori crimini praestet. Non sum reus inexplorati pudoris, nec anteacta uitae meae sub hodierna primum lite tractantur. Felicitior innocentia est citra suspiciones, certior post reatum, & quantum infamiae praestant obiecta, dum mutant, tantumdem auctoritatis absoluta restitunt. An scilicet superatus est gratia pater, & apud senes, & apud parentes auctoritate praualuit? Viderint qui calamitatibus suis sic blandiunt, ut sibi affuisse credant misericordiam, fauorem, filius à patre delatus nunquam poterit superior esse nisi causa. Sanè tamen feramus, ut prima abdicacione non egereris totum dolorem, multa tibi

ta tibi de criminibus meis uerecundia querendi, multa paternae pietatis abstulerit infirmitas, quid non implet repetita delatio? Reuersus es in forum iam ad iudices iratos. Quanto terrore cuncta pertulit pudor ille iam uicti & redeuntis in damnatam colluctationem. Acrior semper ex uerecundia dolor. Sed & iudicium cura quanto malignior circa rediturum reum. Quam multis placet illa de dissimilitudine pronunciationis auctoritas, & seuerior uideatur diuersa sententia. Tertia uero abdicatio dii immortales, quem apparatus, quem mouit ambitum? Ego miror quod mihi licuit audiri, quod me non statim primus querelarum tumultus oppressit. Quid post ista noui pater obijci potest? Inter leges, inter iura consensui, non habeo in moribus meis, quod non melius iudices sciant. Scilicet capit natura rerum ut futurus paricida non praemisit notas, nullis ante sit maximi sceleris immanitas tuam multuata flagitijs, & quandoque culeo, serpentibus expianda feritas, sub placida mente praemam pertulit aetatem. Aliud est miserorum genus, quod clementia, quod succurrendi fauore dimittitur. Absoluerunt me qui sciebant non profuturum mihi quod non abdicarer. Proclames igitur licet, subinde detuli, saepe questus sum, ter abdicare uolui, hoc tamè res ista debet efficere, ut tibi non oporteat credi, quicquid aliud obieceris. Non enim sequitur pater, ut me tuis criminibus accuses, quod nocentem tuis moribus probes filium. Paricidam non facit seueritas uestra, non saeuitia, non terror, ad tam grande facinus non ira opus est, sed moribus, non dolore, sed mente. Omnes iniuriae leuius exasperant, leuius oderunt, innocenti filij ultio est, mori. Quod si manifestum est, nihil tunc in moribus fuisse meis, quod posset esse suspectum, aestimemus unde postea traxerim paricidij causas. Vos libet interrogare hoc loco iudices, quis magis debet innocentiam amare? Vici patrem, omni nunc sollicitudine, omni labore custodia illam gratiam, illum ambitum meum, quo remuneror aduocatos, quo persoluo iudicibus illud propter quod audeo domum reuerti, propter quod non timeo casus, non subita pro patre, non maligna fata. Fidem non capit, ut me tres absolutiones & innocentem probauerint, & effecerint paricidam. Praeterea pater quam infirmum me, quam trepidum reddit ipsa uictoria. An scilicet ignoro quod me reuersum circumstiterat totius domus maligna cura, quod uiuo inter homines quibus apud te gratiam parat, si de nobis aliqua mentiantur fingant? Videlicet hoc nos in facinus praecipitat, impellit, quod aliquid speramus de testamento tuo. Quid ego non sentio, quod simili scelere missus in domum, à charitate tamen exclusus, abiectus sum? Rogo qua fiducia facinus paro toties delatus, & paterna conuestione praeditus? Quod uis patrociniuum sperem pro paricidio meo? Defendi non possem, si bibisses tu uenenum. Finge me paricidij uoluntatem, finge habere causas, unde occasionem, unde fiduciam? Ego nec mori possum, nisi ut deprehendar, uenenum paro, qui ministrum, qui non inuenio conscium. Despicio à liberis, contemnor à seruulis, euitant seimonem meum, colloquia fugiunt, & charitatem tui simulant odio mei. An uidelicet spero posse fieri ut ipse porrigam? Est enim mihi ad conuictus tuos facilis accessus. Venenum mehercule putabis quicquid dederint haec manus. Et uirus praesentaneum paro, quod statim, quod subito corripiat? At quemadmodum mihi supersit ulla defensio? an lentum, & quod tarda peste consumat, scilicet ut non statim exclames, ut te mecum uirus bibisse non credas? Rogo, cui parauit uenenum, quod dare non possum nisi mihi? Ita, inquit, paricidae argumentum est & hoc ipsum quod habuisti uenenum. Omnibus iudices, quibus ad scelerum conatus adiuuatur deteriorum quotidie secunda mortalitas, non hanc solam potentiam natura concessit, in quam malis mentibus & nocentium ducuntur ingenijs, sed illis usus ex animo est, totumque quod faciunt, de conscientia possidentis accipiunt. Quid enim si latronem gladio tantum probes? Sic munimus & somnos. Excute peregrinantium sinus, harent tela sollicitis. Non uetant ista leges parare, prospicere, nec instrumenta prohibent, sed aestimant usus. Finge me uelut in media prosperitate uita proclamare. Venenum parauit, ad quod incerti casus, ad quod languor, dolor, ad quod confugeret improuisa debilitas. Miramini quod hoc fecerim homo, qui circa me fortunam, qui discrimina humana lassauit, cui nescio quid adhuc paret toties uicta delatio? Debuit habere in sua potestate mortem, quem iam pater poterat occidere. Non est, inquit, credibile ut mori uolueris absolutus, qui reus noluisti. Poteram quidem dicere pater, uixi dum spero

fas esse ut incipias aliquando misereri, ut te squalor meus frangat, mitigent lachrymæ, pallor exoret, sed ignosce innocentia, tunc me decuit pertinax & rigida defensio. Vixi ne me uideretur expulisse de seculo profundorum scelerum deprehensa trepidatio, ne super cadaver meum proclamare posses, certe merito timui, merito prædixi uenenum, qui uiuenti non habebat audaciam, ne supremis meis cōuiciareris, ne quid posses obijcere iam nō negaturo. Verum tibi de impatientia mea fatendū est, eadem mente nolui mori cum abdicares, qua nō bibi cum iuberes. Sed fructu iterum, fructu sapius confessione tam misera, & quia oculos spectaculo non licuit implere, fatientur aures, uolui mori. Adijce si uideatur, hanc malis nostris cōtumeliam ut interrogas, quare abdicare me subinde uoluisti? Quid ais rerum naturæ pietas? ita iustiores causas habet impatientia, quam corporū damna, quam facultatū tristis euersio. In suprema præcipitat me pater. Ita non hæc una uox complectitur omnes calamitates? Non uidemini nunc uobis uniuersos audire miseros? Possimus fortassis aliorum accidentiū sperare finem, non habent proximorum odia regressum. Quæcūq; nexus accepere naturæ, & quæ sanguine uisceribusq; cōstricta sunt, non laxantur diducta, sed pereunt. Quæ de primo tenore nascendi uix in contrarium iuxta dessectunt, diuq; prauitatis suæ rigore durata, mox in pristinū cursum remissa non redeunt, sed quo totum pondus omnesq; uires inclinata traxerunt, uigore quo sibi permissa creuissent, in ipsius uitij robur adolescunt. In hoc est tota difficultas, ut incipiat nō amare filium pater, hoc cum frontem confessionis accipit, reliqua præcipiti furor decurrunt, & redituris charitatibus obstat quicquid obstiterat odijs. Semel sibi parentes liberiq; mutantur, semel auferuntur. Felices, qui habent in conscientia sua, quod debeant emendare, corrigere. Illa demum potest ira desinere, quæ coaluit ex uitij liberorū. Ego quid facio, cui non luxuria, non est mutanda petulantia, cuius abdicatio nō de meis, sed de patris moribus uenit? Frustra mihi exhortationes, frustra blandientur uana solatia. Hominis quem pater odisse non desinit, unus exitus est, ut se oderit. Et quantum habet de toto dolore nostro ille quo tenitur ad iudicē dies. Ego cū dico, pater me odit, illud exclamo, omnes sine me sunt festi dies, omnis lætitia sine filio, non alloquitur mœstum, non affidet ille languenti. Gratissimus quisquis de nobis tristius aliquid attulerit, quisquis maledixerit, conuiciatus absentis. Ego si hoc possum ferre, merui. Alia sunt aduersa, quæ de continuatione sui patientiam parant, quæ durant assiduitate, firmantq; mentē, quod te pater oderit, quotidie nouum est. Minus fortassis urant inuicem simultates, & mutuis detestationibus inuisa respirent. Odium is tantū filius perferre poterit, qui & ipse oderit patrem. Vos nunc iudices uniuersos, quinimo mortales infelicissimus iuuenis interrogo, quid me facere uultis? Explicuit nos sine dubio de criminibus exitus, quod absolutus sum, tamen nō hoc effecit, ne mori uelim, sed ut mihi liceat & uiuere. Victus sum enim mehercle, uictus sum iudices absolutionibus meis, & (quæ certissima est animæ laborantis infirmitas) misera felicitate defeci. Quem mihi uultum domum reuerso, quem suadetis animum? Non decet gaudium meum, exaspero hilaritate, offendo tristitia, capto sermonem, inuisus sum tanquam arroganter insultem. Doloris causa dicor si propius aspiciar, uideor si recedo contemnere. Quousq; uincemus? Nesciūt prorsus abdicacionibus mederi, qui nō statim cedunt, qui conscientia suæ rigore nituntur. Non uincitur pater, nō sum absolutus, cum domum ueni, nemo me diligit, nemo reueretur. Iam ad nos de penatibus illis nō pertinent, nisi secreta, nisi latebræ. Non exuo, non depono sordes, & mihi quotidie senex tanquam accusaturus occurrit. Attendo quid faciam, quid loquar, qualis aspiciar, & (quod malignissimum est solitudinis genus) me ipse custodio. Satiasti me uita, satiasti, et cū felicibus quoq; ueniat ex nimia prosperitatis cōtinuatione fastidium, quod rædium paras lassitudine miserorum. Consumpta est in lachrymis, in precibus ætas, exacti sordibus dies, anxietate noctes. Quid mihi contra tam indigna, tam grauiā promittit integritas? Abdicari debet quæ nocentem pater odit, mori quem innocentem. Sed ut credamus inquit, uoluisse te mori, cur potissimum ueneno? Possis quidem pater hanc de omni supremorū genere litem facere morientibus, & quia rerum natura uarias fatorū uias indulget animæ, in ullo nō exitu simili ratione reprehendas quicquid electum est. Sic super strictum nudatumq; mucronem

cronem, proclamares, cur non ueneno? Sed nihil est delicatius exitu, quem non supplicia, non metus, sed collecta de calamitatibus commendat infirmitas. Mihi tamen præcipue cum hoc mortis instrumento propria concordia est, non spargit cruorem, non truces cadaveris relinquit aspectum, placida est, quieta est. Ingratissime senex, ego & hoc sic moriendo prospexeram, ne me occidisse alius uideretur. Te nunc apprehendo, te interrogo pater, ita paricida sum ego qui uenenum affero in domum tuam imparatum, ruade, terendum, cui tam multa restant antequam dari possit? Ita paricida sum, qui iuxta te quero secretum, qui de potione tibi incerta, quam nemo detulit, quam simpliciter, tam facile respondit. Secedo in medios penates, nullos ab introitu præpono custodes, non cuius to transitus, nō excludo uenturos. Rogo utrū hæc omnia sunt occidere uolentis, an mori. Venenū quod tibi pararetur, inuenisses absconsum, reconditū, multū circa illud palloris attoniti, cōcisa uerba, trepida suspiria, & me negantem. Paricida deprehensus effudisset uenenum, ne fateretur. Cur ergo, inquit, si tibi paraueras, nō bibisti? Breuiter pater & secum dum naturam cōditionis humanæ respondeo, nihil aliud esse in potestate miserorū, quam ut mori uelint. Ego cum dico mori uolo, non hoc dico, moriturus sum de animo meo, respondeo, non promitto de fato. Miraris quod quamuis iam teneam uenenum, multū tamen adhuc calibus incertisq; superest accipere? perfolis plerunq; uisceribus, uitam tamē ab ipsa desperatione redeuntem? Strictos circa colla laqueos, aut nexus, aut ipsius corporis ruina decepit, rotatos per abrupta molis iactus explicuit. Tam consentaneum est ne moriatur qui uelit, quam quod morimur inuiti. Sed malo sicut cœpi simplici tecum ratione consistere. Nihil æque pater impetu cōstat quam mori uelle, nec quicquam res humanæ impatientius habent percuntis affectu. Hunc si retinere uelles, sufficit ut moreretur, & rationem quoq; homini mortis eripiet, si quis abstulerit ardorem. Frangit animum quisquis interuenit, abducit, auocat quisquis alloquitur. Ambiantur cuncta moriendi spatia pro uita. Ideo nos mehercle crediderim eiusmodi exitum eligere secretum. Minimum est quod cōfundat hominem infirmitate morientem, & exiguis causis opus est, ut displiceat obitus quem misero suasisse integritas. Quid si interueniat aliquis, qui gaudeat, qui uindictam cari se putet, si testes adhibeat oculos, quibus uidentum sit? Statim mehercle arrogans uita simulabitur, statim contumax dolor cum deprehensa morte dissentiet. Nescis quantum mihi hæsitacionis paraueris, cum interrogas, dum respondere cogis. Sed quem & reddere, iterū litigare, defendi. Me uero tunc pariter omnes tenuisti affectus, indignatio, pietas, reuerentia, dolor. Ego propter patrem mori possum, coram patre non possum. Adijce nunc quod & dixisti, bibe. Si mehercle faucium palpitantemq; iussisses adigere ferrū, premerem cluis uulneribus animam: si stringere aptatos ad colla nexus conarer abrupto desilire laqueo, si non iniiceres manum ad præcipitia properanti, flecterem in plana cursum. Merito prorsus anima secretum solitudinemq; captaueras. Interuenit pater, actū est, perit ille susceptæ mortis ardor, & utroq; nos resoluit affectu, mori non debeo si uentuerit, nō potero si iusserit. Bibe, inquit. Nondum quidem potioni uirus aptatum est, sed me ideo deprehendisti, quia adhuc terebatur. Multa tamen mihi pater ante facienda sunt. Volo prius conuocare seruulos, contrahere liberos, complorare, cōqueri, mandare, defendi. Bibe. Mihi uero tunc adieciisse uisus es, teneris, hæres, eamus ad iudicem. Bibe. Sed hoc iubes tanquam negem uenenum. Interrogare uos uelut in illa secreti nostri præsentia libet, quem mihi post hanc uocem, amicum datis? Dicit hoc accusator, dicit hoc uictus, dicit secretū, dicit sic ut possit negare si biberō. Bibe. Ego quidem uolo, & hoc quammaxime paro, sed totum hunc animum senex tua auuiditate mutasti. Bibe. Quid restat aliud quam ut recusantis ora diducas, ut infundas per oppositas manus? Mihi uero tunc excidit quid uelim, quid pararim. Vidi truces loquentis oculos, uultus paricidali ardore fustuos, iuberi mihi uidebar ut biberem tuum uenenum. Nescisti pater pertinaciam meam seruare, nescisti. Filii propter te mori uolentem deprehendisti. Vis occidere? ueta, inuade poculū ne hauriam, bibam. Exclama, temerarie quid facis? Iam desino irasci, iam reuertor in gratiam. Properabo ut hoc secū aures ferant, ut impatientia tua fruatur oculi. Tibi inpuet quod me retorsisti, quod ablata sunt sacramenta pereundi. Innocenti facilis

est mori, si rogetur ut uiuat. Fidem deorū, in quā me contumaciam pater, in quē tunc impulisti cōtentionis ardorem, cum diceres, bibe. Nec uiuere mihi libuit, nec mori. Ereptus sum miser animo meo, & improuisa uoce percussus steti sine affectu, sine negatione attentus, amens, & me penē aliter occidi. Nihil est profecto improuisorū dolore torrentius, & fracta malorū cōtentione mentes ad inexpectata caligant. Non querelas post hoc inuenio, nō uerba, nō lachrymas. Ad nullius rei conatū sufficit mori alterius animo, & suo ueneno. Licet igitur noua me reatus mole cōuenias, nō pœnitet tamen illū uixisse, illum nō pœnitet spiritū rigoremq; pereundi, tanq; paricida moriebar. Pater qui querit, quod nō bibi, iam nunc diceret, deprehensus erat, negare nō poterat. Essem nūc ter abdicatus, & me contenderet ad iudices meos redire nō ausum. Bene quod sic effudi, tanq; rursus uita placuisset. Venenū quod uideretur deprehensum, nemo ideo bibisse crederetur, quia sibi parauerat. Dic nunc, nō fui passurus si bibere uoluisses. Deinde hoc sic probas, ut me hodie quoq; coneris occidere. Nō eras passurus. Quando per fidē iniicis manus, potuit eadē, potuit peragi breuitate qua iusseras. Nō eras passurus. Deinde nō timuisti, ne mihi animū pereūdi uel hoc faceret, qd̄ putabā me iuberi. Facinus est si morior, ut postea queratur an uolueris occidere. Tu licet inuidiam uocis illius alterius mentis simulatione defendas, occisuri tamen fuit ipsum experimentū. Nec interest rigoris, quādam patiaris, aut tentes. Nunq; mouebit patrē filius hoc quod moritur, quem nō mouit hoc, quod paratus est mori. Quid nunc faciam iudices pertinacissimo rigori? in quod me cōponam patientiæ genus? uidetis hominē quem nullus animi mei status mutat, quem constantia nostra, quem offendit infirmitas. Viuere uolo, perturbat, expellit. Mori conor, interpellat, exagitat. Iam fortassis aliquid (si nobis hodie quoq; clementia uestra succurrerit) parauit, inuenit. Quis finis, quis exitus incredibilium malorū? De filio absoluto fecit ut mori mallet, de moriente ut uiueret. Vos uero sanctissimi uiri, quo iam ambitur, quibus possem cōuenire precibus? Ille uester infelix, ille uester absolutus, flere uetitus est. Non habet gratiā suam toties genua cōplecti, & ad fatigatam misericordiā noui discriminis pōdus attulimus. O mors semper imparata miseris, negata cupientibus, quando succurres? Me infelicē, perdidit uenenū. Sed quatenus aliquid pater expectationi tuæ repromisi, nolo desperes. Fruere quinimo ante suprema, ante exitū meū hac uoce, uicisti. Nescio quidē qd̄ rursus eligā obitus genus, an placeat reparare uirus infelix. Sed prædico, testor, quæcunq; sederit traditio leti, miserere, ne iubeas, miserere, ne cogas. Facilius me occiderent gemitus tui, lachrymæ tuæ. Et ne mihi putetis illam secreti nostri excidisse uocem, uenenum quidem te iubente bibente non potui, quandoq; tamen hoc occidet quod bibere iussisti.

Argumentum Declamationis xviii.

Male tractationis sit actio. Speciosum filiū infamē tanq; incestū cū matre cōmitteret, pater in secreta parte domus torst, & occidit in tormentis. Interrogat illū mater, qd̄ ex filio cōpererit. Nolentē dicere male tractationis accusat.

Pro muliere contra maritum.

L Iudices callidissimus paricida facinus suum sic ordinauit, ut uobis matrem faceret inuisam, siue dissimularet misera mortem filij sui, siue quereretur, tantaq; monstrorum nouitate circundatam eō perduxit, ut sibi uideatur infamaturus iterum uel patientiam nostram, uel dolorem, matri tamē cuius calamitatibus ne mīmū sibi uindicat orbitas locū, ideo ad uos fugiendum fuit, ut sciretis non illi præstari quod tacet maritus. Laudo iudices, laudo miseram, qd̄ in interrogare noluit domi, quod nihil fecit & ipsa secreto. Hic coram ciuitate, coram liberis ac parentibus, & (licet dissimulare paricida uideatur) coram rumore mater inquit, quid tormentis unci quæsierit, quid morte compererit. Respondeat saltem reus, fateatur iratus, cur in peracta crudelitate modestiæ fronte substitit. Nec uxori potest uideri parcere de qua scire uoluit an esset incesta, nec filio, quem tanquam sciret, occidit. Ante omnia igitur iudices mulier infelicissimi pudoris hoc ab affectibus publicis petit, ne uobis accusare uideatur. Ream se incesti, ream paricidij putat. Exhibet populo cōscientiam suam, & aduersus quemcunq; sermonem, quodcunq; secretum, marito famæq; præstat interrogandi potestatem.

potestatem. Vellet innocentiam suis probare uisceribus, uellet in equuleos, in ignes hanc miseram præcipitare pietatem. Ignoscite iudices impatientiæ, quæ contra callidissimam dissimulationem libertate doloris exæstuat. Incestum probaretur silentio patris, si taceret & mater. Et quidem iudices tam contrarios affectus senis satis admirari, satis stupere non possum, in rumore tam suspicax, post tormenta patiens, modo ad fabulas uulgaresq; sermones pronus ac facilis, in orbitate, in paricidio, reatus quoque dolore conticuit. Quid repente conuersus est? in quam modestiam desperationemq; defecit? torst tanquam dicitur, tacet tanquam dixerit. Fidem igitur uestram iudices ne cui præstet magnæ seueritatis autoritatē non posse defendi, nec ideo suspicari nefanda malitis, quia se silentio paricida miratur. Parcere nunc illum cuiquam tacendo creditis? loqui secum maxime putat. Et si bene artes & profundæ mentis cōsilia perspicio, respondere sibi uideatur plusquā mater interrogat. Fallitur quisquis hunc esse credit inexplícabilis doloris æstum, & inter silentij confessionisq; causas miserum pudorem. Alium exitū non habet, quā ut respondere nolle uideatur quisquis filium occidit, & probare non potest propter quod debuerit occidi. Cōiungat quantum uolet nocentissimus senex cum rumore populi silentiū suum, & relatura ordinē tristissimæ sortis collata malignitate cludat ora, cōpescat aditus, securi tamē estote mortales, fas est, fas est, innocētissimæ matri uelut in templis, uelut apud ipsos proclamare superos, amaui filium meū. Matrona iudices cuius puellares annos, primam rudemq; coniugij mentem nulla libidinum resperit infamia, cui impudens rumor, suspicax maritus nihil unquam potuit obijcere nisi filiū, quæ pudicitia prima fiducia est, edidit partum quem maritus agnosceret, nō timuit ne supra, furtiuosq; concubitus paruuli uultus, aut crescentis infantia similitudo detegeret. Natum de se continuo (si quid ipsi creditis) impatientius complexa quā reliquæ parentes, non in nutrices, nec in ministeria seposuit, suis aluit uberibus, suo fouit amplexu. Nunquid & hos annos paricida, nūquid & pueritiam miseri iuuenis infamas? Actum est de sacrorum nominum fide, si ut uideatur innocens mater, ætas tantum filij facit. Accendebat hanc erga unicum optimæ matris impatientiā rigidus pater, asper maritus, & sibi uidebatur partū implere, quem pro duobus cōferebat affectum. Rarus hic nanque ad oscula, difficilis amplexibus, & qui unicum aspiceret animo, quo quandoq; posset occidere, fecit ut notabilior esset charitas matris. Omnis igitur misere sermo cum filio, omnis in publicū pariter egressus. Gaudebat etiam quod laudandus occurribus, quod omni frequentia cœtūq; conspicuus, populo iam ipse fateretur, quod plus amaretur à matre. Miseremini iudices, ne nefandas suspiciones maritum ex ullius traxisse credatis indicijs, suum rigorem, suum tantū sequutus est animum. Filium si non ames, uideatur tibi mater adamalle. Questurū nunc me iudices putatis de licentia sermonis humani? Ego uero iuxta hunc patrem non accuso rumorem. Quæ materia fabulæ tam impudentis, quis fuerit autor, iste probauit qui credidit. Facillimum fuit ut loqueretur populus de incesto, de quo mirabatur patrem suspicari. Hæc sunt iudices quæ mater fecit secure, simpliciter, palam, coram marito, coram ciuitate. Referat nunc suū iste secretū. Iuuenē (quæ integritatis prima simplicitas est) nihil timentē in partē domus, qua nulla proclamatio, nullus poterat gemitus audiri, rapuit, abduxit. Ibi uerberibus, ignibus, omni crudelitatis arte consumpsit. Quis unquā iudices peius de innocentia temporum, de sacris meruit affectibus? torst filium ut probaretur incestum, occidit ut crederetur. Ponite nunc ante oculos iudices duorum parentum cōfessionem. Mater exclamat, filium amaui: pater dicit, occidi. Nefas est utrunq; putetis innocentem. Iam quidem nocentissime senex grande deprehensæ feritatis indicium est, quod cum filium occideris, ut interrogaris expectas. Non erumpis ab illo secreto tuo terribilis in publicū, & homo filij cruore perfusus non proclamans, non deos hominesq; testaris, non occidis & matrem: scilicet modestia te scelorum tuorū quā maxime decet, & ideo tibi relinquis unde sis quietæ patientiæ. Miser parcis uxori, coniugales deos & lectuli iura reuereris? O quā non habet nec quod mentiatur. Male tractationis agimus. Placet ergo iudices, ut illa uoce qua matrimoniorum conquerimur iniurias, gemitu quo corporum contumelias, damna, culas, & negatos in publicum deflemus egressus, orbitates ac liberorum suprema plan-

gantur? Quid tamen facere uultis miserum dolorem, si non habet aliam sexus hic legem. Si intra iuris huius angustias omnis nuptiarum querela constricta est? Mater quæ de morte filij maritum malæ tractationis accusat, nõ uindictat, sed probare contenta est quod nõ debuerit occidi. Omittamus paulisper iudices orbitatis tristissimæ dolorem, & in paricidio malæ tractationis reddamus aliunde causas. Ita non iuste quereretur uxor, si diceret: adulterium de me facile suspicatus es, cito credidisti? Matronalis pudor tutelam non ex sua tantum innocentia habet, infirmitas huius sexus non potest totam improbitatis estimationem debere tantum moribus suis, omnis in fœminas uenit maritorum prædicatione reuerentia, omnes sermones originem de uestris pectoribus accipiunt. Tristior uultus, querela, fastidium, fatum est coniugij. De pudore pronunciat, mittit in ora populij, mittit in fabulas, hoc proxima ministeria narrant, hoc exteri putant. Nemo peiore exemplo temere de uxore credit, quàm cui omnes credituri sunt. Sanè faciat uos pronos ad suspiciones nimia charitas, & ex impatientia diligendi plerumque descendat, ut credas facile quod timeas. Furtiua stupra, raptosque concubitos obijciat uel falso maritus, fas est, fieri solet, parcius tamen si iam sit & mater, si in fidem castitatis uxoriam fœcunditate profecerit. Quid si sit iam iuuenes quocumque filio seuera iam nura nepotesque prospiciat? Misere mini temporum, ne alienæ innocentia interpretationem de uis quiscumque moribus trahat. Incestum posse fieri pater hoc solo uult probare, quod filiũ potuit occidere. Rumor, inquit, fuit. Est hercules cui contra rerum naturam, contra parentes liberosque credat. Rumor fuit. Hoc ergo sic audiemus, tanquam si diceret conscius detulit, seruus nunciauit, ancilla, improuisus astitit, dum non timeor adueni. Rogo iudices, utrum credibilis putatis, incestum de matre, an de rumore mendacium? Rem impudentissimam populus loquendo fecerat, nisi pater credidisset. Pessimum iudices humanarum mentium malum est, quod semper audius nefanda finguntur, nec usquam se maius operæ pretium putant maligni facere sermones, quàm cum credibilia quasi deprehensa narrantur. Necesse est cõtentiosius loquaris quod probare nõ possis, & affirmationem sumis ex homine, quicquid nõ habet ex ueritate. Est tamen hoc intiquissimum de loquacitate populi, quod plerumque famam accendit, contentio nõ credentium. Materiam miraris rumoris, de qua nemo nec sibi credit, quàm qui narrat assignat alij? Rumor res sine teste, sine indice, res ex incertis improbilissima, maligna, fallax, & similis silentio tuo. Quid & ipse de rumore sentis, uis breuiter probem? Tormentis quærendum putasti, an uerum diceret. Sanè sit aliqua publici sermonis autoritas in illis, ad quæ fas est populi peruenire notitiam. Videor adulteria proferantur in fabulas, explicantur per ministeria, per consocios, habent inconsulta gaudia, pars uoluptatis uidet esse iactatio. Facinus uero, cui si fas est, ut illud humana mentis capiat audacia, circumdatur undique nox profunda, densior caligo tenebrarum, quod nocentes suis quocumque oculis uix fatentur, non seruo, nõ creditur ancillæ. Quid internuncijs, quid opus est ministerijs? sufficit animus duorum, explicat omne filius materque secretum. Incestum tanto incredibilis est, quanto & de illo plures loquuntur. Omnis fera conditio sexus, cuius ipse plerumque uirtutes, fabulas parant. Cur ista nullis in publicum gaudet egressibus? Vnde aduersum omnes tam rigida cõuersatio, tam seuerus affectus? Nihil concupiscit, nihil ergo desiderat? Filius possidet cuncta tempora, uniuersos occupauit affectus, filius matris tota iactatio est: Rogo nunquid adamauit? Mihi credite, non est nefandorum ista simplicitas, da ut sit hæc inter matrem & filium conscientia, parent osculis palam, abstinebunt coram patre complexibus, omnis familiaritas substringetur in publico, sermones, occursum coram seruulis libertisque uitabunt, & maximi sceleris ardor captabit affectare grauitatem. Elige paricida quod uoles, incestum diligens suspectum non erit, negligens deprehenditur. Sed quid ego sic ago, tanquam inauditum, incredibile scelus locutus sit populus? Teneo in hoc sermone facinus unius mali mariti. Non interest incestum de uxore fingat, an credat. Quid iste, ergo non timuit tam nefanda rei famam, nec ad aures patris peruenire rumor erubuit? Dissimules licet, à te malignitas accepit ortum, te secutus est quisquis hoc ausus est narrare, proferre. Da bonum patrem, bonum maritum, dicturum me putas, non credet? Nesciet esse rumorem. Ite nunc iudices,

iudices, & adhuc dubitate quis famæ fuerit autor, cuius pater agit causam. Speciosus, inquit, fuit. Non magis hoc facinus in matre est, quàm crimine in filio. Speciosus fuit. Vt hoc obijci possit, ut debeat, adijce & adulter & raptor, in illa matrona maritali dolore penè percussus, in illa uirgine publica subclamatus inuidia, quanquam hæc quocumque intra notos discurrent iuuentutis excursus. Quid ais? ab in cæsto lididines coeperunt? hoc primũ unquam iuuenis admisit? hoc solum argumentum sumis ex forma? Dic potius, deprehendi iuuenem mihi uenena miscentem, in necem meam conscientia sceleris est armatus. Infinitum est quantum debeat ante fecisse filius, ut de illo incestum pater sibi credat. Speciosus fuit. Quis enim non est formosus filius matris? Amant debilitates, amplectuntur illum morborum, suppliciorumque pallorem, & in uires charitatis accrescit ipsa miseratio. Non impedit agræ pietatis animum deformitas, pulchritudo non auget. Amare liberos unus affectus est. Liberi marite nescio quid homine formosus. Possit forsitan nouitas sollicitare uisus, expugnare mentes, in matris aspectu coalescit infantia, pueritia cõsurgit, iuuenta surripit, speciosum suum quotidie uidet, miratur, amplectitur. Quæ tam diu amauit, quando incipiet amare desinere? Nõ est opus nocentissime senex ad hoc nefas charitate, sed amantia, sed furore. Vt in iuuenes suo mater possit cõcupiscere quod formosus est, oderit oportet quod filius est, & ad eum sacris affectibus non adiuuatur in facinus, ut ad aliud nisi per obliuionem sui transire non possit. Quid quod & incredibilis est, quod parem duorum possit insaniam, & ad incestum opus est ut adamat & filius, nõ ut adamet? Ab utro deinde uultis incipere preces, uenire sermonem? Audebit hoc rogare filius matrem? mater hoc impetraturam se sperabit à filio? Hunc animum tuum senex, quo cum maxime taces (si non est callida, non maligna simulatio) de fide tanti sceleris interrogo, an potest mater admittere quod loqui nõ potest pater? Speciosus fuit. Libet interrogare hoc loco omnes humani generis affectus. Placet ergo ut si filio obrigerit indulgentior facies, uultus erectior, reugiatur mater amplexus? Si uirginem usque ad notabilem speciem natura formauerit, timeat oscula pater, horreatque contactum? Dij deaque male perdant tam impudentes sollicitudines, tam nefarios metus. Propè est ab incesto, timere ne fiat. Malo simplicitate, quæ nõ uereatur infamiam, malo nudos affectus, inconsultamque pietatem. Nihil de se fingi, nihil credat posse narrari. Teneat insatiabiliter, auide, tanti fama non est ut amet filium mater sollicitudine pudicitia. Me quidem marite si quis interroget, omnes matres liberos suos tanquam adamauerint, amant. Videbis oculos nunquam à facie uultusque deflectere, comere caput, habitumque componere, suspirare cum recesserit, exultare cum uenerit, conserere manus, pendere ceruicibus, non osculis, non colloquijs, non presentia uoluptate satari. Hoc est ergo in tam nefanda suspitione fœuissimum, incestum nõ potest fingi, nisi de optima matre. Execraret me hercle iudices, si crimen istud clarius obiecisset filio pater, si usque ad uerborum processisset amentiam. Nemini minus fas esse debet credere incestum, quàm qui propter illud paratus est filium occidere. Quid quod non credis tantum nefande, sed quæris? Ita tu non times monstri huius agitare secretum? Populus loquitur incestum, sed tu nega. Ciuitas infamat, tanto magis osculare unicum, & coniugem tene, pariter duos circa tuum stringe complexum. Proh inaudita feritas, ita patri nõ sufficit nõ credere incestum, quod nõ potest probare? Ferrem tamen adhuc suspiciones tuas nefandissime senex, si dissimulanter indicia tanti sceleris agitasses. Obserua sermones, secreta custodi, omnium dierum noctiumque momentis sagax scrutator insiste. Quid tibi cum abruptis? quid cum supremis? Incestum iam credas oportet ut torqueas. At tu, proh nefas, uerberibus, ignibus, & tota crudelitatis arte scrutaris rem, de qua nõ deberes interrogare seruos, de qua uerniliũ quocumque corporum patientia petulanter excuteres. Laminas accendis, equulcos moues, et paricidio suspicaris incestum. Nescis quod præceps, quod abruptum tam nefanda diligentia furore cõmoueas? Pater qui de incesto filium torquet, non est neganti crediturus. Omnium quid iudices incertorum suspiciones pessime semper à corporibus inciipiunt, nec bene de cuiusque moribus illam partem hominis interroges, quæ nõ animo, sed dolore respondet, Nondum dico quæ torqueas, quæ inter equuleos ignesque ponat cuius arguta

prius indicia præcedant, nouissimum debet esse quicquid torquetur & punit. Fidem hominum deorumque, ne gravitatem putetis à nouissimis ultimisque cepisse. Non habet probationem facinus, de quo pater non potest alium torquere quam filium. Video qua possis ratione defendi, si omnia ante fecisti, ut incestum aliter erueres. Quid ais? interrogasti seruos, non potuit conscius inueniri? Exquisisti ancillas, non apparuit ministra flagitij, non obscena literarum e commercia, non fatentis deprehendisti nefande blanditias? Nihil iuuenis maritus, dominus, pater? Nunc & dic scisse rumorem, sed ut torqueas, ducatur tamen quaestio per cōiugis ministeria, per filij seruos, in illa potius utilitate defauiat. Prius est ut repudietur uxor, ut diuortio fiat in domo grande secretum. Excedit omnem immanitatem, filium ideo torquere ut scias an innocens torqueatur. Vnicum pater ignibus uerberibusque interrogas, rogo quid factururus si pernegauerit? Videlicet ut laudes, deinde dimittas, ut amplectaris perusta uitalia, & laceri pectoris uulnera pietati rursus admoveas. Solus superest pudor homini, qui torfit unicum, ut torquere debuerit. Faciat te necesse est res ista pessimum patrem, & oderis oportet filium, cui satisfacere non possis. Iamiam malo uenena, ferrum, subitō ictus, improuisamque mortem. Incestum qui nō credit, torquere nō debet: qui credit, statim debet occidere. Quod si tormenta etiam filij placeant, si præstanda est satisfactio tam nefandi rumoris, exigo ne perdas quaestione, in media ciuitate, in ipsa constitue fama, aduoca illos malignos, illos loquaces, & seculi rem exquire audiente populo. Coram omnibus torqueri debet, de quo loquuntur omnes. Interroget quisque quod uolet, suis auribus, suis credat oculis. Cur in abditam semotamque partem iuuenis abducitur? Secretum quaestionis nec in cæsto filio debetur, nec innocenti. Dabo adhuc inter secretum publicationemque temperamentum. Aduoca propinquos, adhibe amicos, circumpone iuueni serios senes, intersint magistratus, assistant quibus habere possit ciuitas fidem. Præstare debes aut tibi ut probare possis, si confessus fuerit, aut filio, si pernegauerit. At tu nefande, crudelis tollis quaestionis alteram partem, efficias ne possit amplius innocens esse qui tortus est. Quid agunt contra populum tormenta secreta? Prædico, testor, iterum dantur malignis alimenta sermonibus, & à quaestione seposita in maius reditur incertū. Coram omnibus torquere debet filium pater, & qui uult absolvere, & qui est paratus occidere. Non uultis iudices ad facinus indignissimæ quaestionis accedat, & quod ipse torfit filium pater? Adeo ne non potuit libertis aut seruis necessitas ista mandari, non carnifex potius adhiberi? pater in tormentis filij nō auersos tenuit oculos, ipse uestes scidit, uelamenta lacerauit, manibus flagella concussit, renouauit ignes, & mori filium contentione non siuit, diduxit os, quod iam suprema clauderant, fouit animum, ut longis cruciatibus patientia sufficeret. O dignum patrem, cui dicat innocens filius, feci. Non mehercle improbe mihi proclamaturus hoc loco uideor, hominem qui torquetur in matrem, debere coram matre torqueri. Cur excluditur infelix à sua causa, à sua quaestione? Adhibe speciosi cruciatibus hanc nimis amantem, huius gemitus excipere, huius suspiria oculosque custodi, si quod facinus admissum est, torquebis quidem filium, sed fatebitur mater. Irumpere me tum maxime puta in illud tuum paricida secretum, in ius proferanti quaestioni manū, inhibe ictus, subtrahere paulisper ignes, quicquid est quod cruxisti profer in medium, memento te fecisse de filio, propter quod tibi non debeat credi. Quid spiritum dolore præcipitas? Quid miseræ interualla patientiæ pertinaci crudelitate continuas, si frustra tibi sufficere credis quod audieris nunciare, proferre? Incestum ut credatur ipse debet audiri. Mirabar & ego iudices si tam nefanda quaestio aliter exitum potuisset habere quam mortem. Hic est paricidij pudor, sic desinunt quæ incipere nō debent. Facinus quaestionis operis scelere maiore, exire tibi uideris per orbitatem. Scimus unde uenerit ista contentio, nihil extorsit fauicia misero. Vincit torquentem qui occiditur. Iamiam non miror, quod post ista non habes uocem, uerba non inuenis. Vnicum sine teste lacerasti, unicum occidisti, soli tibi deinde uis uideri celare facinus, & in paricidio quaeris aliunde tristitiam. Præpostera res est filium occidere, deinde erubescere. Fas non est non esse notum, propter quod se paricida putat innocentem. Eligas utrum uoles, aut tormenta damnes necesse est, aut silentium. Quod nō debet indicari, quaeri nō debet.

Possis

Possis uideri fortassis crudelissime senex silentium filio præstare, si uiueret. Consumpta est patris nominis religio, omnis pietatis sublata reuerentia. Si hoc ille meruit, parū in quaestione, parum ultionis in morte est. Vindicare uis confessionem, traduc cadauer, & super illa uulnera omnes pone causas. Non est eiusdem fati cur torferis, & tacere cur occideris. Quid ais seuerissime paricida? Filium consumpsisti per flagella, per lamina. Potes agere uiscera de tuis concepta uitalibus, sanguinem qui de tua fluxit anima non in sania, non furore? Sed quantum uis uideri, consilio, grauitate lacerasti. Potes tacere, super uulnera unci, super exutos artus metuendus assiltis, & causas quaerente matre, quaerente populo, hoc solum dicis, occidi? Contenta esse debet incerto. Interrogari nunc te marite credis à matre sola? causas mortis illius reposeit sollicitudo generis humani. Stant circa liberos attoniti parentes, horret inuicem se charitas fraterna complecti, rupta est illa osculorum inter foceros generosque simplicitas. Quousque nos cum silentij tui interpretatione committis? Si nihil factum est quod debeat erubescere temporum pudor, quid sibi uolunt uerba media, suspensa? Si nefas prodigiosis simile fabulis deprehendisti, miserere, ne sis una morte contentus. Incestam grauius odisse debes, quod & uenit in forum, quod audaciam innocentis imitatur, & tacenti uideretur irasci. Cum filium propter rumorem torferis, propter tormenta occideris, non est media res ut neutrum sciamus. Mater quidem ita dices innocentissima hoc complorat, hoc ferre nō potest, quod nihil paricida respondet. Sed nobis uidetur iamiamque esse dicturus, nō fallit nos nefande quid captes, hoc quod supra silentium trahis alta suspiria, quod prorumpenti uideris exclamatione deficere, mendacio paratur autoritas, & in fidem eruptione uocis affertur, ut fati uidearis inuitus. Dic tamen, par est huic rei matris integritas ut mentiaris? O quanto nunc dolore torqueris, quod instantem non potes aliqua truci proclamatione discutere. Non uerba tibi contra miseram, sed argumenta defunt, nō uoce sed probatione deficeris. Quod solum datur, relinquis infamiae, & nos cum perpetua sermonum malignitate committis. Qui interrogantem nec damnat nec absoluit, rumore contentus est. Modestiam mariti pariter & patris accipite. De muliere quæ conuinci non potest, sufficere sibi putat ut incesta credatur. Quis unquam tam nefandas artes, tam cruentum deprehendit ingenium? quia non potest probare quod dixerit, captat ut credatur quod non dixerit. Dissimulas, taces saeue, crudelis? inuenisti tormenta patris. Audi quid misera simplicissimo dolore proclamet, non efficias, inquit, callidissime paricidarum, ut non audeam cadauer amplecti. Ego uero incesta sum si possum moderari gemitus, comprimere lachrymas. Coite in funus omnes liberi, omnes parentes, custodite planctus meos, obseruate suspiria, si quid feci, si quid admisi, fatebor. Ecce supra lectulum effusa feralem, laceros artus & perustum complexa corpus exclamo, teneo unicum meum, uelit nolit inuidia, meum misera formosum. Hoc erat quod infelicissimam matrem ultra solita charitatis exagitabat affectus, amabam marite periturum. Infames quantumlibet hanc impatientiam, ego mihi uideor defuisse, cessasse, multum de lætitia, multum perdidisse de gaudijs. Nemo unquam filium nimis amauit. Excuso tibi, inquit, iuuenis innocentissime, quod supremis tuis nondum præstiti misera comitatum. Viuere quidem te defuncto continuo nō debui, sed mori marito, tacente nō potui. Rumor tædium lucis inuisa, sed prius licuerit coram ciuitate manibus tuis iusta persolvere, cum damnato supra callidissimum silentium paricida, nihil te dixisse constiterit. Ignosce quod ad iudicium istud orbata durauit. Timui ne si ad exitum impatientia, si præcipiti pietate properassem, faceret alium paricida de mea morte rumorem.

Ex superiore argumento declamatio XIX.

Pro uiro contra uxorem.



DEBEBAT VR quidem tristissimæ orbitatis misero pudori, ut iam tacere mus omnes, & post tam prodigiosas rerum sermonumque nouitates, oportuerat hoc esse nouissimum de malis infelicissimæ domus, quod occidi filium pater. Sed quoniam mulier immodici semper affectus, super cuncta quæ uel passus sum paulo ante, uel feci, reatus quoque me dolore concussit, ueni petis.

O

turus à uobis ne me scientem silentiū cōtentioni præstare credatis. Non quia occidi filiū taceo, sed occisus est ut taceerem. Utinam iudices negare possem quod occidi, utinam totum miseræ necessitatis ordinem fas esset intrare, & oris huius premere secretum. Miratur hanc aliquis patientiam meam? Ardor ille qui me modo impexit in filium, ipsa sui immanitate consumptus est. Quicquid erumpere posset in proclamationem, paricidio peractum est, in orbitate conticuit. Non habeo affectum, nisi quo cuncta tantum patiar, audiam, feram. Vtrunq; de filio fieri non potest, ut & occiderim, & fatear cur meruerit occidi. Quapropter iudices satis admirari, satis stupere nō possum, quod mulier cuius præter optimam sanè conscientiam, sexus quoq; maiorem malis nostris pudorē præstare debebat, tacere non potest silentium meum. Nouo quinimo fabulosoq; secum impatientiæ genere dissentit. Queritur de populo, quod loquatur, de patre quod taceat. Nec contenta confessione mariti, nihil se dissimulare, nihil scire reatus autoritate testantis, mauult de silentio meo facere secretum orbitatis. Istud amentia sit an innocentia, perditus dolor uiderit. Ipsius animus potest scire quid filius meus dixerit, quæ me putat habere quod dicam. Fidem igitur uestram iudices, ne uos orbitatis miseratione cōfundat sola mater, ne ue maximæ calamitatis ibi tantum putetis refedisse sensum, undè uos lachrymæ gemitus que cōueniunt. Mei magis debetis in uxoris comparatione misereri, qui filium & perdidit & occidi. Ego sum infeliciox ex parentibus duobus, qui quicquid iudices ista complorat, & patior, & feci. Felicem ignorantia conscientiam matris, quæ sufficit interrogare. Maior me impatientia, maior uiri affectus, cur filium occiderim indicare nō possum, nec poenitet quod occidi. Infelix senectus, misera patientia, sic quoq; quæ multa dicenda sunt. Fuimus quondam iudices, fuimus felicissimi parentes, cum adhuc rudis unici nobis blandiretur infantia, durauitq; domus tota prosperitas, quandiu pariter fruebamur, pariter dileximus, quandiu ciuitas de nobis hoc solū poterat loqui, filiū nos habere formosum. Ut uero in eam adoleuit ætatē, in qua corporalibus bonis iuuentus insolenter exultat, superbus atq; arrogans, in nullū uitæ genus nō in priuatos, nō in publicos actus florentē duxit ætatē. Dij immortales quantus qualisq; circa iuuenē rumor ingemuit, omnium maledictis succlamatus, omnium denotatiōe damnatus est, donec & ipse cōsensum circa se publici doloris agnosceret. Inde rarus in publico, & tanq; patris occursum, tanq; ciuitatis ora uitaret. Nō est leue cōcipere uerbis, in quantā ciuitatis execrationē, in quantā culpā iuuenis incidit. Dicitur esse occidere posse patrē, dicitur esse dignus, quæ posset etiam pater occidere. Quid facerem iudices infelicissimus senex? iam iam nō euitabat fama nec patrē, iam meis auribus nemo parcebat. Interrogare non audebam, dissimulare non poteram. Fallitur quisquis me putat quicquam fecisse cōsilio, impetus, ac temporis ipsius nescio quis ardor explicuit. Præparari filio tormenta nō possunt. Est in miseris penatibus pars remota, seposita, profunda tenebris, tristis accessu, omnibus apta flagitijs, & in qua audeat facere facinus & pater. Illo fateor dum me uariæ cogitationes per totius domus spatia circumagunt, quantum intelligere licuit, improuisus adueni. Et ille quidem ad conspectū meum tanquam deprehensus obstupuit, refugitq; trepidus, puto ne quærerem causam. Irrumpo festinanter, auide, sine liberto, sine seruulo, sicut me deprehenderat temporis illius factum, manibus, ictibus, & quæcunque ex obuijs dolor in telorum transtulerat usus, ultra uires senectutis aggressus, ignes ex proximo raptos, uerbera quæ casus obtulerat, non diuiso dolore, non per partes, non per interualla suspensio, sed semel, sed pariter inuado, pars secreti fuit, ut ipse torquerem. Dij immortales, quæ contumacia, quæ fuit illa patientia, cum domi torqueretur à patre, nō inuocare matrem. Non repugnauit iuuenis, nō opposuit manus, nullū implorauit auxiliū. Mersis tantū deiectisq; luminibus tanq; unq; flagella sustinisset, tanq; meis torqueretur oculis, omnes ictus excepit in faciem, uerberibus, ignibus laudatos uultus uelut illis irascetur, opposuit. Reddo testimonium nouissimum pudori, cum iam mori uellet, occisus est. Laudo iudices patientiam matris, cum & ipsa semper plurimum esset domi, & ab illo secreto fortasse nō longe, interuenire noluit, interpellare non ausa est. Sed & manibus meis gratulor, quod nō propinquus aliquis, nō amicus irrupit, occidisset quisquis me tunc aulus fuisset interrogare pro filio. Sepeliui tamen

tamen lacerata membra, funus indulsi, ossa collegi. Non iniecit uxor lectulo manum, non inter exequias plangentibus elisisq; uberibus, mihi fecit inuidiam. Vnde in hanc impatientiam prorupit, exiuit? domi me nihil interrogauit. Possum iam mater infelix coram liberis ac parentibus, possum audientibus dijs hominibusq; clamare, & ego amaui filium meū, non osculis, non infirmitate, non lachrymis, sed uiribus, dolore, patientia. Vnicum quem si acie clausisset hostis, uicaria morte seruassent, si subitum cinxisset incendiū, extulisset relicta meorum parte membrorum, eripui malignitati, abstuli famæ. Habeo quod imputem tibi naturæ pietas. Rem difficilissimam feci, quod non me potius occidi. Malæ tractationis accusat. Adeo ne uxor tibi parum uideor dedisse poenarum, post periculum & labores ne lucrifaciat pater, quod occidit filium suum: Non pudet ergo si irascaris paricidæ? Quid tibi cum lege, quam propter uos minores accepistis affectus? Querelas habet ista, nō gemitus, & matre seposita solam complorat uxorem. Rursus ad populum uocas miserum pudorem? materiam noui rumoris accendis? Perdidit ergo rationem secreti mei. Sic omnia feceram, ne quid aut quæri posset, aut dici. Iam uero quid impudentius, quid indignius, quam cum sibi de liberis credunt licere tantundem, & æquum ius patris ac matris esse cōtendunt, quasi nesciant nobis arbitrium uitæ necisq; commissum? Non est priuilegium, filium occidere cum fieri potest, nec quisquam tantum ideo fecit, quia liceret. Viscera unici lacerare suffeci. Ignosce, si non potes mihi credere, nemo filiū suum occidit odio, non erit tanti iuuenis inuisus. Illud est in patribus usque ad paricidium terribile, quod amant, quod succurrunt, quod sibi uidentur aliter nō posse misereri. Non est quod uos ab æstimatione malorum meorum mollior sexus abducat. Maioris affectus est filium occidere, quam uindicare. Desine igitur me mulier fatigare interrogatiōibus tuis. Ita tibi non uidetur omnia respondere pro filio, qui dicit, occidi? Et licet comprimantur exclamationes, ora claudantur, nihil negat qui hoc fatetur. Atqui summorum facinorum ipsa immanitas innocentia est. Filium pater non demens, non infans occidi. Hominem extra sensus affectusq; positum quisquis nunc miseratur, occidit. Vides senem sanguine suo fluentem, laceratis exultisq; illis sanctioribus charioribusq; uisceribus super exanimis unici corpus cruentis manibus iacentē? Horreo cadauer, & uelut corpora quæ caelestis exanimauit ignis, adire propius timeo. Ad quædam facinora sufficit claudere oculos, uultus auertere, tacere, mirari, & incredibiles calamitates relinquere suis causis. Miserere, ne quid amplius quæras, ne quid interroges. Diciturum me putas, parce seculo, parce marito, parce patri? Tu uero parce illi qui occisus est. Nouum iudices uxoris in maritum crimen audite. Silentium est de quo queritur. Solebat indignatio uestra conuicia nostra ferre non posse, & matronalis indignatio dicere uidebatur, nō parcis erga me marite uerbis, nullam habet nostri tuus sermo reuerentiam, facile prorumpis in opprobria, facile quod libet obijcis, exclamas, & dum nimium libertati uocis indulges, potest populus aliquē de me facere rumorem. Tu mulier obijcis mihi rem quæ nulli unquam criminis fuit, solam in nostris moribus innocentia uoce reprehensam taciturnitas. Vide cur manus, cur uerba peccare uideant. Illis infamamus, his torquemus, occidimus. Vis scire quam non possis queri de silentio meo? Felicissima fueras si idem fecissemus omnes. Finge me paulisper sepositis silentij causis, hoc tantum respondere: non prodo secretum. Ex omnibus iudices, quibus humana pectora serijs grauibusq; complectuntur affectibus, nullam difficiliorē quam silentij credo uirtutem, adeoq; promptissimo sermone facile delinquimus, ut constantiam tacendī, neque in alijs ferre possimus. Crimen hoc in me mulier uocat, quod in priuatis illis morum mentiumq; rectoribus fuit prima sapientia, quod quosdam totius uitæ pertulisse patientiam magis illa misera miratur antiquitas, quam quod temporum uices, siderum cursus, & profunda naturæ uelut conscia ratione sanxerunt. Quæ per fidem impotentia est effringere rigens sacra dissimulatione pectus, euolue uere animum, quem supra sua secreta compositum non lætitia, non dolor, nō necessitas, non fortuna laxauerint? Quisquis de tacente queritur, multo minus ferre poterit loquentem. Nec adeo coniugali societate cuncta miscentur, ut nihil sibi aduersus hanc concordiam proprium relinquat animus. Est aliquis etiam à sanguine suo secretus affectus, ge-

nusque reuerentia, ut tacenda minime uelis scire charissimos, quaedam non possis uerbis, equuleis eruere, & plerisque uideas fortiter supra sua secreta morientes. Agedum, si uideretur, utrumque sexum, omnem conditionem, omnem scrutemur aetatem, nullum sine conscientia pectus, nulla uita sine causis tacendi. Si te interrogaret omnia maritus, haberes aliquid & tu quod non fatereris. Et quanto silentium grauius est in sene, uerecundius in marito, sanctius in patre. Pudeat nos mulier infirmitatis. Vicit nos modo iuuenis ille constantia, mori uoluit ut taceremus. Vides mulier quibus interpretationibus praestes tuum dolorem? Diceris ideo me interrogare, quia scis omnia me potius pati malle, quam loqui. Quis enim in hac ciuitate non nouit taciturnitatis meae rigorem? Quis ignorat qua cuncta soleam ferre patientia? Ne occisurus quidem suspiria gemitusque praemisi. Nihil feci unde erupturum quandoque in orbitatem patris animum, aut tu praescio timore sentire, aut ipse periturus. Hanc nunc me iactare conscientiam putas, quod nihil in publico, nihil in uillo mihi permisi proclamare conuentur? Ego uero non sum quaestus de iuue ne tibi, nec captui ut illum mecum & mater odisset. Frustra te putas extorquere accusatione posse, quod mihi non ipsa calamitates, non dolor, non meditatio orbitatis expressit. Vras licet, durabo, perferam, passus sum iam quod erat difficilius, occidi. Torfit, inquit, filium meum. Breuiter iudices ratio reddatur, infamem. Quid refert an innocentem, si illud omnibus liquet? Iuuenem cunctis pignoribus inuisum, omnibus affectibus grauem maligni fecere sermones. Quid agimus animae? quemadmodum effugimus, euadimus? In tanta infamia nihil facere, credentis est. Vis me circumire singulos, reclamare populo, cum rumore rixari? Tuae fortassis infirmitati conueniat negare, me tantum fortior assertio unici decet. Eripiendus est non contentione uerborum, sed ut ciuitas stupeat, ut erubescat. Torquere me filium putas? Inuidiam facio populo. Videor mihi illis uerberibus lacerare famam, illis ignibus increpare rumorem. Quaestio de infami filio unam rationem habet, ut probet innocentem. Dij mala prohibeant, ut non ueris illum dolorem, quo potest torquere filium pater. Nihil est infelicius homine, cui de unico suo mors sola non sufficit. Iuuenem in cuius animo perdiderant nomina nostra respectum, quem quotidie necesse habeamus excusare rumori, qui inter nos formosum malebat agere quam filium, uerberibus ignibusque consumpsi. Vis, uis scire quanta tormentorum ratio fuerit? Debit etiam tortus occidi. Si tamen utique mater uis scire causas, leuiter audi: Prospiciebam miser in grande quandoque facinus prorupturum, quod otio uitam, quod desidem domi perdebat aetatem. Non peregrinationibus excolere mentem, non experiri militiam, non tentare maria, non rura colore, non administrare rempublicam, non ducere uolebat uxorem. Praeterea traxerat ex frequentibus castigationibus tedium patris, & in execrationem mei, conscientia qua non emendabatur, exarserat. Timebat occursum, non audebat adire colloquia, oscula conuictusque fugiebat. Breuiter perditissimae mentis definienda mensura est: Oderat me filius & timebat. Filium igitur totius ciuitatis existimatione damnatum, quem adhuc uiuere mirabantur homines, torfisse me putatis? Ego uero occidi tarde diu. Quaestionem illud uocas? Poena, supplicium, & malorum meorum exitus fuit. Nulla ratio est interrogandi hominem, cui non est fas nisi negare. Quanta tamen mihi fuit & in quaestione moderatio. Non enim praecipiti raptus impulsu exilui repente, subito, nec captus dolore caeco impatientiae meae uelox uulnus indixi. Non potest non ratione occidi filium cum ante torquetur. Dedi moras, spatium, tempus indulsi. Vides quantam hinc malignitatem potuerim praestare materiam. Si in illo secreto gladio tantum, si uulneribus egissem, exitum fecerat iuuenis deprehensi. Non est igitur mulier quod mihi facias duplicatae quaestionis inuidiam, id est quod torfit, & occidi. Sola est huius necessitatis ratio de morte. Illud est paricidium, filium torquere uicturum. Putas iuuenem uiuere potuisse, cui iam non poterat nisi morte succuri? Quem contra malignos sermones asserere coeperam, non reddidi rursus infamiae, neque in oculos & ora uulgi de secreto patris emisi, prouidentia mea tibi quoque mater, ne in hunc interrogetur, eripui. Ille uero non fuit post tormenta laturus uitae pudorem, ut interrogaretur a singulis ut negaret. Verum mulier affectibus tuis renunciandum est, ad totius domus nostrae pertinere innocentiam credidi, ne se ipse potius occideret. Sentit iudices mulier ad ius querelae suae nec quod torserim, nec quod occiderim pertinere,

pertinere. Ita quaerit quid mihi dixerit ille, de quo nescit an dixerit. Quid ais mater impatiens? Ita in morte filij tui nihil aliud ad te pertinet quam quid locutus sit? Ita si respondero remittis paricidium, tormenta non obijcis? O inconsultam muliebre semper amentiam, quid iuuenis in tormentis dixerit, tanquam ignoret interrogat, nihil me comperisse non credit, tanquam sciat quid dixerit. Fidem communis sanguinis, fidem communium malorum, ne paricidij me uelis agitare secretum, ne calamitatibus nostris grauem facias innocentiam tuam. Viderit quid meruerit iuuenis ille, ego iam possum suprema reuereri, & post exitum unici reuortor in patrem. Maior defunctis liberis praestanda reuerentia est, nec quicquam minus conuenit affectibus patris, quam si insultare uideatur occiso. In gratiam me cum filio reduxit orbitas, iram nostram mors seuera composuit. Quinimo recognitanti mihi totum secreti illius ordinem, subit tacita miseratio, quantam ego debeam reuerentiam filio, quem potui torquere solus, quem potui solus occidere. Perseueras, cogis, instas? Inuicem te mulier interrogo, cur si tantopere uolebas scire quid interrogare, quid ille loqueretur, non irrueris in quaestionem, quam nullis ministris, nullis custodibus ualauerat pater? Quanto melius mater ipsum adisses, quanto fortius interrogasses una, quanto tibi plura dixisset? Quis te mulier affectus abegit, tenuit, exclusit? Agnosco uerecundiam tuam, timuisti credo, ne si in illo secreto fuisset omnes, occidisse filium diceretur & mater. Instas tamen, & miseri senis ora diducis? Puta me hoc solum dicere, ex maximi facinoris cunctatione ueniens quid audierim nondum scio, totus adhuc sum in paricidio meo, & post mortem unici omnia quibus laceratus, occisus est, in animum meum tormenta redierunt. Est quidem difficile ut aliquem pati pudorem paricida uideatur, ueruntamen stupore, amentia, & in silentio orbitate defeci. Ablata est mihi omnium uerborum fides, omnis sermonis autoritas, nec habet causam loquendi cui non potest credi. Desine mulier interrogare. Filium quem occidit pater, nec absolueret, nec accusare iam debet: Quid, inquit, dixit cum occideres? Miseram paricidij innocentiam, quod hoc me non potestas, non magistratus, non propinquus aliquis, non amicus, non ille semper loquax populus, ac malignus interrogat. Quiescitis, tacetis. Me infelicem, numquid scitis omnes? Puta me mulier hoc tibi respondere, non habent incredibilia uocem. Quaedam maiora sunt, quam ut illa capiat modus sermonis humani. Tu uero crede nihil aliud fuisse quam furorem, insanisse me puta, uidebam quae non fiebant, audiebam quae nemo dicebat. Hoc solum non insanientis habui, quod tacebam. Finge me respondere, nihil dixit, nihil locutus est, non credis? Atqui multo minus creditura quid dixerit. Accipe mulier breuem ueramque rationem, cur in quaestione iuuenis occisus est. Torquebam, nec interrogabam, si qua ad aures tuas ab illa quamuis remota domus parte perlata uox est, meus gemitus fuit, meorum uiscerum dolor. Quaris cur nihil dixerit? quia non habuit quod scire uellem, quod audire deberem. Nihil aliud quaestio illa captauit quam silentium, quod praestare uita non poterat. Quisquis in tormentis occiditur, ideo tortus est ut occideretur. An tu quaestionem illam fuisse credis, qualis uernilibus corporibus adhibetur? ideo enim equuleos mouebam artifex senex, tenebam fidei uel ratione sauitiae, ut leuiter sedibus suis remota copago per singulos artus membra laxaret. Consumptus est spiritus silentio sui, & uerba ignesque animum pariter uocemque cluserunt. Videbatur mihi premere gemitus, tenere suspiria, & sic nihil dixit, tanquam torqueretur ab homine qui sciret. Miraris hanc in filio contumaciam, in iuue ne patientiam? patri torquenti non potest aliter responderi, quam ut mori malit, quam confiteri. Quod sufficit igitur interrogantibus respondeo, mulier occidi. Fallitur quisquis expectat ut obijciamus illa communia, ego uero proclamo, non luxuriosus sum, non amore meretricis infamem, nihil ille delinquebat quomodo liberi solent, monstrum erat inenarrabile, quod nolle deprehendere, quod ferre non possem. Mirat aliquis quod abdicauero, nec notissima ultione patris fuerim tantum expulisse contentus? Tuus mulier nefarius, tuus inconsultus non permisit affectus. Filium cui contra seueritatem meam ignoscebas, quem mecum odisse non poteras, secuta fuisses abdicatum. Finge iuuenem dixisse nescio quid, ego audire nihil potui, non enim potestatis alicuius more confederam, nec torquentibus alijs agebam iudicem patrem. Ego tunc cuncta & passus sum par-

ter, & feci. Nō uacabat aures præstare uerbis, excipere gemitus, æstimare singultus, auocauit me cōtentio, dolor, orbitas, paricidiū, omnia facta sunt festinatione præcipiti. Idem patris affectus est torquere ut scias, occidere ut nescias. In meam, inquit, infamiam taces. Ita nunc primū laboras misera de fama, & post unici mortē pertinere ad te cœpit quid loquantur homines: Scilicet filius impensus est ut erubesceres, ut male audires. Adeo ne hoc captanti nō erat satis rem totā cōmississe rumori: Ego uero me famæ tuæ mulier opposui, & inter matrem filiūq; medius paricidiū feci, uniciū occidi, ne quid aliud loquerentur homines. Alioqui si hoc capto qd' putas, quousq; taceo? in qd' tempus differo illā quā me putas premere uocē? ecce reatus iudiciū pronuncio, ego tamē scire me nego. Egregiā rationē malignitatis, locuturus aduersus uxorē: feci ne mihi crederet. Fateor igitur, nihil ad certū indubitatiq; perduxi, hoc est, quinimo propter qd' ad mortē usq; cōtendi. Non explicant tormenta quæstionē, quæ occidit. Quid, inquit, dixit? Felicē te misera, si nescis quid dixit. Ita nō es cōtenta cōscientia tua, nō sufficit quod nō habuit ille qd' negaret, qd' fateret? Poscis uerba quæstionis, cogis, extorques. Testor, tu facis ne possis negare qd' dixero. Quid dixit? parasse se parentibus uenenū? negas. Proditionis agitalle sermones? negas. Tyrannidis inisse consiliū? negas. Et quicquid dixero negabis. O bonæ cōscientiæ incauta simplicitas. Ita nō times ne coactus loqui multa fingam, multa cōponā: Si potes scire mulier ammentiar, scis quid dixerit. Quid dixit? nihil. Quid dixit? omnia. Maledixit seculo, fecit temporibus inuidiam, detestatus est patrē, cōuiciatus est matri. Quid dixit? plus q̄ interrogabam. Vicisti mulier obstinationē meam. Audi breue succinctūq; responsum quid dixerit, qd' quæris, qd' putas. O si quis in illam uos secreti nostri potuisset adhibere præsentia, uisisset nouū genus quæstionis. Stabā senex furijis mōstrofa feritatis accinctus, manibus exertis, hinc ignibus, hinc uerberibus armatus, super ora, super oculos iacentis assistēs clamabā, furiose, demens tace. Et ille uelut exustis amputatisq; per quæ dolor exit in uerba, fuit attonitus amens. Quoties admotis ignibus ad aliquā corporis partē, totū pectus impofuit, quoties hiatu oris auide flammæ aduersus exuentia uerba collegit. Cū uero iam totus calor uerberibus expulsus uiribus nouissimi doloris erūperet, pertractis ab ima pectoris parte suspirijs breuissime collecti spiritus, ille quo redditur anima singultus fuit, similis exclamatorio, nescio quid, quod & tu fortassis audires; occupauit fateor, & aduocatis quas iam cōsumperā uiribus, manibus, telis, totoq; corpore pariter adnixus anteq̄ mentiretur, occidi. Misera temporis illius recordatio, deficientē in manibus meis filium uidī, aspexi ora pallentia, frigidus anhelitus, interrupta suspiria, & animam magno silentio exeuntem, nō tamen tormenta laxauit, nō subtraxi, restrinxiq; flammæ. Miserere mulier, ne quæras amplius uocē huius affectus, filiū qui moriebatur occidi. Non perdidit tamen, nō perdidit unici mortē, fortunam nō perdidit, iam me nō interrogat nisi sola mater. Consiste agetū mulier loco meo, & in habitum paterni furoris accincta admoue equuleos, flagella, laminas, prædico, testor, aliter nō possum loqui, aliter mihi nō potest credi. Quanc̄ mi ferrime iuuenis (fas est em̄ iam tuos alloqui manes) exprimere mihi uocē nullus poterit dolor, quantū uolet, laceret, uel occidat, uincere me tormenta docuisti. Si tamē fas est cogitationis memoria tractare uerba miseræ quæstionis, cur me coram populo magis interrogas? Eamus uxor in illam desolatam domū, in illud iam patris filijq; secretū, ibi me in terroga, ibi ubi torfi, ubi occidi, ubi adhuc forsitan filij tui uaga per mœstos penates anima discurrit. Porrigat aliquis imaginē iuuenis occisi, ponat in sinu matris illas uestes, quibus ipsa iuuenem misera comebat. Eamus ad tumulū, misceamus supra busta lachrymas. Ibi aut tacebimus pariter, aut inuicē cōfitebimur. Iam iam miser mori possum, explicuit te sollicitudo, pietas. Non scribo tabulas, testamento supremo uerba non credo, & ego moriar in tormentis meis. Illud tantum nouissimis precibus à te ciuitas, per liberos, per coniuges, per natos, à te uxor, per occisi iuuenis umbram peto, à te mater, ne quid amplius quæras, tu infamiam ne dicas.

ERRATA QVAE OPERIS OBREPSERVNT.

Folio 2. A. uersu 1. deserta. fol. 3. B. uer. 7. informandam. fol. 6. B. 14. cum. fol. 17. C. uer. ult. traditum. Eodem D. uer. 20. signum. fol. 26. B. uer. 1. aliās imitatione uel erratur, legitur. fol. 53. C. uer. 8. sororis. fol. 73. C. uer. 12. ἄλλοι, fol. 89. C. uer. 4. cōdemnat. fol. 95. D. in margine, Augustæ. fol. 96. uer. 8. uerretet. fol. 152. C. uer. 11. quidem. fol. 158. D. uer. 15. suffecit. fol. 184. B. uer. penult. in ueteri codice legitur: Multos enim non nasci. fol. 189. B. uer. 5. maluerunt.

ORDO CHARTARVM.

A B. a b e d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z.
A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V
X Y Z. A a B b C c.

Omnes duerniones, præter C c ternionem.

SERIES DECLAMATIONVM.

A B C D E F G H I K L M N O. Duerniones sunt,



42
576